


PRAXIS ERVDITISSIMA, ET ABSOLVTISSIMA CRIMINIS PERſequendi, Ioanne Millæo, Boio, Syluigniaco, Subpræfecto apud Pariſios Authore.

*

Acceſſerunt ſumma rerum, & vocum capita: quorum index cùm fidelis, tum copioſus eſt præfixus.





LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Giuntæ.
M. D. L.



SAPIENTISSIMO ATQVE BENIGNISSIMO FRANCISCO GALLIARUM Regi Ioannes Millæus S. D.





I mihi constaret de incredibili tuo in re literaria promouenda amore, & ipse essem anteà sæpius istam benignitatem expertus, nunquàm homini licere infimæ sortis, ac humilis fortunæ, apud te regem Gallorum, id est, inclytum atque Christianissimum, de literis verba facere, aut studia mea deponere, putassem. Etenim non eram nescius aures tuas, aliôqui purgatissimas, melioribus sonis assueuisse, & curam in grauioribus negotiis versari. Nec quicquam aut regia maiestate dignum, nisi quod excellat, præstétque: aut summæ, propéque diuinæ tuæ istius prudentiæ par, quod non est perfectum ingenio, elaboratum industria. Sed cùm pro tuis in me collatis muneribus, ac præclaris delegatis functionibus aliquid, vel tenuissimum potius, quàm nihil reponere summopere affectarem, ne meritò ingratitudinis aut obliuionis arguerer, ac compertissimum haberem hisce exercitationibus te supramodum delectari, non ingratum existimaui futurum, si quæ in fungendis muneribus, quibus sum à te exornatus, vsu obseruassem, ea scriptis mandarem: vt si aliquo modo possem: significarem me non immemorem, & de omnibus, quantum daretur, bene mererer, intelligerésque non omnino pessimè tua beneficia collocata. Nam quæ anteà primùm inter ciues in vrbe, & foro, cui me præfeceras, deinde in prouinciis, in quas à te sum missus, vt illic quærerem de nemorum violatoribus, tumultuosè, ac prout se

vnaquæque offerret occaſio,exercuiſſem,domum reuerſus,ea en
xus ſum velut in vnum corpus,certamque formam redigere. Sed
magis quæ ad caput,vitamque hominis ſpectant:quorũ vt cogni-
tio pulchrior,ita ſcitu difficilior. Peculij enim,reique domeſticæ
iactura,vtcunque,famæ verò,aut vitæ,nullo modo ſarciri poteſt,
eò diligentior cura adhibenda,& magno verſanda labore. Præter-
eà,in ciuilibus controuerſijs litigantes per procuratorem cũ con-
ſilio recto agunt ordine:in criminis perſecutione patronus,aduo-
catus conſultor,ipſo iure non conceduntur:adeò omnia aguntur
extra ordinem,totaque ſalus pendet ab vno iudice.qui ſi errauе-
rit,periculũ eſt,cum de omnibus fortunis,tum de ipſa ſalute,poſte
ritatiſque & inopia & infamia. Admonebat etiam præſens noſtra
functio,quæ extraordinariæ & iuriſdictionis, delinquentes caſti-
gans,& animaduertens in ſceleratos. Et hæc quidẽ caſtigatio de-
lictorum,ac ſcelerum animaduerſio,ad principem ſolum,& eum,
quem delegauerit,pertinet. Cauſæ enim aliæ diſceptantur dome-
ſtico amico,honorariamque operam tantùm requirunt:hæ publi-
cum gladium,& iudicis ſeueritatem. Neque alia fuit creandorum
regum, non ſolùm apud Medos, ſed etiam apud cæteras gentes
ratio,quàm vt vnus aliquis virtute præſtans cõſtitueretur, ad quẽ,
quum premeretur inops multitudo ab ijs,qui maiores opes ha-
berent,confugeret,qui iniuria prohiberet tenuiores, æquitate con
ſtituta ſummos cũ infimis pari iure retineret. Gladius ille eſt iu-
ſtitiæ,non tam belli,ad debellandos barbaros,ac deuincendos ho-
ſtes,quàm pacis ad cõſeruandos victos,atque ſubditos. Et parum
valerent arma foris,niſi eſſet,qui domi,& in vrbe ius diceret. O-
portet etenim principem tanquã Homericum Aſteropæum dex-
tra pariter,ac ſiniſtra manu iaculum intorquere. Vtroque tempo-
re præſtare,in armis,& toga. Et hæc quidẽ duo illa ſunt ſceptra,
quæ Regsem exornant, maximum, admirabilem, formidabilem,
omnibuque venerandum efficiunt. Eò de capitalibus cauſis,quæ
vtendo ipſe comperiſſem,ſcribere non perinde ineptum duxi quæ
modò

modò tibi offerre non sustineo, vt quæ longe inferiora, ac minora, quàm te deceant. Verùm rationes eorum, quæ in prouincijs mihi à te commissis gessi, si non ad amussim compositas, summóque artificio depictas, saltem diligenter atque bona fide conscriptas, apud te pono, neque rogo, vt eas attentiùs excutias, aut legas, ne me imperitiæ condemnes: sed ne reijcias, sinasque apud te in magno rerum tuarum aceruo delitescere. Dabisque veniam, Rex clementissime, nostræ inscitiæ, si hæ tam rudes, & impolitæ exeant: & audaciæ, quòd eas tuæ maiestati nuncupemus: vbi memineris de administratione dandas esse rationes, & politiores dare non potuisse. Quod si facis, sedulò in posterum curabo, vt aliunde resarciatur, quod est incomptius tractatum. Valebis perpetuò felix & Beatus.



Tsi, beneuole Lector, neq; mentis meæ vires ad leges intelligendas, neq; ingenij acumen ad eas explicandas, sufficere satis perspiciam, ab omnique tum agendi, tum dicendi genere mea me conscientia deterreat: quoddam tamen de criminis persequendi ratione opusculum summopere nunquã non edere desideraui: non quòd me lateret indignum esse, quod vel ad manus hominũ veniret, vel à doctis legeretur: sed vt hac saltem editione animum significarem in Remp. meum. Nam cùm optimi cuiusque viri exẽplo in commune esse conferendũ mihi statim initiò persuasissem, id semper posteà in votis præcipuum extitit, aliquid vt à me conferretur: quod si alios non iuuaret, iuuandi tamen voluntatem non defuisse declararet, qualecunque illud syncero, officiosóque animo collatum. Propterea, cùm bonam ætatis partem in iuris cognitione, causisque forensibus consumpsissem, præclara operæpretia me facturum duxi, si quæ primum legendo, deinde vtendo cognouissem, ea mihi conscriberentur: atq; imprimis quæ in delictis puniendis obseruarem, quòd Reip. plurimũ interesset, sceleratos puniri, scelera inter se distingui, de finibus omnia funditus exterminari: quo liceat ciuibus in ciuitate sine iniuria liberè viuere, malis auferatur nocendi impunitas, bonis securius viuendi libertas relinquatur: néve innocentes pro flagitiosis cædantur, obque leuissimum commissum nullo discrimine rumpantur. Et quemadmodum Cæsar ille & fortis miles, & Imperator industrius, quæ ad solem in bello fortiter gessisset, ad lucem in tentorio diligenter scribebat: sic ego quæ interdiu egissem, noctu scribendo subnotabam. Vix prima operis posita erant lineamenta, dum ab hoc, quod institueram, inuita puto mea Minerua, sum reuocatus, ac rescripto, iussúque Regio pro meo magistratu summi Francicarum

omnium

omnium syluarũ quæstoris vice in prouincias ad lustranda nemora, atque iuris authoritate munienda legatus, vt illic ad tempus relictis ciuilibus musis, Hamadryades, cæterásque syluestres deas colerem. Verùm his curis liber, ac mihi, meisque studijs redditus, nihil propius habui, quàm rebus vulgaribus, domesticisque prorsus neglectis, quod interceptum erat, ad finem perducere posteritatíque, quantum in me situm esset, inseruire: hac in re hos sedulò imitatus, qui toto animi sui affectu maluerunt rerum humanarum cumulum, quàm literas deserere. Ita, quæ tumultuosè prius, & propè in fori strepitu effigiaram, relego, addo, detraho, inuerto: sed rursus defunctoriè ad lucernã tantũ post deuoratas populi turbas à palatina iurisdictione ac marmoreo tribunali reuersus. Quod dictum volui, ne mireris, sed æquum feras, si quid tumultuosum atque stridulum te offendat. Curaui tamen diligentia quãta potui, vt tibi integra pertractandorum reorũ, siue accusatorum formula scriberetur, quæ pro iure scripto, & nostro more delictorũ omnium genera, probationes, pœnas, vniuersam deniq; criminãdi rationem, à principio ad finem contineret. Caue tamen quicquam, præter paucula, quæ & me iudice, & præsente, executioni sunt mandata, meum esse, velut domi meæ natum existimes: sumpta sunt omnia vel à legibus, non illis quidem obsoletis, & antiquatis, sed vsitatis, ac celebratissimis, vel ab earum doctissimis interpretibus: quibus magis, quàm mihi fides tribuenda. Eo autẽ modo, quẽ vides, tantum digessi, ac composui. Sed quid dixi, composui? Imo nullo ordine effutiui, & implicui. Quid tamen voluerim principio, quantúmque posteà elaborauerim, norunt permulti, & ipse non sum nescius: quid verò effecerim, iudicabit is, quem pauculas horas legendo male locare non pigebit. At enim cum immoderato amore ante tempus partũ abegissem, abortúmque fecissem, apud me intra priuatos parietes retinere, donec satis adoleuisset, ac modo vrsæ effingere statueram. Neque adhuc in publicum emittere ausus fuissem, ni aduersum me nonnulli primæ eruditionis homines, summæq; au-

 thori

thoritatis, suis importunis clamoribus impetrassent, subinde vociferantes quid cessas fœtus in lucem educere? sinésne in tenebris perpetuò delitescere? cur tanquàm nothos, adulterinos, atque subreptitios recondis: vt sine nomine, sine laude, sine fruge, sine vsu, pereant? quousque tandem pullos velut implumes in sinu fouebis? Iam pennati non humi serpere, aut arbores cõscendere, sed etiam per aëra volitare adpetunt. Quid, inquiunt, morosos, ac delicatos pertimescis, quibus nihil probatum, quod non sit comptum, fucatum, & ad vnguem exploratum? Num Criticorum censuram, & vulgi linguas? Et pro te pugnabit vniuersa doctorum schola, suos asserent suos vendicabunt, & tuebuntur: ne quid hac in parte sis solitus. Quæ adhortationes (vt quod est, ingenuè fatear) me plurimum affecerunt, Ista tamen tua, humanissime lector, plus me beneuolentia afficit, qua fretus magis, quàm mea, aut cuiusuis alterius authoritate fisus, nõ libellos, sed planè liberos tibi committere non dubitem: neque eos toruis aspicies oculis, qui aperta fronte, ac læta se tibi offerunt: verùm eos magno ad plausu excipies, qui ad te pleno gradu contendunt, & auidissime amplexaberis, à quibus vehementer te amatum iri senties. Quòd si paulò rudius illi loquantur aures, quæso, tuas non lædant, meminerísque vnde prodeãt, & in qua schola edocti fuerint, Bartoli videlicet, Baldi, & similium, quorũ voces reddere plerunque necesse fuit. Prætereà, colloquũtur tantũ cum formularijs, rudibus, & imperitis, in quorum gratiam editi, atq; educati sunt, ad doctos & peritos nihil pertinent. Vt enim ab eloquentissimis instructi essent, tamen moderandus erat stylus ad eorum captum, qui instituebantur. Velut si quis breuiorem se regere ac manu ducere velit, demittat se oportet, retineátq; gressum, ac se accommodet ad eum, qui sequitur. Eò videre est elegantissimos scriptores verbis tritis, ac vulgaribus vsos, quò alijs faciliùs intelligerentur. Atq; in hanc sententiam. 3. de finibus bonorum, & malo, inclinat eloquentiæ pares Tullius. Cuius ea verba sunt: Nemo, inquit, mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius vsus vulgaris cõ-

mu

munisq́; non ſit, multam nouitatem nominũ eſſe: cùm conſtruantur earum rerum vocabula, quæ in quaq; arte verſentur. Inſuper neminem latet quãlibet, artem peculiaribus conſtari vocabulis. Nónne dialectici diuerſa habent à phyſicis vocabula? Quid de Rhetoricis dicam? quorum artes totæ ſunt forenſes, ac populares: num hi ſuos floſculos, lepores, fucos habent? verbis tamen in dicendo quaſi priuatis vtuntur, ac ſuis. Sapienter igitur præcipit grauiſsimus author Euripides, vt ſermo ſit ſimplex, non fucatus, nec plus ſatis phaleratas voces quærat. Eloquentia verò vt ſe hominum mentibus inſinuet, auditorumq́; aures demulceat, ſuis floſculis ornata vt ſit oportet, ſed illud ad hæc, quæ paramus, non deſideratur. Verùm ſi ſua inconcinnitate, aut aſperitate ſenſus feriãt, an animi patientia toleres, qua quondam Archeſilaus rex. qui raucos aliquando & inamænæ vocis aut balbutiẽtes audire homines exoptauit, quò attentius poſteà facundos audiendo, plus caperet oblectamenti. Cæterùm, cum exponendi mei erga te animi occaſionem diu expectaſſem, nec alia occurriſſet, hanc vel minimã arripui. æqui tamen boniq́; conſulas pro tua ſolita benignitate. Quod ſi facis, non tam dediſſe quàm à te accepiſſe beneficium exiſtimabo: teq; dignum, cui maiora conferantur. Dabitur olim, Deo faciente, quod tantopere cupio literarum otium, renaſceturque illud tempus, in quo meum planè Muſarum delicijs exhilarem animum, ac cum illis feliciter conſeneſcam. Tum demum in me videbitur, quod plerunq; agris fieri conſueuit, qui intermiſſo cultu maiore quadam fructuum vbertate redundant, quaſi referre gratiam quietis, & producere cum fœnore ſolent. Interim bene valebis, optime Lector, & meis, ſiue potius tuis, quantum potes fauebis.

*

ROBERTI BAVDRY PARIsiensis, in ærarii regii tribunali consiliarii Parisiis, ad Lectorem Carmen.



Intrepidus quôcunque voles, discurre viator,
Sylua, nec ignotum te remoretur iter.
Desine prædari, me consule, & aspice latro,
Quanta tibi paruo hoc pœna parata libro.
Astræam rediisse vides. pax obuia nescit
Crimina. vis moneam? desine velle pati.

FRANC. A SALERONE, I. Doctor. Alestini, in supremo consessu Parisiensi aduocati, ad Doctor. Ioan. Millæum generalis quæstoris & reformatoris omnium syluarum regni Franciæ, subpræfectum, Hexastichon.

In sontes lex arma parat, lex fata minatur
Tristia, & vltores aspera lex gladios.
Cæsarea informis lex manat, quæ sine praxi.
Ut sine fronte arbos, & sine crine caput
Lege scelus, Millæe, fugas, praxíque coërces,
Quæ fuerat paucis cognita ritè viris.

IACO

IACOBVS LE ROY, PArisiensis, Regis Francisci hoc nomine primi, Referendarius & commissarius.

Ad lectorem beneuolum.

Arrige (qui legis hæc) aures, animúmque cerebrum,
Inuenias in eo cùm nouiora nouis.
Quæ lapsis dudum seclis absconsa fuêre,
Ecce patent vobis lucidiora die.
Nunc sibi præcaueant, qui crimina quæque sequuntur,
Nam proprias pœnas iste libellus habet.
Quæ statuere patres in crimine continet omni,
Et genus & speciem: quod priùs atque recens.
Tota, Libelle, tibi multum Respublica debet,
Cùm doceas quid lex sanguinolenta velit.
Principium finémque dabit, quo crimina Iudex
Exequitur: pœnis afficiátque reos.

IOANNI MILLAEO SYLVIGNIAco, aquarum & forestarum regni Franciæ generalis reformatoris, in tribunali tabulæ marmoreæ Palatii Parisiensis locum tenenti, Dionysii Godeffredi in suprema parlamenti curia aduocati.

Epigramma.

Millæo quantum debet tibi, Gallia, quisque
Ex opere hoc (quod nunc prodiit) inspiciat.

Ex

Ex quo si quis agat malè, vel quod non sit agendum.,
Ante oculos illi pœna statuta patet.
Crimina iam cessent: nocturne homicida caueto:
Processus tuus est factus in hoc opere.
Quem malefactorem non ergo exterreat? aut quis
A malè commißis nunc sibi non caueat?
Iam tutò incedas noctúque diúque viator:
Qui malè consueuit viuere, pœnituit.
Nam pœnam videt ante oculos, quæ crimen inultum
Non patitur. Reprobus quisquis es, ergo caue.
Sed cùm nunc, Millæe, tuo tranquilla labore
Omnia sint, debet Gallia multa tibi.

Eiusdem Godeffredi ad Lectorem.

Vis in criminibus, ius, Praxim, vsúmque doceri?
Hoc tibi præcipuum perlege, Lector, opus.

Eiusdem Godeffredi ad Inuidum.

Inuide si inuideas scriptis, sic scribito, nullus
Ut poßit scriptis inuidus esse tuis.

In eruditissimam Ioan. Millæi Praxim
Pardulphi Prateii Marchiani
Epigramma

Quæritur, heu, iaceat quo saucia vulnere virtus?
Opprimit incultam perdita turba virûm.

Haud

Haud ſinat oppreſſam iudex: ſed vindicet omnem
Flagitij nocuam (qua licet arte) luem.
Crimina perſequitur vindex Millæus inulta
Quæ ſunt à doctis diſcutienda viris.
Quo licet in nocuum ſtudioſos ire peritus
Pragmaticos recto perdocet ille pede.
Adtulit in mediam ſanctos ſua iura loquentes
Millæus Praxim (credite) Θεσμοφόρους.
Cæſareas leges ſic mirè, vt pendeat vna
Ex alia, nectit, commoda magna ferens.
Ingenio præſtat, nulli probitate ſecundus
Perpendit iuſta dexteritate νόμους.
Eximiúmque poteſt Millæum Gallia tota
Artificem iuris dicere conſpicuum.

In abſolutiſsimam Ioan. Millæi Praxim
Nicolai Doardi Epigramma.

Caſta diu coluit terras Aſtræa morante
In terris Saturno: vnáque ſylua tulit
Dum ſub fronde pecus dominúmque. Repente deinde
Fraude dolóque, mouit ad aſtra pedem.
Iuppiter at miſertus, ἄκος *demiſit Olympo*
Millæum Gallum, moribus, arte virum

Inſig

Insignem, virtutis opus, probitatis exemplar:
Iustitiæ pondus qui daret atque modos:
Millæum inter mille virûm lectum, iurísque trophæum:
Quem sanctum iactet iure φύλακα νόμων
Omnis in orbe locus: laudent quem celtica regna,
Quem vel iure colat Gallia tota Deum.

INDEX RERVM ET
VOCVM SINGVLARIVM ET
MAXIME INSIGNIVM, IN ERVDI-

tißimam Ioannis Millæi Praxim criminis persequendi.



B Aduer

De litera B.



De litera. C.



B 5 Con

De litera D



Dom

De litera E.



De litera F.



conci

De litera. G.



 for

De litera. H.



De litera. I.



Iudex

De litera L.

De litera. M.



De litera. N.




De litera O.



De litera P.



De litera Q.




De litera R.




Reus

De litera. .S.



De litera T.



Vaga

De litera V.



De litera X.

FINIS INDICIS.

Series chartarum Indicis.

A B C D E.

Omnes sunt quaterni.

IOANNIS MILLEI, I. V. D. LONGE CELEBERRIMI PRAXIS LVCVLENTA & elegans criminis persequendi.

*

SVMMA CAPITA.

35 Arbiter quis esse non potest in re sua.

34 Iudex sine accusatione, ordineque iuris prætermisso potest punire offendentem, se dum ius reddebat, vel sedebat pro tribunali. Et quid ita. nu. 35.

36 Iniuria illata iudici sedenti pro tribunali, non censetur facta priuato.

37 Facere quod quis non potest tanquàm ipse, potest tanquàm alius.

38 Iurisdictione concessa, concessum videtur & id sine quo illa non potest exerceri.

Procemium.

a IN nomine domini [a] nostri Iesu Christi, ad cuius prouidentiam animum meum
b semper refero, [b] praxim instituendæ, ac absoluendæ criminationis (processum criminalem vocant) Francisci regni
c consuetudine [c] vsurpatam traditurus, eam instrui præmitto
d trifariam, [d] inquisitione (vulgò informatione) denuntiatiōe, & accusatione: vt sequēti serie patebit.

Inquisitionis formula.

e INquisitio. [e] Per me Domitium Vlpianum Præpositum, & custodem præpositurę, cōfecta est anno Domini. M D. xl. die Mercurii. viii. Iulii. super eo, quod ad iustitiæ notitiam peruenit, mihique innotuit, legionarios numero duodecim Domini nostri Regis, contra eius constitutionem, ac publicum edictū Parisiis præconio proclamatum, non rediisse ad operas & assuetas artes: sed tanquam errones, & nequam superiorem noctem eius in viis publicis pernoctantes, quendam iuuenem omnibus exutum indumētis, multisque ferramenti ictibus percussum, mortuum in quadriuio sanctorum Innocētium reliquisse. Cuius quidem inquisitionis testes infra nominati, iurati, auditi, & examinati per me fuerunt, & eorum nomina, cognomina, qualitates, ętates, domicilia, dicta, & testimonia me dictante ab actuario excepta. Anno, diebus, modo & tenore sequentibus.

Interrogabuntur testes, sicut inferius patebit in formula accusationis.

In nomi

a IN NOMINE Domini nostri Iesu
1 Christi † ad omnia consilia,omnesque actus,semper progrediendum,
& incipiendũ est. Quia per eius gratiã,
etiam ciuilium administrationem iudices & officia singulis prouincijs per
Imperatorem constituuntur,attribuẽtem quidem emolumentũ,quod vnusquisque percipere debeat: vt. l. In nomine Domini.C.de offic.præfect.prẹto.Afric.& authen.de armis.in princ. colla.vj.& authen.& quæst.in prin.col latione eadem.

b REFERO. Iuxta Salomonis illud
2 † Deus patrum meorum, & Domine misericordiæ tuæ,q̨ fecisti omnia verbo tuo:& sapientia tua constituisti hominem,vt dominaretur creaturæ,quæ à te facta est,vt disponat orbem terrarum in æquitate,& iustitia,& in directione cordis iudicium iudicet,da mihi sedium tuarum adsistricem sapientiã:& noli me reprobare à pueris tuis, quoniam seruus tuus sum ego,& filius ancillæ tuæ,homo infirmus, & exigui temporis,& minor ad intellectum iudicij,& legem sapient.ix.cap.

c CONSVETVDINE. Ea enim, quæ
3 sunt moris †, & consuetudinis,in bonę fidei iudiciis debent venire.l.quod si nolit.§.assidua.ff.de ædilic.edict.

d TRIFARIAM. † Vt cap.qualiter,&
4 quando.ij.extrà de accusa.& in extrauagan.ad reprim. Quomodo in læsæ maiest.crim.proced.

e INQVISITIO. † Est inquisitio sim
5 plex,per quam iudex officio si de accusatore,vel denuntiatore perinquirit delinquentes: vt. l. congruit. ff. de offic.præsi.& dicta extrauagan. ad re-
primendum,& dicto capitu.qualiter & quando secundo,extrà de accusationi-
6 bus.† quod quidem per se facere debet iudex,& non per latronum insecutores,pœna contrafacienti imminente:vt in authenti.de coll.§.iubemus au-
7 tem omnes.collatione nona.† Nec eo casu iudex celetur accusator,sed quasi denuntiante fama,vel deferente clamore,debitum sui officij exequi:vt dicto capitu.qualiter,& quando.& dicta
8 extrauagan. ad reprimendum, † quoniam factum se ostendit:argumen.l.j.
9 ff.de in integrũ restitu.† Ita quòd euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris:vt capitu. euidentia.
10 extrà de accus.† Itidẽ ea,quæ in iudicijs publicantur,non requirũt accusationem,aut etiã probationem:vt.l.ij.§. si publi.ff.ad.l.iul.de adul.&.l.nullum.
11 C.de testi vnde Gregorius † Crimina semel audita, indiscussa nullo modo præteribat,etiam si accusatus cum accusatore in gratiã redijsset:vt.c.crimi-
12 na.extrà de collu.deteg.† Ita q̄ in criminalibus accusatore desistẽte,vel defuncto,potest iudex ad vlteriora procedere:vt.C.de abolit.l.ij.&.ff. de publi.
13 iudi.l.pen.† Sed dic.q̄ cum inquisitio succedat in locũ accusatoris,& iudex vices accusatoris sustineat,meritò erit eiusdem naturæ,cuius est accusator:vt
14 Bar. ĩ.d.l.ij.§.si public.ff.de adul.† Nõ contra iudicẽ inquirentẽ possunt eædẽ exceptiones opponi,q̃ opponi possunt cõtra accusatorẽ:vt quia est inimicus: vt gl.in.d.c.qualiter & quãdo.in versi. inquirendum, cum iuribus ibi alleg.
15 † aliàs autem propter eius officium cessat oĩs turpis suspicio:vt.l.fin.C.ad

l.Iul.repet.& l.j.ff.de offic. præsid.& d. l.congruit.eodem.& Bar.in d.§.si publico,& in verbo:querimonia,versi.si autẽ
16 officialis &c.† Ideò in omnibus criminibus,in quibus sine metu calumniæ admittitur accusator, in illis potest iudex inquirere,Bart.in d.l.ij.§.si publico.nu. ij.& l.si quis in hoc.C.de episcop.& cle
17 ri.† & idem obseruatur iure municipali.Barto.in d.§.si publico,maximè, vbi Respub.reputatur offensa,vt l. j.in fin. ff.de abigeis.&.C.ad leg.fla. de plagia.
18 l.plagii.ij.& l.præses.eodem.† Vbi autem non reputatur offensa Respub.inquiri non potest, etiam ad priuatorum commodum,vt nota.Innoc.in c.ad nostram.le.ij.extrà de iureiur.Iure autem nouo sunt quatuor regulæ,quibus proceditur per inquisitionem sine accusatore,vt gloss.in d.extrauagan.ad reprimendum.Quomodo in læsæ maiest.cri. proced.in versi.inquisitionem.
19 ¶ † Prima regula,proceditur ad inquisitionem super denuntiatione officialiũ, vt l.diuus.ff.de custo.reo.& d.l.,ea quidem.C. de accusat.& l. prima de decurio.lib.xij.C.
20 ¶ † Secunda regula est,propter incidẽtem iuris cognitionem. Nam vbicunq; iudex cognoscendo principaliter,repererit incidenter delictum esse commissum,potest de illo cognoscere, vt C. si aduersus liber.l.pe.& C.de cõdictio.ob turp.caus.l.quod euitandi, & C. de calumn.l.penul.& d.l.ij.§.si publico,& in d.extrauagan.ad reprimendum, in glo. versi.inquisitionem.
21 ¶ † Tertia regula est, propter præcedẽtem generalem inquisitionem. Nam vbicunque iudex inquirendo generaliter & de malefactoribus, reperit aliquẽ deliquisse,potest ad inquisitionem specialem descendere: vt d.l.congruit.ff.de offi.præs.& ff.ad l.Iul. pecu. l.fiij.& in authen.de col.§.iubemus.col.ix.
22 ¶ † Quarta regula est,propter magnam offensionem : vbicunque enim crimen committitur coram iudice , iudex potest super illo procedere per inquisitionem,vt C.de calum.l.prima & C. de testibus.l.nullum,& l.penul.C.de proba.
23 † Idem etiam in crimine suspecti tutoris.l.tutor quoque.§.prætereà.ff. de suspect.tuto.† Idem in charta falsa , vt d. l.pe.C.de proba.Idem in testibus falsis
25 † vt id l.nullum.C.de testibus† Idem in
26 calumniatore,vt. C. de calum.l.prima.
27 † Idem in falso,vt C.de fal.l.vbi.† Idẽ
28 in notorio,vt d.l.ea quidem.C.de accu
29 sa.† His ergo casibus cessantibus,nemo etiam criminosus,potest sine accusatore damnari,vel arceri, vel si fuerit accusator,& destiterit,vt d. l. rescripto. §. si quis accusatorem.ff.de muneri.& honori.iuncta gloss.Ibidem gloss.refert illud euang.Mulier, nemo te accusat , nec te condemnabo,& in c.de manifesta. secũ
30 da q.prima vbi dicitur , quod † iudicis non est sine accusatore quem damnare quia Dominus Iudam cum fuisset fur quia non est accusatus,minimè eiecit.& hoc verum , quia crimen illud tantum erat notum Domino.& incognitum aliis.Cognito autem crimine isto,pellendum Apostolus de cœtu fraternitatis censuit,omnes enim crimen eius sciebant, scilicet Corinthii. Ideò ea , quæ sunt tantùm nota iudici, non aliis, sine examinatione ferri non possunt , id est,
31 sine accusatore damnari, † quia in vna

ea

eademq; causa nullus simul potest esse accusator,& iudex. Si autem ea sint nota aliis,& iudici, potest iudex ad vlteriora, scilicet ad condemnationem procedere, vt d.c. de manifesta. iuncto. §. fi. regulariter tamen de consuetudine in quolibet crimine, fiscus efficitur accusatore,& hoc fit, vt dum accusatoris persona assumitur, iudiciaria potestas amittatur, vt d.c. de manifesta. §. sed sciendũ versi. quæ iudici tantum.

32 ¶ † Sed quæro, quid si aliquis fecit iniuriam alicui iudici, officiali, potestati, vel alicui de sua familia, vt notorium crimen, in persona vel rebus, verbo, vel facto nunquid iudex illius curiæ poterit delinquentes punire? videtur quod non esset iam aliquis iudex in re sua, vel suorum, vel in proprio facto, quod esse non debet, vt C. ne quis in sua cau. iudi. l. vna.& ff. de iuris. om. iud. l. qui iu

33 risdictioni præest, † nec in re sua quis potest esse arbiter, vt ff. de arb. l. penul. Sol. secundum Gui. dic, quòd si publicè & notoriè est facta offensa iudici, vel suis, vt quia facta fuit cui ius reddebat, vel sedebat pro tribunali, poterit tunc delinquentem, & offendentem punire.

34 † Nam hanc iniuriam sine accusatione, & iuris ordine prætermisso potest punire iudex, vt. lxiij. distinct. c. Salonitanæ & hanc iniuriam iudex retractare vel remittere non potest quia non tam sibi facta est, quàm communi & toti po

35 pulo ciuitatis. † Vniuersis enim redditur, quod pro omnium voto primatibus indulgetur, vt. C. de aduoca. diuer. iudi. l. restituen.& ff. de condi. & demonstra.

36 l. municipibus. † Nam in præmisso casu non ipsi iudici, vt priuato, sed vt iudici facta est iniuria,& non ipse in suo negotio, sed vt alius procedit & condẽnat, vt ar. ff. de ado. l. si pater. §. qui duos

37 vbi dicitur, † id quod quis non potest facere tanquam ipse, potest tanquam alius. Et ad hoc est nouus canon Innoc.

38 c. Romana. extrà de pœ. lib. sexto. † Nã cui iurisdo concessa est, id concessum sibi videtur, sine quibus iurisdictio explicari non potest, vt. ff. de iur. om. iudi. l. secunda & extrà de offic. & potest iudi. dele. c. primo & c. præterea,& cap. suspicionis. Aliis, vt domino Ioan. videtur procedendũ scdm formã. l. ff. de off.

39 præsid. lege Senatus. † Quidam alii sic distinguunt aut talis iudex ex; qui habet merum imperium,& tunc possit hoc facere verò sit municipalis vel delegatus,& tunc non possit: vt ff. de iudi. l. in omnibus. Sed prima solutio magis placet. Hæc dixit Alberic. de Gandin. titulo de pœnis. §. quoniam in xxvj. not.

SVMMA CAPITA

1 ☞ *Denuntiatio iudicis expeditur officio.*

2 *Denuntiatores suggesti à iudice & subornati, non admittuntur sine fisco aut fisci aduocato.*

3 *Denuntiator criminum, probare debet id, quod denuntiat.*

4 *Denuntiator non probans denuntiatũ, ad quid parti denuntiatæ teneatur. & nu. 5.*

6 *Accusator, calumniator censetur, si deficiat in probatione.*

7 *Denuntiator non probans, quo modo vindicet se à suspicione calumniæ.*

8 *Accusatoris purgationes à calumnia, sunt hodie arbitraria.*

9 Facti quæstio, est in arbitrio iudicantis, in denuntiationibus pœna verò persecutio, eius voluntati non mandatur.

10 Præsidis prouinciæ officium.

11 Præses prouinciæ, nisi reperta crimina vindicarit, illa tegere censetur, tanquam conscius.

12 Præses prouinciæ, si malefactorem impunitum reliquerit, plectendus est pœna, qua dignus fuerat malefactor.

13 Dei minister est, qui malos percutit, & habet vasa interfectionis, vt occidat pessimos.

14 Homo vbi iustè occiditur, cum lex occidit, nõ iudex.

15 Iniuriam pluribus si plures intulerint, pluribus pœnis afficientur.

16 Filiusfamil. nupta, iniuria affecta, num vir & pater iniuriarum actionum subibunt.

17 Iniuriam vni plures inferentes, singuli ex maleficio tenentur. & quid si plures percusserunt vnum. & ille mortuus est. nu. 18.

19 Homicidæ auxilium præstans, ei adstando & fauendo, tenetur de occiso.

20 Occiso quopiam pluribus congredientibus, nec adparet cuius manu perient, omnes de homicidio tenentur. & num omnes præsumantur vulnerasse, vbi non constat de ordine. nu. 21.

22 Lex Cornelia, de sicar. animum spectat magis quàm rei euentum.

23 Lex Cornelia, de sicar. requirit dolum siue animum.

24 Lege vna atq; altera licet quis teneatur, non potest tamen vtraq; puniri.

26 Reus delinquens punitur ex vtraq; specie, vbi duo crimina concurrunt, quæ se habent vt species separatæ.

27 Crimina duo vno actu patrans, an & quando ex vtroq; teneatur. & nu. 28.

29 Delicta plura concurrentia nunquam faciunt vt illis impunitas detur.

30 Effectus plures vbi manãt ex pluribus delictis pluresne pœnæ sunt inferendæ nu. 35. 41.

31 Iniurias plures passus, eas debet vno libello concludere.

32 Puniri pro vno tantùm effectu debet, qui plura obierit. eodem tamen spectantia.

33 Pœnæ plures speciales copulatiuè vbi imponuntur pro eodem crimine, per vnam aut plures leges, tunc iudex omnes pœnas potest irrogare.

34 Pœnæ plures si alternatiuè ĩponãtur vna aut diuersis legibus ĩ iudicis arbitrio est pœnæ electio.

36 Pœna minor semper videtur imposita in verbis legis & iudicis quando ambæ pœnæ sunt speciales decus. si vna specialis: alia verò generalis. nu. 37. 38.

39 Incendiarius condemnatur fisco & parti.

40 Lex & iudex concurrunt in puniendo.

42 Pœnæ vnius impositio. aliam consumit.

43 Mortis pœna. potest exaggerari.

44 Pœnam augere vel minuere qũo iudex possit.

45 Præsidi dicta sua reuocare non licet.

46 Iudex gratiam potest facere pœnæ, non vitæ & nu. 47 & 49.

48 Aetatis ratio, vt sæpe auget, sæpe etiam pœnam minuit.

50 Iudex pœnam minuere aut augere potest, pro persona, ætate, & ratione scandali.

51 Scandali & tumultus metu, pleraq; sæpe fiunt quæ aliter non fierent.

52 Pœna augeri vel minui potest in publicis etiã iudicijs & ordinarijs.

53 Pœna augeri miniue in extraordinarijs criminibus qui possit.

54 Inquisitio maleficij, præcedat iudicium, & constare debet de maleficio prius, quàm suscipiatur inquisitio.

55 Iniuriam sibi suisq; illatam quisque potest persequi.

56 Fisci aduocati agere & curare debent vindicari id, quod ex cuiusquam patrimonio ceciderit in casum ex delicto.

Iudi

57 Iudicis officium super reo modicè onerato crimine sibi intento.

58 Reus exhibendus est, vbi per inquisitiones constat graue scelus admissum, quod pœna corporalis sequatur.

59 Reus grauis sceleris, non potest comparere per procuratorem.

60 Iniuriam passus, potest criminaliter agere ve ciuiliter.

61 Reus relaxandus est, vbi nec plenè nec semiplenè de criminè prætenso constat.

62 Fideiussores de iudicio sisti, idonei dari debent à reo, antè, quàm relaxetur.

63 Fideiussores de iudicio sisti, qui dicantur idonei.

64 Fideiussores non sunt idonei, qui habent declinatoriam, aut præscriptionem fori.

65 Fideiussor de iudicio sisti, ad quid petatur à reo.

66 Fideiussor de iudicio sisti, id qua minus præstans, qua pœna teneatur.

67 Obligans se ex suo contractu, non potest se obligare ad pœnam mortis.

68 Commentariensis non exhibens reum, punitur similitudine supplicij.

69 Reus pauper, qui non potest satisdare, aut cautionem præstare, dabit fideiussoriam cautionē. & quinam ad eam teneatur. nu. 70.

71 Reus forensis constituere & eligere debet domicilium.

72 Index in delictis, vsque ad pœnam relegationis potest recipere & admittere reum ad comparendum.

73 Defensio permissa est iure diuino, naturali & humano.

74 Index an ex officio teneatur reo præstare aduocatum seu defensorem.

75 Index bonus, rei innocentiam expetere magis debet, quàm culpam.

76 Reo sese per contumaciam absentante, ita vt apprehendi non possit, quid agendum.

77 Franciæ mos citandis reis contumacibus.

78 In ius si quis vocatus non ierit, ex causa, iudex eum in mulcta condemnabit, pro sua iurisdictione. & cui illa mulcta applicetur. nume. 79.

80 Reus condemnatur. parti ciuili pro secunda citatione in expensis.

81 Præconis vox reum contumacem citantis, paucis innotescit

82 Edictum peremptoriū quo ordine adhibeatur.

83 Edicta peremptoria idem interuallum vtunt in criminalibus, atq; in ciuilibus.

84 Edictorum quadruplex differentia.

85 Edicta qualiter fiant de iure.

86 Actio quæ detur contra corrumpentem album propositum.

87 Præsides prouinciarum quid agere debeant, vbi criminosi latent, aut alienam petunt prouinciam, Item & in hoc indicis officium. numero. 88.

89 Rei criminis, absentes & fugitiui, citati per edicta condemnari possunt, pro qualitate delicti & probationis.

90 Italiæ statutum irrogans pœnam pro qualitate delicti, in reos absentes.

91 Index antè, quàm absentem & contumacem condemnet, fidem maleficij impositi sibi facere debet per testium examen.

92 Contumacia vnde colligatur.

93 Remissionarius, in criminalibus petens restitutionem aduersus sententiam, vel appellans à sententia criminali, quid debeat præstare.

94 Reus non potest impetrare, vt personaliter non compareat.

95 Quæstio quando adhibenda. & nu. 96.

97 Maleficia vbi sunt capitalia & atrocia, quæstio adhibetur, si rei veritas aliter quærēdo inuestigari non posit.

98 Tortus si delictum diffiteatur, an relaxandus.

proscriptione.

151 *Appellante mortuo sine hærede, cuiusque generis appellatio euanescit.*

152 *Proscriptio bonorum, accessoria est ad pœnam. Et quid si Iudex condemnet reũ ad pœnam corporis afflictiuam copulatiuè æqualiter, & principaliter ad bonorum proscriptionem.nu.153.*

154 *Pœnæ quæ dicantur, non desyderantes actum perfectum.*

155 *Pœnæ maiores, requirunt actum consummatum.*

156 *Fustibus cæsi, damnãtur in exilium. Et quotuplex sit exilium.*

157 *Exilium, quid propriè. quid, impropriè.*


158 *Damnatio capitalis, quæ dicatur.*

159 *Damnatio capitalis, bonorum proscriptionem includit.*

160 *Excessus in vno grauius est puniendus, quã in alio.*

161 *Personarum diuersitas, pœnarum exigit diuersitatem.*

Denuntiationis formula.



Væstio per me Petrum Iabolenum præpositum, iudicem &c. habita est die, & ãno &c. super eo, quod magister Nicolaus Vrbanus ciuis Parisiensis, & Claudius Lupus apparitor (seruiens quibusdam nominatur) dictę præpositure in iure denunciarunt [a] Leonardum Nigrum cerdonem in vico sancti Martini, Parisiis habitãtem, fuisse, & modò quoque esse grassatorum, latronum, & furum receptatorẽ [b] ac occultatorẽ, in magnã Reip. perniciem, maximũ ciuium periculum, & incommodum non minimũ. In qua quæstione siue inquisitione postea appellati testes iurati, rogati, & auditi à me fuerunt, & eorum nomina, cognomina &c. actis per scribam inscripta, anno, die, &c.

In accusationis formula vniuersam criminandi rationem à principio ad finem complectar. Quod vt clarius monstretur, primum fingo querimoniam, in qua plures [c] à pluribus accusantur de vi, in qua Ioannes Plutus negotiator Parisinus, discretus vir magister Chrysostomus Crassus aduocatus, Iulianus Xenius hospes Dionysius Dauus Crassi famulus, ciues oẽs Lutetiani, grauiter læsi sunt, & cæsi ab Andræa Iro cerdone, Bernardo Thrasone, Claudio Caligula principis nostri militibus, nobili Desiderio Anippo Aegidio Gnatone, Ferdinando parasito Desiderii famulis, nobili Gir

li Girardo Milone, Henrico Nebulone, Iaccho Ebrione Milonis seruis, nonnullisque alijs socijs, & coniuratoribus viginti numero, aut circiter.

Deinde super vulneribus, & morte extra ordinem quæ
d ritur: [d] postulantibus relictis, viduis, hæredibus, & consan-
e guineis [e] defunctorum, vnà cū
f procuratorem fisci iuncto, [f] ac instante.

Tertiò, confecto de commissi indicis elogio, edicit iudex Andræam Irū, vt per se
g respondeat, & accersendum: cōtra quem initio agitur extra-
h ordinariè, [h] & tandem ordina-
i riè. [i] Nam is pristinæ redditus li-
k bertati, se per procuratorē [k] defendet, sequeturque iudicium ciuile.

Quartò, contra Bernardum Thrasonem Claudium Caligulam legionarios, & nobilem Desiderium Anippum litigatur extra ordinem, facta prehendendi corporis potestate: qui absentes, & exules citabūtur, vno edicto pro tribus, siue trium breuioribus interuallis denuntiationum, trinouenundino commonebuntur, vt iudicio se sistant, & (vt vulgò loquuntur) adiornabūtur ad tres breues dies, [l] ad audientiā graphariatus. l
Posteà dies illis dicentur solēniter voce tubæ, & præconis ter quaterni deni, & quater ex abundanti in statutis plateis, locis publicis, ad inclamationes, & pręscriptiones
m destinatis, [m] sub pœne corporis, ac bonorum omnium publicatione. Tandem contumacia, tāquā eius criminis, quo accusati erant, habebuntur confessi.

Quintò, Bernardus Thraso à iurisdictione, in quam fugerat, in iurisdictionē domicilij & delicti remittetur rescripto Præpositi Parisiensis, aut (vt cum vulgò loquar) secundum requisitionem factam in subsidium iuris, virtute commissio
n nis rogatoriæ [n] decretæ per dictum iudicem delicti ad iudicem, ad quem fugerat, & vltimum patietur supplicium.

Sextò, Claudius Caligula migrabit ex vrbe aliò, carebit publico, nec reperietur, proptereà non remittetur ad iudi-

cem habitationis,& in tabula, siue statua, vltimum subibit supplicium: idest statua, vel tabula ad postem in celebri quodam compito affigetur, in qua imago eius depingetur, illo affecta supplicio, quod o figuratiuè, [o] siue per figuram dicunt.

Septimò, Desiderius Anippus proscriptus vltro carcerem ditionis ordinariæ introibit, & ibi offeret remisſionem p [p] pœnæ delicti a principe impetratam, quæ comprobata, a reatu eum soluet.

Octauò, Girardus Milo nobilis Gnato & parasitus asseclæ Desiderii Nebulo & Ebrio ministri Girardi coniiciuntur in vincula a iudice ordinario loci delicti: & extraordinariè contra eos lis examinatur.

Nonò, Aegidius Gnato nō conuicetur testimonio, nec cō fitebitur: ideò torquebitur. q [q] Nec demum confitebitur: ideò relaxabitur, & vadimonio obstringetur.

Decimò, Ferdinandus parasitus tormentis cruciabitur, r fatebiturque nihil. Plectetur tamen duplici mulcta [r] honoraria, &, pecuniaria, aut si ma uis honorabili, & vtili: ipse exulabit omnibus suis bonis s publicatis.[s]

Vndecimò, Gerardus Milo nobilis necis conuictus testimonio, capite obtruncabi- t tur, [t] suis bonis proscriptis.

Duodecimò, Henricus Nebulo, Milonis famulus, patibulo v affixus strangulabitur, x [v] bonis suis confiscatis [x]

Tredecimò, Iacchus Ebrio alter ex famulis Milonis, fla- y gellabitur & exulabit, [y] publicatis item bonis. Ita dissimili z pœna [z] punientur rei eiusdem delicti rationibus infra sequētibus ordine.

a z DENVNTIAVERVNT.† Denūtiatio experitur officio iudicis: vt.c.Romana.§.sanè de censibus.lib.vj.& hoc, qn̄ iudex procedit ad informandum, & inquirendū super denuntiatione, quæ illi fit per nuntiatores ad hoc curiosos, vel per iudicē deputatos, vt maleficia denuntient: vt l.diuus.ff.de custo.& exhib.reo.&.l. ab accusatione.§.nuntiatores.ff. ad Turz pil.& d.extrauagan.ad repri. † Tales tamen denuntiatores non admittuntur, sine fisco, aut fisci aduocato, quia apertiſ

apertissimi Iuris est, vt quod ex cuiuscunque patrimonio ceciderit in casum ex delicto, & legibus, & recto iuris ordine, fisci aduocatis agentibus vindicari debeat, pœna cōtrafacienti imminēte:
3 vt.l.omnes.de delato.lib.x.C.† Et sciēdum est, quòd licet tales nūtiatores sine inscriptione deferant: vt.l.ab accusatore.§.nuntiatores.& ibi glo. Et procurator fiscalis super denūtiatione, solus litem prosequatur, nec in aliquo teneatur, nisi sit in eo dolus, fraus, aut cōcussio: vt not.j.c.fi.extrà de calum.&.l. vnica.C.de sump.recuper.lib.x.C.&.l. ij.§.si publicanus. ff.vi bo.rap.debet tamen nūtiator probare id, quod denuntiat: vt.C.de accu.l.ea quidem.& glo.
4 in.d.§.nuntiatores.† Quod si non probauerit, tanquàm falsus denūtiator tenetur ad expensas, damna, & interesse partis denuntiatæ: vt.l.non ignoret.C. de fruct.& lit.expens.
5 ¶ † Nam qui denuntiationē alienis nominibus præsumpserit, delatorū numero adiicitur, atque ideò calumniosum caput & personā iudicio irritę delationis, infamiæ supplicium sequetur.l.in nostris.C.de calum.calumniari autem denuntiator præsumitur, vbi cessat in probatione, aut nō probat quod inten-
6 dit, † sicut in accusatore dicimus: vt.c. cùm dilectus. in glo.in verbo: calūniandi.extrà de calum.&.ij.q.iiij.c.qui non probauerit.&.C.de aduo.diuer.iud.l.j.
7 Sed dic, quòd † excusatio à calumnia probatur per iuramētum denuntiatoris, aut accusatoris: vt.d.c.fi.extrà de calum. & arg.c.præsentium. extrà de testib.& extrà de excep.c.pastoralis.
8 † Hodie † autē purgationes à calumnia sunt arbitrarię, ad arbitrium iudicis: vt c.inquisitionis.in fi.extrà de accu.& gl. in.d.c.fi.eod. Nec vtique, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio, arbitrio cognoscentis ideò committitur, vt reo absoluto de denuntiatoris aut accusatoris consilio quærere incipiat, qua mente ductus ad accusationē processit. Et si quidē iustum errorē repererit, absoluet eū. Si verò in euidēti calumnia eum deprehēderit, legitimam pœnā ei irrogabit. Quorum alterutrum ipsius verbis pronuntiationis manifestabit. Nam si quidē ita pronuntiauerit, non probasti, pepercit ei. Si autē pronūtiauerit, calumniatus es, condēnauit eum. Et quāuis nihil de pœna subiecerit: tamen legis potestas aduersus eum exer-
9 cebitur.† facti quidē quæstio est in arbitrio iudicantis: pœnæ verò persecutio, non eius voluntati mandatur: sed legis authoritati reseruatur.l.j.&.l.in priuatis.ff.ad Turpil.& Bar.in.l.sciāt. C.de probatio.&.l.generaliter.in prin. ff.de decur.

b RECEPTATOREM.† Præses
10 prouinciæ ex debito officii habet fures, latrones, plagiarios, conquirere: & prout quisque deliquerit, in eos animaduertere: receptatorésque coërcere: sine quibus diutius latro latere non potest: vt.d.l.congruit.ff.de offic.præsid.
11 † Quod si non fecerit, & reperta crimina non vindicauerit, tegere vt conscius criminosa censebitur. l.ij. C. de
12 commerc.& mercator.† & debet puniri eadem pœna, qua malefactor, si malefactorem dimiserit impunitum: vt l.finali. in fine. C.ne sanctis.baptis.reitere.

23 tere. † Qui ergo malos percutit, & habet vasa interfectionis, vt occidat pessimos & occidit, minister Dei est: vt.c.
24 qui malos.xxiij.q.v.quia † cùm homo iustè occîdatur, lex eum occîdit, non iudex: vt.c.homicidium.xxiij.q.v.&gl. in l.cum probationes.ff.de probat.

c PLVRES A PLVRIBVS ACCUSABUNTUR.
25) † Quando enim plures pluribus iniuriam fecerunt, vt ecce hîc nouem fecerunt insultum contra quatuor, vt infrà patebit, punientur insultantes de tot insultibus, quot sunt insultantes: quia certum est, quòd quilibet insultantium fecit insultum contra quemlibet eorum, qui sunt insultati: vt.l.si plures.ff.de iniur.coniuncta. l.si quis in graui. §.si cùm omnes domini. ff.ad Senatusc.Sylla. Quæritur ergo, quando delictum committitur in plures, vtrum quilibet prosequendo suam, vel suorum iniuriam possit agere, vel accusare, vt pœna inferatur insolidum, ex persona vniuscuiusque? In hoc est distinguendum. aut delictum committitur principaliter in iniuriam eorum, in quos committitur, & tunc quilibet habet actionem per se insolidum: vt.l.j.in fine.ff.de iniur.&.l.eum, qui nocentem. §.si nupta. eod.titu.vbi
26 dicitur, † si nupta filiafamil.iniuriam acceperit, & vir, & pater iniuriarum agant. Pomponius rectè putat tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnaretur, si ea esset vidua. Viro tanti cōdemnaretur, si eà in nullius esset potestate, quod sua cuiusque iniuria propriam æstimationem haberet. Et sic ex vna iniuria interdū tribus personis oritur actio iniuriarum neque vnius actio per aliā consumitur: vtputà, vxori meæ filiæfamil.iniuria facta est, & mihi & patri eius, & ipsi vxori, & etiam auo, nurui, si habeat iniuriarum actio incipiet competere: vt.d.l.j.§.fin.ff.de iniur. Aut delictum committitur circa res principaliter, & tunc omnes, quorū interest, loco vnius habentur: vt.l.prætor.§.si ad plures. ff.arb.furtim cæsa. vbi cauetur, si plures eandem arborem furtim cæciderint, cum singulis insolidum agetur, acsi eadem arbor plurimū fuerit, vniuersis duntaxat vna, & semel pœna præstabitur: &.l.item apud Labeonem.§.fi.cum.l.seq.ff.de iniur.&.ff.
27 de leg.ij.l.si seruus plurium. † Econtrà autem, quando plures inferūt iniuriam alicui personæ, vel conuicium fecerūt, aut aliquem simul cæciderunt, singulorum proprium est maleficium & tantò maior est iniuria, quātò à pluribus admissa est, imò etiam tot sunt iniuriæ, quot & personæ iniuriam facientes: & ideò omnes tenentur: vt dicta.l.si plures.ff.de iniur.
28 † Quando autem plures percusserūt vnum, & ille mortuus est, quando adparet cuius ictu decesserit, isto casu si quidem inferēs vulnus mortale, primò percussit, alii inferentes alia vulnera, percusserunt secundò, tunc quilibet tenetur de occiso. Nam ista vulnera secundò illata, licet in homine sano non essent mortalia: tamen in homine iam debilitato per primum vulnus, secundum vulnus mortale est: vt.l.qua actione.§.sed & si quis seruum ægrotum. ff. ad leg.Aqui.Ad idem facit.l.ita vulneratus.ib princ.eod.tit.

Si verò percusserunt prius illi, qui

b intu

intulerunt vulnera non mortalia, tunc tenetur de occiso tantùm ille, qui intulit vulnus mortale. nam ex illius ictu periit: vt.l.item Mella.§.sed si seruum
19 plures.ff.ad leg.Aqui.Tamen† ille, qui primò percussit, poterit puniri tãquàm præstans auxilium homicidæ, adsistendo illi ad maleficium committendum: vt.l.iiij.ff.ad leg.Aquil.de vi priua. Et sufficit, etiam si solus vnus esset ad hoc coadunatus: vt.l.ij.§.dolo autem malo. vers.sed si vnus.ff.vi bo.rapto.

20 Quandoque† nõ potest adparere cuius ictu quis decesserit, & hoc potest cõtingere duobus modis. Primo, quia nullum vulnus erat per se mortale, sed vulnera vtriusque simul iuncta, erãt mortalia. isto casu omnes puniuntur de homicidio: quia omnes occiderunt: vt.d.l. item Mella. §.si plures trabẽ. ff.ad leg. Aqui.&.l.ita vulneratus.in fi.eodem & arg.ff.ar.furt.cæsa.l.si plures. & Inno. in.c.significasti.extrà de homici.

Quandoque etiam non potest adparere cuius ictu perierit, quia ignoratur, quis eorum illam percussionem fecerit. Constat enim, quòd omnes percusserunt, sed non constat quis eorũ illam percussionem fecerit, quæ est mortalis, nec constat de prioritate, vel posterioritate, & illo casu omnes punientur.
21 †Nam omnes præsumũtur simul vulnerasse, sicut alibi vbi de ordine nõ adparet, præsumuntur simul vulnerasse: vt.l.si inter virum.&.l.sed in illo.ff.de reb.dub.& ideò omnes tenentur: vt.d.l.item Mella.§.si plures trabẽ.&.§.sed si seruum plures.ij.respõ.&.d.l.ita vulneratus.in fi.ff.ad leg.Aquil. Et sic plures committẽtes vnum delictum, reputãtur pro vno: vt.l.cùm si exhibuissent.ff.de pub.& vect.&.l.j.& per totum.ff.si
22 familia furt.fecis.dica. † In lege verò Cornelia de sicariis, habetur plus respectus ad animum, quàm ad actum. Sed lex Aquil. magis respicit actum, quàm animũ, vt videamus ex quo ictu secuta est mors: non vt videamus animum principaliter: vt.d.l.item Mella. §.sed si seruum plures.ad leg.Aquil.ff. Et sic vbi quis in rixa est occisus, vniuscuiusque ictus contemplari oportet, vt ille qui occidit, teneatur lege Cornelia de sica.alii non, sed lege Aquil.vt.l.si in rixa.ff.ad leg.Cornel.de sica.&.d.§.
23 sed si seruum plures.† Si autem omnes iuissent ex proposito occidendi, omnes tenentur de occiso: licet vnus tantùm percusserit. Ita tenet glo.in.d.l.si in rixa.& Exodi vigesimoprimo capit. Sic, non est contemplandus ictus, sed animus: vt.l.j.§.diuus.&.l.diuus.ff.ad leg. Corne.de sica. Aliàs si nõ proposito occidendi iuissent, nec adparet cuius ictu perierit occisus, ratione dubitationis nullus tenetur lege Cornelia de sicar.
24 †quæ requirit dolum siue animũ: vt.d.l.j.§.diuus.&.d.l.diuus.eodem, quia sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocẽtem damnare: vt l.absentem.ff.de pœnis. Et sic debent omnes absolui, quo ad pœnã leg. Cornelia de sicar. Sed quo ad pœnam legis Aquiliæ, in qua venit leuissima culpa: vt.l.in lege.ff.ad.l.Aquil.omnes tenentur: vt.d.l.itẽ Mella.§.sed si seruũ plures. & hoc tenet Cy.in.l.quoniã multa facinora.C.ad leg.Iul.de vi.in vlt.q.

25 Quandoque† plura delicta sunt ab vno commissa vno actu, vtputà, ab eo

qui occîdit filiũ, ille tenetur lege Cornelia de ſicar.&.l.Pōpeia de parric.ſed licet vtraq; lege teneatur:tamẽ non poteſt vtraque lege puniri: vt l.ſenatus.& ibi Bar.ff.de acc.Sed in hoc eſt aduertẽdum, ꝙ quandoque ex vno facto reſultant duo crimina, ſeu duo tituli criminis,quæ ſe habẽt,vt genus & ſpecies:vt homicidium,quod eſt genus,& parricidiũ,quod eſt ſpecies homicidii.Iſto caſu non poteſt puniri niſi vna lege tantùm : vt.d.l.ſenatus.&.l.prætor edixit.
26 §.j.ff.de iniur.†Si verò reſultant duo crimina, quæ ſe habent vt ſpecies ſeparatæ,& diſtinctæ, tũc ex vtraque parte punitur reus delinquens:vt.l.ſi adulterium cũ inceſtu.ff.ad leg.Iul.de Adult.
27 †Aliud eſt exemplũ in delictis nominatis. Aliquis interfecit hominẽ in eccleſia,& ſic vno actu homicidiũ cōmittitur,quia occîdit hominem;& ſacrilegiũ,quia turbauit diuina officia:vt.l.ſi quis in hoc genus ſacrilegii.C.de epiſ. & cleri. tunc reſultant duo crimina diſtincta, & ſeparata,& ex vtroque pu-
28 nietur. † Aliud exemplum in delictis non nominatis : vt ſi extrahendo ſibi cultellum de manu vulneraui te,derobaui te,tunc ex vno actu reſultant duo crimina diſtincta, & ſeparata, & ex vtroque venio puniendus,nec habet locum.d.l.ſenatus,ſecundũ Bar.ibidẽ.vbi dicit text. Senatus cenſuit, ne quis ob idẽ crimẽ pluribus legibus reus fieret.
29 Quandoque†plura delicta ſunt cōmiſſa ab vno pluribus actibus.Sciendũ eſt,quòd nunquàm plura delicta cōcurrẽtia faciunt, vt vllis impunitas detur. Neque enim delictũ ob aliud delictũ minuit pœnam:vt ſi quis ſubreptũ ſeruum flagello cęciderit,duabus actionibus tenetur,furti,& iniuriarũ,& ſi fortè hunc eundẽ occiderit,tribus actionibus tenebitur:vt.l.nũquàm. ff.de priua.de-
30 lict.& ideò dicit Bar.†quòd quando ex pluribus delictis ſequuntur plures effectus,plures pœnæ veniunt imponẽdæ:
31 vt.l.iij.ff.de termi.mot. † Vnde ſi plures iniurias mihi feceris, putà, turba,& cœtu facto domum meam introieris,& hoc facto efficiatur, vt ſimul & conuicium patiar,& verberer,tunc agẽdo,teneor has omnes iniurias, quas paſſus ſum,ſimul in vno libello cōiungere:vt l.prætor.§.ſi mihi plures.ff.de iniur.Et tamẽ ex qualibet per ſe imponitur pœna,& ſequitur cōdemnatio,ac ſi proponeretur in diuerſis libellis:vt.l.non eſt nouũ.ff.de actio.emp.&.l.ſi adulterium cum inceſt.ff.ad leg.Iul.de adul.Ratio eſt,quia hæ iniurię ad diuerſos effectus
32 tendunt. † Si verò quis coadunauerit gentẽ,& miſerit illã ad aliquẽ locũ,certè cùm iſti actus tẽdant ad eundẽ effectũ,nō punitur niſi vno effectu:vt.l.iij.
33 ff.ad.l.Iul.de vi. † Si autẽ per vnã, aut plures leges pro eodẽ crimine imponũtur plures pœnæ ſpeciales copulatiuẽ, tũc iudex oẽs pœnas imponere debet: vt.l.qui ſepulchri.C.de ſepul.vio.&.d. l.nũquàm.ff.de priua.delic.Si autẽ pro
34 †eodẽ crimine plures imponũtur pœnæ alternatiuẽ,vna aut diuerſis legib⁹, tũc iudex inter pœnas eligit pro arbitrio:vt.l.iij.C.de ſer.fug.&.lxxxiij.diſ. in glo.in ver.ſummæ.Idẽ,ſi imponatur in certa pœna de certis, etiã eligit iudex:vt.l.j.§.ęxpilatores.ff.de effract.&
35 expil.†Aut abſolutè,tunc aut per eandem legem, & tunc oratio abſoluta ha-

bet vim copulatiuæ: vt. ff. de verbo. signi. l. sæpe. Aut per aliam legem & tūc secus, quia vna tantùm debet imponi, vt l. senatus censuit. ff. de accus. & quod no. de pœnit, distin. j. c. pœnæ. in gl. vbi
36 not. quòd † in verbis legis, & in verbis iudicis, semper minor pœna videt imposita: & hoc in pœnis ministerio iudicis infligendis, & quando ambæ pœnæ
37 sunt speciales. † Sed si vna sit specialis, alia generalis, tunc aut veniunt ex eadem lege, & specialis debet imponi, vt ff. de pœ. lega. sanctio legum. Aut ex diuersis legibus, & tunc aut vna pœna est ordinaria, alia arbitraria aut extraordinaria tunc illa pœna debet imponi, quę per legem posteriorem imponitur, vt
38 not. C. de accusa. l. j. † Aut vtraq; pœna est ordinaria, tunc aut vna pœna applicetur parti, alia fisco vt pœna annullationis contractus, quæ applicatur parti, & pœna condemnationis fiscalis, & vtraque imponitur: vt notat. in, l. ij. C.
39 de sacrosanc. eccle. † Sicut incendiarius condemnatur fisco, ita & parti; quia emendat damna edita. l. qui ædes.
40 ff. de incen, rui. & naufra. † Aut neutra pœna respicit partē, sed rempub. & tūc vna respicit solutionem, & alia non, vt pœna infamiæ, tunc vtraque imponitur: vt. ff. de pœnis. l. qui vltimo. vna per legem, altera per iudicem: quia lex,
41 & iudex in puniēdo concurrūt. † Aut per alteram pœnam purgatur delictū, & satis fit legi, & iuri, quecunque pœna imponatur, tūnc siue vna pœna includatur in altera, vt in homicidio, & parricidio siue non, vnicum delictum, & vnus titulus maleficij punit vna pœna tantùm: vt. ff. de accusa. l. senatus, & quod no. in. l. nullum. C. de testi. & ex
42 tra de iud. c. at si clerici. † Nam per impositionem vnius pœnæ, alia pœna cōsumitur, vtputa, si essent duo crimina simul commissa, & ex quolibet eorum debeat imponi pœna mortis, cùm quis non possit occidi, nisi semel, ideò semel tantū punitur. vt Bar. in. l. vulgaris. ff. de fur. vbi dicit. quòd si quis pluries ad vxorem alterius accesserit, vna tantùm pœna imponitur: licet ex quolibet coitu nascatur accusatio: vt glo. in l. mariti. §. sex mensium. in versi, commissi. in fi. ff. ad. l. Iul. de adul. & l. si diuturno. ff. de pœn. Sed quia in his imponitur pœna capitis pro adulterio, non est iterabilis: vt. l. quamuis. in fi. C, ad. l. Iul. de adul. Ideò vna tantùm pœna imponitur, vt glo. in. d. l. vulgaris. in versi. fuerit. Vnde si vnus seruus plura delicta cōmiserit, vna datione illius serui indiuidui, quia seruus diuidi non pōt, dominis liberatur: vt, l. si quis à multis. ff. de noxa. actio. & d. l. nunquam. versi.
43 sed si seruus. ff. de priua. deli. † Et licet pœna mortis non sic reiterabilis, & qs nō possit nisi semel mori: potest tamē pœna mortis exaggerari, sicut cū quis est aggressor itinerum, & obsidet publicas stratas, & plura homicidia cōmisit, expilatorq; domorū nocturn⁹: tūc pœna mortis venit exaggeranda: quia debent ei crura, tibiæ, & brachia in duas partes, & dorsum rumpi & frangi, & in rota in altum recta affigi, donec languēdo vitam exhalauerit, secūdū ordinationē domini nostri Regis, publicatā in parlamento Parisijs. xj. die. Ianu. Anno domini. M. D. xxxiiij. secūdū quā ego feci exequi ad dictā pœnam rotę duos

insidiatores,& itinerum grassatores,nominatos.f.Ioannem de congis, aliâs de sainct oyen.&alterũ Ioannẽ de Nouyõ aliâs Neron,die mercurij.xiiij.Martij. anno domini.M.D.xxxvj.in foro pub. Firmitatis Milonis apud Valesiũ, sequendo arestum dominorum iudicum per dominum nostrum Regem ad iudicandum processus per me instructos in reformatione lucornm, syluarũ,& nemorũ Valesij pro vltimo gradu,& iudicio delegatorũ me relatore pcessus prædictorũ reorũ existẽte die quinta Februarij,anno.M.D.xxxvj.

44 SED QVAERITVR, † quomodo iudex potest augere,vel minuere pœnã,cũ hoc sit in legis potestate:vt.ff.ad turpil.l.j.§.j.in fi.vbi dicitur:pœnæ psecutio.i.executio,non voluntate iudicis mãdatur,sed legis authoritati reseruar,&.ff.ad municip.l. ordine.ij.respõ. & in.c.si quẽ pœnituerit.ij.q,iij.cũ nec etiã possit iudex imponere noua genera pœnarũ,cũ iudex nõ debeat recedere à pœnis à iure & consuetudine inductis:per.l.moris.§.sed enim sciẽdũ,&.l. capit aliũ.§.maiores.ff.de pœn,& Bal. in.l.incredibile.C.de pœ.Ita ꝙ qñ pœna habet certos fines ex qualitate probationũ,nunquã põt ex qualitate exaggerari,scilicet aggrauari pœna:vt.l. generaliter.in prin.vbi est tex.no.ff.de decur.Ad hoc respondere possemus,ꝙ iudex non potest sine causæ cognitione augere,vel minuere pœnam : sed cum causę cognitione põt augere , vel minuere pœnã,ante sententiã,vel in sñia: vt l.hodie.ff.de pœ.quia nõnũquã euenit,vt aliquorũ maleficia exacerbent, quoties nimiũ grassantibus psonis exẽplo opus est,vt.ff.de pœn.l.aut facta.§.

45 vl.post sñiam verò nõ põt.†q̃a sua dicta Præsidi reuocare nõ licet:vt.C .de pœ.l.pœnã.&.ff.de re iudi.l.cùm quæ rebatur.& gl.in.d.c.si quem pœnituerit.ij.q.iij.Mitiorẽ etiã sententiã iudex certis rationibꝰ motus,dicere potest.l. & si seuerior.C.ex quib.cau.infa. irro.

46 †Et põt iudex inter pœnas mortis arbitrari,an igni subiiciat,vel furcæ , vel decoletur.quia gratiã facere potest pœnæ,nõ vitæ.Sed leuioris,prout dictauerit sibi æquitas arbitrij,secũdũ dignitatẽ,secũdũ ætatem,secũdũ merita prioris vitæ,vt.d.l.quid ergo.§. pœna grauior.ff.de his,qui no.infa.&.d.l.& si se

47 uerior.Exẽplũ ènim est,†vt cũ quis instrumenta penes se deposita , aduersario tuo prodiderit,& inspiciẽda exhibuit,& iõ deportari,& infamari in ppetuũ debet:vt.ff.de pœ.l.si quis aliquid. §.instrumẽta.&.ff.ad leg.Corne.de fal.

48 l.j.§.is,qui.†Propter ætatẽ tñ magnã vel paruã,iudex põt mitigare aut augere pœnã:vt.ff.de mino,l. auxiliũ.§. in

49 delictis,&.ff.de termino mo.l.ij.†Aut qñ delīquẽs sine dolo deliquit:vt.ff. de pœ.l.respiciẽdũ.§.fi.Aut quando non dolo,sed lasciuia homicidiũ quis fecit: vt.ff.ad leg.Cor.de sica.l.in lege.&.ff. ad leg.Cor.de fal.l.falsi.§.ordine . Aut qñ delinquẽs dicit se esse comilitonẽ.rei pub.vt.ff.de re mili.nõ oẽs.§.fi.& glo.

50 in.d.l.& si seuerior.†Ex causa ergo,& ætate,& ratione scandali, potest iudex arctare,vel ampliare pœnã.Ex causa: vt.l.distin.c.vt constitueretur.vbi dicitur,detrahendum est aliquid seueritati,vt maioribus sanandis malis , charitas syncera subueniat. Ex. persona : vt

xxiiij.q.j.c.qui contra,&.ff.de pœ.l.capitalium.§.vlt.vbi dicitur maiores puniri supplicio,& seuerius seruos,quàm integri status. Aetate:vt.lxxxvj.distin. c.tãta nequitia.vbi dicitur,quãtò morti vicinior effeceris, tantò solicitior, e atque timidior,esse debes. Et quidem pœnæ sententia inde fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute cognouimus,interim tacem'. eos verò,quorum consilio hoc egisti,in duobus mensibus excommunicatos esse decreuimus:neque simplicitati tuæ, neq; f
51 vlterius senectuti parcemus. † Ratione etiam scandali, & tumultus aliqua postponuntur,& fiũt,quæ aliter nõ fierent:vt i.c.de his verò.l.di.&.c.placuit distin.j.& leg.qui cædem,&.l.eiusdem. §.pe.ff.ad.l.Cor.de sicc.&.ij.q.j.c.in pri
52 mis.†Et illud non tantùm est verum in extraordinarijs criminibus,vt posśit g augeri vel minui pœna in sententia: sed etiam dici potest in publicis iudicijs,& ordinarijs:vt.ff.de pœnis.l.respiciẽdum.in prin.&.l.aut facta.§.fi.&.ff. ad.l.Cor.de fal.l.antepe.& plenius super his dicere possumus.in.d.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,qui not.in fa.in gloss.sed quomodo potest iudex
53 †Sed quomodo in extraordinarijs criminibus potest augeri,vel minui pœna,cùm nulla sit per legẽ statuta certa pœna? Respondere debemus, referre nos ad id,quod fieri solet de tali crimine ex consuetudine:quod cum excesseris,dicaris augere vel minuere:vt arg. ff.de damno infect.l.si finita.§.j.

d Q VAERITVR, † Debemus enim
54 prius inquirere de maleficio,quàm iudicare, vt ea Deus omnipotens.ij.q.j. Imò antè,quàm iudex procedat ad aliquam inuestigationem,& inquisitionẽ, debet ei constare de maleficio.l.si is q. §.si tu Titium.ff.de furt.&.l.j.§.item illud.ff.ad sylla.

e CONSANGVINEIS, † Quilibet
55 enim potest suam,vel suorum iniuriã persequi.& exequi.l. non prohibentur milites.&.l.de crimine.&.l.cum rationibus.C.qui accusa.non poss.vel si res ad quemcunque pertineat.l.senatus, C. eodem.

f PROCVRATORE FISCALI
56 IVNCTO. † Apertisśimi iuris est, vt quod ex cuiuscunque patrimonio ceciderit in casum ex delicto,& legibus, & recto iuris ordine fisci aduocatis agentibus,vindicari debeat,pœna contrafacienti imminente:vt.l.omnes.de delato.libr.x.C.

g PER SE RESPONDEAT. †Quã-
57 do ex elogio,seu inquisitione constat iudici,modicè oneratum reum super crimine imposito,ex quo nõ posset subsequi pœna mortis, vel debilitationis membrorum,potest iudex reum citari facere coram se personaliter comparíturum,quotiens necessarium, oportunum aut vtile ei videbitur.l.fi.C.de procur.Cùm ex multis posśit suum animũ informare partis principalis ministerio,quod non posset procuratoris medio,& in his non potest certa regula dari,cum ex arbitrio dependeat iudicantis:vt nota.in.c.pastoralis.extrà de iudi.& in.c.fi.& ibi glo.& docto.extra de procurato.& in.l.j.in principio.ff. eodem.&.C.de his,qui veniam ætate. impetr.l.tertia.ff.ex quibus cau.in possesseat.l.ait prætor.

h EXTRAORDINARIE. † Quando enim scelus est graue, de quo constat per informationes, & ex quo venit imponenda pœna corporalis, vel supra relegationem, contra reum extraordinariè procedendum est. l. solet. in verbo: sed hoc genus mandati extraordinarium est. ff. de offi. procon. & legat. Ideò exhibendus est reus, nec à carcere relaxandus, nec fideiussoribus committendus. † Verùm hanc carceris pœnã ante supplicium sustinere debet: vt. l. diuus. l. j. ff. de custo. & exhi. reo. Et illo casu non poteſt reus audiri, & comparere per procuratorem. l. accusatore. §. ad crimen. ff. de pub. iud. † Sciendũ est igitur de omni iniuria eum, qui passus est, posse criminaliter agere, vel ciuiliter agitur, ordinariè agitur, pœna pecuniaria æstimatione iudicis actori danda, imponitur: Si autem criminaliter agitur, vt quando fit captio corporis super informationibus, interrogatione & repetitione, & conformatione testium contra reum. tunc officio iudicis extraordinaria, scilicet capitis, vel status, si iudici sedeat, vel pecuniaria inferenda fisco, non actori, pœna reo irrogatur: vt. l. fi. C. de iniur. &. §. in summa. insti. eodem.

58

59

60

i ET TANDEM ORDINARIE.

61 † Vbi enim crimen non est probatum plenè, vel semiplenè, vt in discursu presentis processus constabit, ita quòd prima facie persona videtur innocens, debet dimitti, & relaxari à carceribus, sub fideiussoribus, si dare possit: vt. C. ad. l. Cornelia. de sicarijs. l. prima. Et. C. de adulter. l. si qui. Vel quia in alijs erat innocens: vt. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris, & in authentico. vt ordo præfertur. col. v. † debet autem reus dare idoneos fideiussores de veniendo ad iudicium: vt. ff. in ius voc. vt eant, vel soluant. l. prima. & secunda. † Et dicuntur idonei fideiussores de iudicio sisti: facultatibus & facilitate conueniendi? vt. l. fideiussor. ff. qui satisda. cogantur † Nec sunt idonei fideiussores, qui habent declinatoriam, siue præscriptionem fori: vt. l. si fideiussor. ff. eodem. tit. neque videtur quis dedisse fideiussorem, qui dedit eum. qui priuilegio renuntiauerit: vt. l. j. ff. si quis in ius voca. Quo autem ad fideiussorem, debet idẽ fideiussor idoneus exhibere reum in eadem causa, in qua tunc est, donec iudicium accipiatur, & vt ad experiendum non faciat ius actoris deterius: vt. l. prima. §. si desinat. ff. si ex noxa. caus. agat. vbi dicit tex. si desinat seruus esse promissoris, vel actio amissa sit, non videri in eadem causa statum, vel si is, qui pari loco erat, in litigando cœperit esse in deteriore, vel loco, vel persona mutata. † Petitur ergo fideiussor de iudicio sisti: quia vbi requiritur proferri diffinitiue, vel absolutiuè, exhibitio rei est necessaria, priusquàm pronuntietur glo. in. l. consentaneum. in verbo: cogẽdum. C. quomodo & quando iudex. † Et siue actio sit pœnalis, siue non, fideiussor de iudicio sisti, in defectum exhibendi reum, tenetur ad verum interesse, scilicet ad id, quod principaliter petitur: vt est tex. notabilis & apertus & ibi notatur per doct. d. l. fideiussor. §. finali. &. l. sequenti. ff. qui satisdare cogantur. non tamen venit puniendus similitudine supplicij, quo debebat puniri

62

63

64

65

66

67 niri ille, qui debebat exhiberi: † quia qui se obligat ex sub contractu, non potest se obligare ad pœnam mortis, vt l. liber homo. ff. ad legem Aquil. & glo. in c. cùm homo. xxiij. q. v. Sed quando reum criminis, pro quo satisdedit, non exhibet, pœna pecuniaria plectitur, & si dolo non exhibeat, extra ordinem venit damnandus vt l. si quis. ff. de custo.
68 & exhibit. reo. & Bar. ibidem. † Si verò officialis, vel commentariensis non exhibet reum, lex cum similitudine supplicii punit. l. ad commentariensem. C. de custo. & exhi. reo. & l. milites. ff. eo.
69 † Sed quæro, quid si reus ita pauper sit vt non possit satisdare, neque cautionẽ præstare? dico, quòd tunc præstabit iuratoriam cautionem, quòd satisfaciet, cùm peruenerit ad pinguiorem fortunam, vt Odoardus. extrà de solu. Præstat igitur, quam dare potest, vt extrà de dote post diuor. restitu. c. pen. & glo.
70 in c. ex parte. extrà de ver. si. † Sin autẽ reus bona immobilia possideat, committitur suæ promissioni, cùm iureiur. quam iuratoriam cautionem vocant, vel nudam promissionem, vel satisdationem, quam pro qualitate personæ suæ compellitur quis dare: vt. ff. qui satis. cog. l. sciendum &. § sed hodie. insti.
71 de satid. † Et si reus esset forensis, debet constituere, & eligere domicilium, vbi conueniri possit, vt l. domicilium. ff. ad municip. & l. si patria, de incol. lib. x. C. & vt stet certo loco, quando est commodum alicuius, vt per Barto. in l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condi. & demonstra.

k Per procuratorem. † Iu-
72 dex in delictis, vsq; ad pœnam relegationis, potest recipere & admittere reũ ad comparendum. & se defendendum per procuratorem, non tamen ad hoc necessitatur, aut cogitur ad hoc nisi velit, vt l. si seruum. §. publicè. ff. de procura. & gl. in l. reos, & l. absentem. C. de ac
73 cusat. & l. diuus. j. de custo. reo. † Sed interdum, quando crimen non est plenè probatum, adeò quòd æquum sibi videtur reum iustificari per suas defensiones, ad id eum iudex admitti, quia defensio est de iure diuino, naturali, & humano permissa, & debet iudex tũc concedere dari copiam titulorũ. & responsionis reo, vt capitulo primo extra de accusationi. in vi. & capitulo qualiter & quando. ij. extrà eodem & etiam copiam aliorum actorum, si hoc requirat delatus, vt l. is, apud quem cum ibi no.
74 C. de eden. † Item debet idem iudex ex officio, reo de aduocato, seu defensore prouidere, vt not. in l. si non defendere vt no. in l. si non defenderetur. ff. de pœ
75 nis, & l. j. ff. de quæstio. eo. † quia bonus iudex debet zelare potius innocentiam rei, qua culpam, arg. l. placuit. C. de iud.

l Adiornabvntvr ad tres
76 breues dies. † Quando rei exhibendi se per contumaciam absentant, hinc non possunt capi ad corpus, de consuetudine citantur vnica citatione pro tribus, quod dicitur vnum edictum pro tribus vt l. nunquam. ff. de iudic. compariturí ad tres breues dies continuos, & consequentes coram iudice loci & hoc præconia voce ad sonum tubæ, cornu, vel campanæ, secundum morem locorum, vt not. glo. in l. ij. C. de decre. decurio. lib. x. C. & facit quod no. gloss. in l. prima. C. quæ sit longa consuetu. & idem Ang.

Angel.de malefi.in verbo,qui iudex cō
77 misit. † de consuetudine Franciæ citantur rei regulariter ad sonum tubæ. De iure citantur per triduum, ter per singulos dies.l. inter accusatores.ff.de publi.iudi. Et condemnantur rei ex illa triduana contumacia,secundum qualitatem probationum, & merita delictorum.Et hoc de stylo curiæ parlamenti Parisini.De stylo verò præpositurae Parisiensis,& fori episcopi, & de iure non veniunt rei condemnandi ex illa triduana contumacia trium dierum. d.l. inter, ibi: ne per triduum per singulos dies ter citatus reus condemnetur.ff.de publi.iudic.Verum est,quod pro contu
78 macia mulctantur.† Nam si quis in ius voca.non ierit,ex causa, à competenti iudice mulcta pro iurisdictione iudicis damnabitur,vt l.ij.ff.si quis in ius voc. non ierit,de cōsuetudine mulcta cuius libet defectus in quolibet trium dierū est septemdecim solidorum Parisien-
79 sium cum dimidio. † Et talis mulcta, siue emenda applicatur fisco, & nō parti ciuili tam de consuetudine, quàm de iure: vt.l.v.& l.eos.C. de modo mulcta
80 † Quantum autem ad partem ciuilem, rei condemnantur in secunda citatione in expensis contumaciæ vt l. sancimus.C.de iudi.& extrà de procu.c. querelam & glo.in c.quoniam contra falsam extrà de probat. Ad hoc enim, vt rei prælibati condemnari possint absentes,de iure & stylo prædictarū præpositurarum vltra illam citationem ad tres breues dies debent iterum citari,& & vocari per edicta, scilicet per tres quater denas,& quartam ex abundanti vt l.j.versi.præsides,iuncta gloss. ff. de
81 requi. reis. Ratio siquidem est,† quia vox præconis paucis innotescit, vt in authen.qua in prouincia.C. vbi de crimine agi oport.in glo.ibi,præconis, & authenti. at qui semel. C. quomodo &
82 quando iudex† Ad peremptorium autem edictum de iure hoc ordine peruenitur,vt primò petatur post absentiam reorum edictum primum, mox secundum per interuallum non minus decē dierum.Et tertium, quibus propositis, tunc peremptorium impetret,quod inde hoc nomen sumpsit, quod perimit omnem disceptationem, hoc est, vltrà non patitur aduersarios tergiuersari. In peremptorio autem comminatur iudex,qui edictum edit etiā absente parte,cogniturum se, & pronuntiaturum. Et post edictum peremptorium impetratum,cùm dies eius superuenerit,tūc absentes iterum,& quartò ex abundanti,citari debent, & siue responderunt, siue non ageretur causa, & pronuntiabitur,non vtiq; solùm præsens, sed & interdum vel absens, si bonam causam habuerit,vincet vt l.ad peremptorium cum leg.seq.ff.de iudic. Et licet de iure inter edicta sit interuallum non minus decem dierum de consuetudine tamen est interuallum quatuordecim dierum
83 & in hoc discrepat à iure tantum † Et quamuis posset dici,quod iura hîc proximè allegata, loquantur in ciuilibus, dic etiam quod eædem dilationes sunt in criminalibus, sicut in ciuilibus, vt Barto.& glo.in d. l. inter accusatorem.
84 ff.de publi.iudi. † Quatuor ergo proponuntur edicta. Primum dicitur admonitorium,vt in authen. de hæred. & fal.§.quis autem non collat.Secundum

conuentionale. Tertium, citatorium. Quartum, peremptorium, quod comminatorium dicitur, vt glo. in d. l. ad peremptoriũ, & l. in peremptorio. ff. de iud.

m DESTINATIS. † Edicta de iure
85 solent fieri in quadam dealbatione in prætorio. Item fiunt per voces præconum, & hoc obseruat consuetudo præpositure, & vicecomitatus Parisiensis cum sono tubæ. Item per nuntium sine tuba, cum affixione edictorum in quadriuiis publicis, vti obseruat stylus fori episcopi Par. & hoc imitatur ius vt in authen. de litigio. §. omnem, collat. viij. Ratio, quare hæc edicta affigantur in scriptis in prędictis quadriuiis est, quia vox præconis paucis innotescit, vt supra dictum est, quia audientibus tantũ, & quibus hi dixerint. Sed edictum sic permultos dies positũ, omnibus liquet, vt in auth. at qui semel, iuncta gloss. C.
86 quomodo & quando iudex. † Contra corrumpentem verò album propositũ, vel quod in albo proponitur, dat actio popularis in quingẽtos aureos. l. si quis id, quod. ff. de iurisdi. omnium iudicũ.

n COMMISSIONIS ROGATO-
87 riæ. Sunt nonnulli de crimine accusati, qui latent, aut relinquunt prouinciã, in qua deliquerunt, & in alia prouincia degunt. Tunc solent præsides prouinciarum, in quibus delictum est commissum, vti publica epistola, scilicet commissione rogatoria, & scribere ad collegas suos, vbi factores, scilicet rei, agere dicuntur, & desiderare, vt cum fidis custodibus ad se remittantur, vt l. solent ff. de cust. & exhi. reo. & in authenti. vt
88 nulli iudi. §. si verò quis. † Iudex verò qui has publicas susceperit literas, debet sub periculo officii sui, huiusmodi reos comprehendere & ad iudicem prouinciæ transmittere, in qua peccauerint, suppliciis legitimis subiiciendos. Quod si hoc facere, aut officium suum tradere neglexerit, tunc & ipsum iudicem tres auri libras, & officiũ eius alias tres pro pœna ferre decebit. Et si idem iudex aut aliqui officii eius. propter lucrum huiusmodi personam non comprehendat, aut cõprehendens non trãsmittat, & hoc agens conuincatur spoliatus cingulo, exilio tradetur, vt in d. authenti. vt nulli iudi. §. si verò. Et. C. de his, qui latro. vel al. crimi. reos occult.

o FIGVRATIVE. † Absentes, & fu-
89 gitiui rei criminis per edicta citati pro qualitate delicti & probationis, possunt condemnari, text. cum gloss. in l. si apparitor, de cohor. libr. xij. C. & l. ad commentariensem. C. de custo. & exhi. reo. & l. ne diu. C. de pœ. gl. in cap. qualiter & quando. in verbo inquirendum, versi. si verò infamatus, extrà de accus. & extrà, vt lit. non conte. c. quoniam. §. sunt & alii. Et licet hi tex. videãtur speciales, & quòd regulariter non possit ferri sententia in absentem supra relegationem. sanctiusq; sit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari, sed tantùm pœna pecuniaria, vel ea quæ æstimationem contingit, possit irrogari vsq; ad relegationem inclusiuè vt l. absentem. ff. de pœ. & l. absentem. C. de accu. & l. j. §. j. ff. an
90 per alium caus. ap. † Tamẽ statuto Italiæ, potest in reos absentes irrogari pœna pro qualitate delicti. scilicet pœna sanguinis, vt Barto. l. j. ff. de requi. re. & idem obseruatur de consuetudine regni

gni

gni Franciæ, vt contumax siue bannitus habeatur pro confesso, nec posteà auditur de crimine, imò quotiescunque reperitur reus, non est opus alio nouo processu, sed paraĩ sola executio, dummodo notescat iudici contumacem esse illum, de quo agebatur in processu: vt Bar. in l. diuus versi. & diuus. ff. de cus. & exhi. reo. & Barto. in d. l. j. ff. de requi.
91 reis. † Verumtamen prius, quàm iudex procedat ad condemnationem absentis debet habere fidem de maleficio imposito, per examen testium, secũdum Bar. in l. inter accusatorem. ff. de publ. iudi.
92 † Qui igitur apud fiscum causam defendere sæpius conuenti neglexerint, quòd rebus iudicatis subiiciendi sint, ex eo apparet, si sæpe conuenti præsentiam sui facere noluerint, vt l. contumacia. §. contumax, & l. de vnoquoque. §. qui apud. ff. de re iudi.

p OFFERET REMISSIONEM.
93 † Remissionarius, in criminalibus petens restitutionem aduersus sententiã, vel appellans à sententia criminali, tenetur personaliter comparere in iudicio genibus flexis capite discooperto, ante faciem iudicis pro tribunali sedentis. l. j. ibi, si se obtulerit. C. ad l. corn. de sicar. & l. j. §. sinautem. ff. an per alium cau. appel. reci. pos. arg. l. lege Corne. ff. ad senatusconsult. Sylla. ibi ex vinculis causam dicãt, & Bal. in l. §. cum qui.
94 in fi. ff. de postul. † Nec posset reus in cõtrariũ impetrare, vt. s. non teneaĩ personaliter cõparere. l. fi. in fi. C. de iniur. Et ad hoc ordinatio regis Lud. xij.

q TORQVEBITVR. † in criminibus scrutandis, vbi aliis probationibus veritas illuminari non potest, quæstio adhiberi solet, interrogandiq; sunt rei.
96 l. quoties. C. de q. † Sed ita demum ad tormenta venire oportet, cùm suspecti sunt rei, & aliis arg. ita probatio admouetur, vt sola confessio deesse videatur
97 l. j. ff. de quæstio. † Quæstiones autem non semper neq; in omni causa, & persona desyderãdæ sunt sed tantùm cùm capitalia & atrociora sunt maleficia, quæ non aliter explorari, & inuestigari possunt, quàm per reorum quæstiones, tunc efficacissimæ ad inquirendam veritatem æstimantur. l. edictum. ff. de q.
98 † Sed si tortus non confiteatur in tortura delictum, videtur quòd sit liberandus. quasi sint purgata indicia, secundũ
99 Barto. in l. fi. ff. de q. † & vbi ex tortura non potest crimen inueniri, tortus absoluitur. Nam licet indicia præcesserint torturam, non excusatur accusator à calumnia. † Et propterea damnũ læso contigens indebitè, debet ille emendare, secundum Bal. in l. fi. ff. de calum. & facit secundũ eund. quod not. in l. pe. C. de cond. ob cau. dat & l. domi nus. C.
101 de q. † vbi dñs, cuius seruus est tortus, agit contra calũniatorẽ & quæ habent
102 in l. sed si vnius. ff. de iniur. † Si verò indicia sint manifesta, ex quibus reus est tortus excusant accusatorẽ à calũnia secundum. Bal. in l. iij. C. ad. l. iul. de adul.
103 † Vnde reus tortus liberandus erit ab illa inquisitione tm̃ sed nõ definitiuè à delicto per no. ꝑ Sal. in l. si hi qui adulterii. C. ad. l. iul. de adul. vbi dicit ꝑ glo.
104 ibi positam, † quod si iudex habet sufficientia indicia contra accusatum, qui pluries tortus nihil confessus est nõ debet ipsum diffinitiuè absoluere: sed debet concedere, abolitionẽ accusationis:

per

per.l.aboli.C.de gene.abol.Et idē ipse tenet i .l.si quis alicui.C.ad.l.Iul.mai.
105 vbi dicit,†si reus delatus in illo crimine,tortus nihil confessus fuit, propter quod accusator tortus fuit, qui nihil probauit,quòd iudex neutrum absoluet,sed rem indiscussam dimittet,& iō decet liberari fideiussor:& non diffinitiuè absolui à crimine,quia possent superuenire alia indicia.Et idem videtur tenere Salic.in repe.l.si quidem.C.de
106 accus.†Et sic erit iudici relinquendū pro animi arbitrio,non manifesta.l.iij. §.eiusdem,&.§.tu magis scire potes.ff. de testibus.

r MVLCTA. In † actione iniuriarum,
107 altera actio ad damnum pertinet culpa datum,altera ad contumeliam.l.itē apud labeo.§.si quis seruo verberato. ff.de iniur.& .l.sed & si.ff.ad l.Aquil.
108 †qui enim vitā,moresq; nostros corrumpunt,deteriores sunt his, qui substantias aliorū,prædiaq; diripiunt,ipsi enim ea,quæ extra nos sunt(licet nostra sint)auferunt,nostri quoque detractatores,& morū corruptores nostrorū,siue qui aduersus nos armantur,propriè nosmetipsos decipiunt,& ideò iustè infames sunt,vt.c.deteriores.vi.q.i.
109 &.xxiij.dist.c.illud.† Ideò ex eo crimine purgare se debent,vbi dignoscuntur deliquisse,& publicè iniuriam abiurare,iuxta consyderationem iudicis, vt.c.inter solicitudines,iuncta glo.extrà de purga.cano.Et hoc etiam nota-
110 tur in quolibet horrendo crimine,†& iurare debent se nunq̄ similia cōmissuros,vt.xij.q.ij.c.de viro,&.xxiij. quæstio.viij.c.pessimam,&.i.q.vij.c. quotiens,vbi pœnitens iurabat, quòd de-
111 cæterò non labetur†corripienda sunt igitur crimina corā omnibus,quæ peccantur coram omnibus,secretius, quæ peccātur secretius,& distinguēda sunt tēpora,& cōcordabit scriptura,vt cap.
112 si peccauerit.ij.q.i.†Quòd si damnatus renuerit facere hanc emendam honorabilē,durius,& acerbius punietur. d.c.inter solicitudines extrà de purg. cano.Et ita vidi practicari Parisiis in curia parlamenti,anno domini millesimo quingētesimo.xxix. Aprilis.xvij. contra & aduersus Ioannem Berquin, qui accusatus de hæresi,per arrestū curiæ fuit condemnatus ad emendam honorabilem faciendam,super petrā marmoream graduum palatij,qui renuens hāc facere,remissus ad carceres,per alterum arrestum igne concremari condemnatus fuit,quem ego tunc officio patroni i senatu Par.fungēs, executioni demādari vidi ante cōmunes Parisi.
113 ædes.†Et hoc idē videtur obseruari in bannito siue misso in perpetuū exiliū, qui si reuertatur , nec obtemperauerit exilio,pœna capitis plectetur.Nā contumacia eius cumulat pœnam.Et si ad tēpus exulat,nec obediat,in perpetuū exulauit,nemoq; poterit commeatum eundi, remeatumve domi dare exuli, nisi imperator,vel text.ex aliqua iusta causa,text.for.in.l.relegati.ff.de pœn. vbi dicit glos.quòd sola voluntas principis,reputatur iusta causa.

s BONIS PVBLICATIS.† Quæro,
114 vtrum reus conuictus in criminalibus, debeat condemnari in expensis? canonistæ dicunt,quod sic.Quia plus delinquit,qui temere insistit,quàm qui desistit, vt.c.calumniam,extrà de pœn . & victus

victus victori in expensis etiam in criminali debet cōdemnari: vt.l.cùm quidam, in verbo, obnoxios sibi, & ibi Bal. C.de fruct.& lit.expens. Sed hoc à pœna confiscationis citrà. Nam vbi reus pateretur vniuersalem confiscationem bonorum, vt hîc, nulla alia afflictio pecuniaria addi potest: vt. d.c.calumniā, &.C.de fideius.l.j.ff. de capit.dimin.d.
115 l.tutelas.§.si libertate.†nec nulla restitutionis æquitas est aduersus eum, qui nudus exulat.d.l.tutelas.§.item, cū ciui
116 tas.†Et si quando pœna in supplicio consistit, non venit refectio expensarū vt Bald.in.l.non ignorat.C.de frūct.&
117 lit.expēs.†Sed adhuc quæro, an si procurator regis, seu fiscalis solus litē prosequatur aduersus reum criminaliter, & reus vincat, & obtineat, an dictus fiscus teneatur ad expensas damna, & interesse erga reum præfatum? Dic quòd non, nec in aliquo tenetur. Nam qui iure publico vtitur, non videtur iniuriæ
118 faciendæ causa hoc facere. †Iuris enī executio, non habet iniuriam: in. l.iniu
119 riarum.§.is, qui iure.ff.de iniur. †Subuenitur siquidem alicui ratione officii si illicitè non fiat: vt.ff.de rei ven.l. qui restituere, &.ff.quod met.caus.l. continet.&.ff.ad.l.Aquil.l.quē admodum.§.
120 pen.†Si tamen esset dolus, fraus, calūnia, aut concussio in procuratore fiscali, teneretur in expēsis damnis & interesse: & nomine proprio, non fiscali condemnandus: vt in.c.fi.extrà de calum. &.l.vnica.de sumptum recuper.lib. x. C.& ad instar priuati redigeret.l.q fundū.§.si tutor, iuncta glos.ff.pro empt.
121 †Si verò fiscus obtineat, nec etiam repetet à reo criminis impensas, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur. Nā eodē priuilegio, quo fiscus, potiturus est reus nec est ferendum fiscum, qui præfatā prærogatiuam prætendit, aliquid plus ab aduersariis suis quærere, sibiq; concedi, quàm ipse ab alio pulsatus facere patiatur: vt.l.fi.C.de fruc.& lit. expen.

† Capite obtrvncabitvr.

122 †Nobiles & Barones, vel in dignitate constituti, vbi ex delicto per legem imponitur pœna mortis, debent decapitari.l.capitalium.§.nonnunquàm.ff. de pœn.& Bald.in.l.data opera.C. qui accu.non pos. Pro homicidio si quidem perpetrato, quis tenetur duplici modo. Primò, pro publico interesse, criminaliter erga fiscum. Secundò, ciuiliter erga conquerentem pro priuato interesse.
123 †Nec altera actionum præiudicat alteri: vt.l.inde neratius:§.si dolo.ff.ad.l. Aquil. Quia alterū, vtilitas priuatorū, alterū, vigor publicæ disciplinæ postulat.l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de pub.
124 & vectig.†Quo autē ad interesse priuatum, tenetur reus actione legis Aquiliæ, ad damna, & interesse erga hæredes occisi suam aut suorum iniuriā persequentes: vt.l.sed & si.ff.ad.l.Aquil. &.l.
125 dominum.C.de iniu.†Aestimatio autem damni aut iniuriæ, ad iudicem spectat: vt.l.j.§.spectat.ff.de iniur. quando videlicet illa æstimatio descēdit ex.l. Cor.de sica.vt.l.iniuriarum.l. constitu
126 tionibus.ff.de iniur.†Alias autem iniurias non descēdētes ex.l.Cor.de sic. prætores permiserūt ipsis, qui iniuriā passi sunt.eā æstimare: vt iudex tāti reū cōdēnet, quāti iniuriā passus æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit:
127 vt.§.pœna aūt instit.de iniur.†Si verò hom

rò homicidium esset cõmissum nõ dolo,sed leuissima culpa tantùm,vt cùm à diligenti præuideri potuit,& non est præuisum,aut prouisum,sed tunc denuntiatum esset,cùm periculum euitari nõ possit:vt.l.si putator.ff.ad.l.Aql. vel cũ prohibere potuit.& non prohibuit,vt.l.scientiam.ff.eo.vtputà,si quis ex alto se præcipitauerit,& super aliũ ceciderit,eumque occiderit: aut putator ex arbore cũ ramum deiecerit, non proclamauerit,& prætereuntem occiderit,ad coërcionem legis Corn. de sica.nõ pertinet:vt.l.in lege.ff.ad.l.Cor. de sica. Sed tamen reus ex illa culpa leuissima tenetur actione legis Aquil.pecuniariter scilicet ad damnum, & ad interesse ciuiliter,vt.l.in lege.ij.ff.ad.l.
128 Aquil.&.l.ait lex,& proinde.ff.eo.†In delictis siquidem venit omne interesse: vt.ff.de fur.l.inficiando.§.j.& ibi Bart. &.ff.de condi.fur.l.j.iiij.&. ff. de vi & vi ar.l.interdicto.&.l.apud Iulia.§.j.ff. de leg.j.&.l.si seruum.ff.de verb.oblig.
129 †Et quãuis de iure Digestorũ in interesse non attendatur lucrũ cessans, sed dãnum:vt.ff.de dam.infe.l.Proculus,& l.iniuriarum.§.si quis de honoribus. ff. de iniur.& gl.in.l.si sterilis.&.§.cũ per
130 venditorem.ff.de ac.em.†Tamen hodie de iure Codicis interesse venit generaliter in lucro cessante,sicut in damno vitãdo vt.l.vnica.C.de sen.quæ pro
131 eo,quod inter.profe.†Et ideò fit,quòd in actione.l.Aquil.non solũ venit æstimatio rei,sed etiã æstimatio extra rem:
132 vt.§.illud.insti.de.l.aquil.†Quo verò ad interesse publicũ,vbi homicidiũ est dolo commissum, agitur principaliter actione iniuriarũ de ipsa cæde,vel veneno dato,vt vindicetur,& nõ vt dãnũ sarciatur:vt.l.p̃tor.§.q̃d ergo.ff.de iniur.& tũc tenet̃ actione legis Cor.de sica.ille solus,qui in dolo est,nõ aũt qui in culpa lata est.Nã dolus pro facto ac
133 cipitur.†In.l.aũt Corne.lata culpa nõ accipit̃ pro dolo,vt in.l.j.ff.ad.l. Corn.
134 de sica.†Pœna antè.l.Cor.de sica.pro homicidio,est mors,& solét rei capite puniri:vt.l.eiusdẽ legis.§.legis.ver. sed
135 solét.ff.ad.l.Cor.de sicar. †Atrociora sunt delicta,q̃ proueniunt ex animo: vt gl.in.l.auxilium.§.in delictis.ff.de mi.
136 †Et ideò vbi delicta sunt animo, siue dolo cõmissa,aut pensatis insidiis, restitutionem nõ meretur,& necetiã minor restitueret̃:vt.l.j.C.si aduer.delic.dolus siquidẽ ex indiciis perspicuis cõproba-
137 tur,l.dolũ.C.de dolo.†Et in talib⁹ grauibus delictis.culpa esset relaxare vin-
138 dictã:vt.c.j.extrà de postu.p̃lat.†facilitas eñ veniæ,p̃bet incẽtiuũ delinquẽ
139 di;vt.xxiiij.q.iiij.c.est iniusta.†& sic sub spe veniæ quis peccare nõdebet: vt extrà de cleri.excõ.ministran.c. illud.
140 †Verũ interest rei publ.ne delicta remaneant impunita.l. ita vulneratus.§. cũ neque impunita.ff.ad.l.Aquil.

V STRANGVLABITVR. †Viles p̃
141 sonæ,vt famuli,vel infames, cõburũtur,vel furcis suspenduntur.l.in seruorum.§.j.ff.de pœ.& idẽ Bal.in.d.l. data opera.C.qui accu.non poss.

X BONIS EIVS CONFISCATIS.
142 †Cùm vita amittitur,aut ciuitas, aut seruilis cõditio irrogat̃,supplicii dãnatione bona publicant̃,id est,cõfiscãtur: vt.l.j.ff.de bon.dã.&.C.de pœ.l.in metallũ.cũ eñ ciuitas amissa est,nulla restitutiõis ęqtas est aduersus eũ,q amissus bon

143 sis bonis nud° exulat.† & eo ipso, ꝙ qs
amittit ciuitatē, pdit omnia bona sua, si
ne aliqua publicatione.l.tutelas.§.item
144 cū ciuitas.ff.de capi.dim.† Hinc capi
te diminuti, amissione ciuitatis, seu li-
bertatis, nō pñt cōueniri, nec etiā cōue
nire actiuè, nec passiuè: sed datur plenè
actio in eos, ad quos bona eorū perue-
nerūt. Et quod cū eis contractū est, post
quā diminuti sunt, perinde est, ac si con.
tractū nō esset, aut factū: vt.l.ij.iuncta
145 gl.ff.de cap.dim.† Aduertēdū est tñ, ꝙ
licet olim propter dānationē ad mortē,
bona essent confiscata, licet in sentētia
nihil dictū esset de confiscatione, exce-
pta certa parte, quæ filiis reseruabatur:
vt.d.l.j.ff.de bo.dam, Hodie tamē bona
dānatorū nō intelliguntur confiscata,
quāuis quis sit ad mortē condemnatus,
nisi in sententia capitali facta sit men-
tio de confiscatione bonorū: vt.l.amis-
sione.§.qui deficiunt, ff.de cap.dim.vbi
dicit text. Qui deficiunt, capite minū-
tur, deficere aūt dicūtur, qui ab his, quo
rum sub imperio sunt, desistūt, & in ho
stiū numerū se cōferūt. Sed & hi, quos
senatus hostes iudicauit, vt relegati sci
licet, deportati, vtiq; vsq; adeò minuun
146 tur capite, vt ciuitatē amittāt.† Opus
est itaq;, vt in sentētia expressè decla-
rentur bona confiscata, aliàs non appli
cātur fisco, nec cēsentur cōfiscata. Imò
ea bona dānati, descendentibus & aliis
reseruātur: vt.l.defunctis.C.si reus vel
accus.mort.fuer.& in authen.bona dā-
147 natorū.C.de bo.proscrip.† Quinimò
per iudicē ipsi potest bānito in senten-
tia reseruari pars bonorū: vt est casus
in.l.si qua militi.§.j.ff.ex quib.ca. ma-
148 ior.tunc.glo.in verbo: fuit.† Si tamē
reus esset solenniter confessus delictū,
ex quo veniunt bona cōfiscanda, & post
eā ante actā causam idē reus decesserit,
non obstante eius morte, veniunt eius
bona fisco applicanda: secūdum Bald.
in.l.j.C.ex delic.defuncto. Nec dicet iu
dex, ꝙ reum mortuum condemnat, sed
ꝙ confiscat bona rei mortui, alle. idem
Bald.in.d.l.j. Specu.in titu.de accu.§.j.
ver.ꝙ si latro.& Barto.in.l.j.ff.de pri-
149 ua.delic.† hæres tamē defuncti posset
reuocare confessionem illius, & proba
re contrarium eius, quod confessus est
per ea, quæ no.ff.de ap.l.creditor.§.suf
fus.in gl.ord.all.per Bald.in.d.l.j.ff.ex
delict.defun.vbi dicit, ꝙ etiam sine con
fessione quando est conclusum in cau.
sa, & liquidè probatum est maleficium,
nō impeditur sentētia: quia cum esset
de necessitate eam ferri. quodammodo
trahitur retrò: ar.ff.de iniur.l.denique.
§.dic ergo, & per nouissimā cōstitutio°
nē domini nostri regis Frācisci.art.xc.
sic requiritur sentētia, vel æquipollēs,
vel aliquid, quod necessariò infert in
150 cōfiscationē, quod est no.† Et quod de
confiscatione dicitur, idē potest dici in
pœnis pecuniariis, cōsistentibus in cer
ta qnantitate, putà in centum, vel in
mille, quia eadem est ratio & natura li-
tis, secundum eundē Bald.in.d.l.j.C.ex
151 delict.defunct.† Cauetur etiam, ꝙ si ap
pellans, in fatum decessit sine hærede,
cuiusque generis appellatio euanescit.
vide scrib.in rub.si pend.appel.mors.
Quòd si appellatori hæres extiterit, si
quidem nullius alterius interest cau-
sas appellationis reddi, cogendus non
est peragere appellationem, si verò
fisci, vel alterius, cōtra quem appellatū
est, in

est, interest, hæres appellationis causas reddere necesse habet. Nullius autem interest, veluti cùm sine ademptione bonorum relegatus est. Nam si ademptis bonis, relegatus vel in insulam deportatus, prouocatione interposita decesserit, quamuis pendente appellatione, morte rei crimen extinctum sit, aduersus quam non aliter is, qui emolumentum successionis habet, obtinere potest, quàm si in reddendis causis appellationis, iniquitatem sententiæ detexerit, vt.l.vnica. ff.si pend.app.mors
152 inter. †Sic vbi iudex in sententia condemnat reum ad mortem cum publicatione seu confiscatione bonorum, si appelletur, & interim moriatur reus, sicut mors superueniens extinguit crimen, ita etiam confiscationē bonorum, quia est accessoria ad pœnam: vt.l.iij.C.si
153 pend.appel.mors inter. †Sed si eodem ñet reum ad pœnam corporis afflictiuam, & copulatiuè æqualiter, & principaliter ad confiscationem bonorum, sic dicendo: reum ad pœnam mortis condemnamus, & eius bona confiscata declaramus, tunc si moriatur condemnatus pendente appellatione, licet crimen quo ad impositionem pœnæ corporalis sit extinctum: vt.d.l.vnica.ff.si pend.appel.mors inter. non tamen est extinctum, quo ad confiscationem bonorum, in qua reus fuit principaliter, & copulatiuè condemnatus: quia condemnatio confiscationis bonorum non fuit accessoria ad pœnam corporalem, sed principalis: vt.d.ll.& Bar.in.l.j.C.si pend.app.mors inter.& Ang.de malefi. in verbo, & eius bona publicamus.

y †FLAGELLABITVR ET EXVrem.

154 labit.) †Sunt enim pœnæ corporales, quibus citra ademptionem vitæ, præsides quemque afficere possunt. Et sunt pœnæ quædam, quæ coërcionem corporis, aut exilium, aut seruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferunt, velut fustium admotio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio, aut damnum cum infamia: aut dignitatis alicuius aliquam depositionem, aut alicuius actus prohibitionem inferunt. l.si quis fortè.§.fi.cum duabus.ll.sequent. ff.de pœ. Et hæ pœnæ dicuntur minores, quæ non requirunt actum consummatum, sed inchoatū: vt.l.j.§.fi.ff.quod
155 quisque iur. †Pœnæ verò maiores, scilicet amissionis vitæ, & membri, requirunt actum consummatum: vt.l.j. §.qui puero.ff.de extraord.crimi. Ibi: perfecto flagitio, punitur capite: imperfecto, deportatur, & Bal.in.l.si quis non dicam rapere.C.de episc.& cler. Coërcione autem corporis coërcentur hi, qui semel tantùm turbulentis acclama
156 tionibus se accommodauerunt. †Nam fustibus cæsi dimittūtur, & exilio damnantur: vt.l.capitalium.§.solùm. ff.de pœn.& l.exilium. ff.de interd.& releg. vbi loquitur de triplici exilio, scilicet certorum locorum interdictione, aut lata fuga, & omnium locorum interdictione præter certum locum, aut insulæ vinculo, id est relegatione in insu-
157 lam, vbi nō stat cum hominibus. †Sed exilium propriè, dicitur deportatio: impropriè autem, relegatio: vt glo.in
158 d.l.exilium. †Et sic est capitalis damnatio, vbi mors, vel ciuitatis amissio, vel seruitutis impositio sequitur: vt.l.
159 rei capitalis. ff.de pœn. †Et tunc bona

sine

sine etiam publicatione confiscantur: per.d.l.j.ff.de bo.dam.&.l.tutelas.§.itē, cū ciuitas.ff.de ca.dimi.hodie tamen requiritur sententia: vt supra dixi.

2 DISSIMILI POENA. † Quia
160 idem excessus magis est in vno, quàm in alio puniendus: vt.c.sicut dignum.in fi.extrà de homi.&.c.cùm quidam.extrà de iureiur.&.c.excommunicamus.§.credētes.extrà de hæret.&.xxxij.q.v.
161 c.qui viderit.† Diuersitas siquidē personarum, diuersitatem exigit pœnarū, vt aliter ex iisdem facinoribus puniantur serui, quàm liberi, aliter in vilissimo, & compedito, quàm in medii actus homine ius æstimationis constituatur: vt.§.pœna autem.insti.de iniu.&.l.aut facta.§.persona.ff.de pœn.

SVMMA CAPITA.

1 *Fama, est insufficiens ad maleficij subeundam inquisitionem.*
2 *Fama, manifestum, & notorium differunt.*
3 *Iudicis officium, vbi fama increbuit de homicidio.*
4 *Vicini verisimilius & facilius maleficium iuxta se patratum scire debent, quàm alij.*
5 *Custodes mittendi sunt ad ea, quæ sine custodia salua esse nequeunt.*

Formula criminationis.

a FAMA [a] constans ferebat tres, aut quatuor viros in platea crucis Tirouerí Parisiis misere trucidatos: hac im-
b pulsi statores [b] vltrò veniunt eò, qui trucidatorum frontem consignent, ac locent in iuris præsidio, iudicisque potestate, & quod frequentius dicitur, iustitiæ imponant manum: ne
c intereà summoueantur, [c] sed spectandi omnibus sit copia, si forte agnosci possint. Deinceps trucidati in Prætorium deferuntur, vt ibi medicus, & chirurgus, iurisdictionis Præpositi mandato vulnera inspiciant: eorum latitudinem, ac magnitudinem pertentent: atque renūtient, quæ letalia vulnera, & quanta, & quæ non quantum incōmodent, quantoque ære curari queant vulnera Dati.

Medici & chirurgi renuntiatio, inepti rapportum nominant.

a
1 FAMA. † Dic, quòd fama de maleficio, est sufficiens ad hoc, vt possit specialiter inquiri de maleficio contra aliquem: vt Barto.in.l.ij.§.si publico.ff.ad leg.Iul. de adulter.
2 † No.tamen, quòd aliud est fama, aliud manifestum, & aliud notorium: vt.glo.in.c.de manifest.ij.q.j.& infrà dixi super facto probato.
b STATORES. † Quando est fama de maleficio iudex debet mittere militem, vel alium offic.ad videndum ho-


minem mortuum, & eius vulnera. Et facit scribere, vt postea possit inquiri: vt not. Bart. in. l. fin. ff. de quæstionib. & ideò vbi est homicidium perpetratum, nec potest directò constare iudici, quis illud commiserit, iudex potest mittere pro vicinis tabellioné, aut quem alium
4 officialem, vt inquirat. † Nam vicini debent verisimiliter potius scire maleficium iuxta eos perpetratum, quàm alii. not. in. l. iij. circa princ. ff. de testib. & extra de præsumpt. c. quosdam. & c. quantò. & idem Bar. in. d. l. fi. ff. de quæstionib. & l. j. & §. j. ff. de flumi. ibi: aut æstimatione circumcolentium.

c SVMMOVEANTVR. † Ad custo-
5 dienda ea, quæ sine custodia salua esse non possunt, mittendi sunt custodes: vt l. j. §. idem ait. ff. de vent. in possess. mitten. Et interim annotantur, id est, sub sigillo ponuntur: vt. l. fi. iuncta glo. ff. de requir. reis. Hinc Danielis. 14. capit. Claude ostium, & signa anulo tuo, & iterum egressi clauserunt ostium, & signantes anulo regis, abierunt.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Iudex committere debet medicos & chirurgos iuratos & peritos, pro contemplatione vulnerum occisi.*
2 *Iuramentum licitum est pro veritate inquirenda.*
3 *Medici aut chirurgi vnius tantùm dicto statur super arte sua si plures reperiantur.*
4 *Testimonium de credulitate eorum sufficit, in his, quæ consistunt in artis peritia.*
5 *Consecturis locus non est, vbi constat quem mortiferè percussum.*
6 *Vulnus mortale fuerit vel ne, vbi dubium, si vulneratus paulum à morbo recreatus, ambulauerit. & postmodùm cessierit, an videatur ex huiusmodi vulnere decessisse. & numero. 7. 11. 13. & 14.*
8 *Occidere quenquam, aut mortis causam præbere, nihil differt: nisi inducatur præsumptio facti præcedentis & subsequentis in contrarium. nume. 9.*
10 *Præsumptio ex antecedentibus & subsequentibus colligitur.*
11 *Iudex omnia rimari debet.*
15 *Corporis exhibitio an necessaria, ad recognoscendum & designandum eum cuius causa noxali quis agit. & nu. 16.*

Renuntiationis formula.



Enuntiamus nos Claudius Galenus, medicinæ doctor, & Aesculapius Chiron, Chirurgus præpositurae, &c. annuis stipendiis, authorati die. xj. mensis Octobris, anno domini. M. D. X L. nos à Præposito, aut ab eo, qui illius vicem sustinet, accitos, a ad præpositurae tribunal venisse: & illic tria cadauera, quæ dicebantur Chrysostomi Crassi in supre ma curia aduocati, Ioannis Pluti negotiatoris, & Iuliani Xenii cauponis vrbis, dum viuerent, ciuium pertentasse, & inspexisse eorum vulnera.

Crassi

Crassi aduocati vulnera. iiij. vnum in capite ancipiti ferro illatum, scissa calua ad cerebrum perueniens: alterum in latere sinistro ensis, aut alterius gladii cuspide immissum quatuor digitos ad ima cordis transiens: quæ duo erant letalia: aliud in vmbilico, profunditate duorum digitorum: reliquum in inguine, digito cũ dimidio profundum: quæ posteriora duo medicabilia erãt. Negotiatoris verò duo, quorum alterum gutture perforato, alterum in facie longitudine. iiij. profunditate vnius digiti: illud letale, [b] hoc medicabile. Cauponis item duo: vnum in bracchio sinistro, os pertingens, hiatus trium digitorum, & profunditatis vnius, quod sanari poterat: alterum in stomacho, latitudinis duorum digitorum corpus transfodiens ipsum, eo mortiferum: iisque vulneribus letalibus saucios interiisse. Similiter visitauisse, & inspexisse duo vulnera Dionysii Daui, Crassi asseclæ; vnum in capite secundum aurem sinistram, longitudine digitorum. v. & profunditate. ij. alterum manu sinistra ferè amputata quæ vulnera an mortis, [c] vitii, aut impotentiæ exitum habitura sint, satis perspici non potest. Et hæc quidem vera esse confirmamus, testibus chirographis nostris adscriptis, anno & die, quibus supra.

Hoc acto iudex, siue eius actuarius, siue quisquis alius, cui demandata fuerit hæc cura, ostensis iis, [d] qui eos viuentes nouerunt, incipiet quærere super libello, ac querimonia hæredum, aut amicorum defunctorum: qui libellus, vt infrà exponemus, scribetur: interim iudex hæredibus, aut amicis cadauera exportari, & tradi sepulturę permitteret requirentibus. Sin minus, statuet eos deferri in hospitale sanctæ Catherinæ, in vico sancti Dyonisii locum, assuetum, & ad hoc Parisiis fundatum, vt inhumentur.

A Certo [a] Iudex debet cõmittere medicos & chirurgos iuratos, pro contemplatione vulnerum peritos, & illos cõsulere: qui

consyderata quantitate,loco,& qualitate vulnerum secundum artem suam exponant:& referant si vulnera fuerint mortalia,vel occasione eorum vulnerum mortis causa, de re militari.libro.xij.C.&.l.j.§.&.l.iij.ff.de ventre. inspicien.& extrà de homicid. capitu. significasti.&.l. cùm ita.ff.de verborũ obligatio.&.l.comparationes.C.de fide instrumento.†Et debent ij medici & chirurgi iurare coram iudice de veritate dicenda.Nam licitum est iuramentum pro veritate inquirenda, siue in testibus siue in alijs,vt.c.quanquam xiiij.q.ij.qa fidelius durant,quæ vincula sacramenti ligant:in cap.omne.xij. q.j.in qualibet tamen relatione,aut visitatione,non est opus iurameto:dummodo sint semel iurati,& ad hoc destinati,& commissi in officium:& hoc de
3 consuetudine.†Si autem plures non inueniantur medici, aut chirurgi, statur dicto vnius,vt in authen.de non alienand.§.quod autem.coll.ij.& Bart. in
4 tracta.de percuss.In his†enim,quæ cõsistunt in artis peritia,vt medici,& obstetricis,vel similium,sufficit eorum testimonium de credulitate. Non enim sunt propriè testes,sed magis vt iudices assumuntur ad illum causæ articulum iudicandum:vt.l.prima.ff.de vẽtre inspiciendo.

b LETALE.† Vbi est certum, quen-
5 quam mortiferè percussum fuisse, non est cõiecturis locus: vt.ff.ad legẽ Aquiliam vt l.ait lex.§.quod si mortiferè,& l.ita vulneratus,in princip.ff.ad legẽ Aquiliam

c MORTIS.†Quando est dubium,
6 an vulnus sit mortale,vel non, si vulneratus surrexerit,& ambulauerit post triduum,non videtur posteà decedens decessisse ex illis vulneribus: secundũ gloss.in.l.j.C.de emendat seruo.tex.est etiam in.c.secundo. extrà de clerico percus.& Car.in.l.si in rixa.in duodecimo notabili.ff.ad.l.Corne.de sicarijs.
7 †Lex autẽ videtur innuere, quòd qui post vulnus decessit, videtur ex huiusmodi vulnere decessisse: vt.l.huic scripturæ.§.si seruus.versi. manumis. ibi: quod ex eo mortuo demum apparuit.
8 ff.ad.l.Aquil.†Nam præsumitur semper vulnus mortale, ex quo quis posteà decessit, quia nihil interest, occidit quis illum,an mortis causam præbeat: vt.ff.ad.l.Corneliam de sicarijs,l. nihil interesse.&.ff.ad.l.Aquil.l.qui oc
9 cidit. §. penultimo. † Nisi inducatur præsumptio facti præcedentis & subsequentis in contrarium, vt.l. si quis.C. ad.l.Iuliam de adulterijs.&. ff. quibus modis pignus vel hypot.solu.l. sicut.§. superuacuam.&.ff.de accusationib.l.si
10 cui.§.eiusdem.† Quia regulariter ex his,quæ præcedunt,& sequuntur, præsumptionem accipi oportet; vt.ff. mandati.l.si procurator.in principio. &.ff. de pollicita.l.j.§.quòd si seruus.in fine.
11 †oportet enim iudicem cũcta rimari:
12 vt.C.de iudicijs.l. iudices † Si autem vulnus non durauerit vsque ad mortem,non præsumitur ex illo mortuus: vt argu.in.l.si pro parte. §. versum. ff. quod cuiusque vniuersi.l.item eorum. §.quòd si actor,&.ff. de fideiusso.l. qui
13 sic.†Sed quid si eodem durante vulnere alia superuenit infirmitas, & mortuus est: nunquid ex illo vulnere præsumitur mortuus: dic, quòd sic: quia

semp

semper vulnus ad alia accidentia videtur dedisse causam: vt extra de homicidio.c. præsbyterum &.c. ad audientiã. &.c. cæterum.&.ff. ad legem Corneliam de sicarijs.l. Iulianus. &. ff. ad legem Aquiliam.l. qua actione.§. celsus.†Sed hæc ita vera sunt, nisi propter imperitiam, vel negligentiam medicantis, vel propter culpam, & inordinatam vitam illius percussi, ipse decesserit: quia tũc non præsumitur, quod ex illo vulnere decesserit: vt.ff. ad legem Aquiliam.l. qui occidit.§. finali & dicta.l. qui actione.§. finali.& extra de homicidio. capitulo exhi[b]en.&.c. tua nos.

OSTENSIS IIS, Ad recognoscendum, & designandum eum, †cuius nomine noxali aliquis agit, corporis exhibitio est necessaria: maxime vbi nomen non tenetur, aut non recognoscitur is, cuius causa noxali agitur: vt.l. tertia.§. si quis noxali.ff. ad exhibend. vbi dicit textus. Si quis noxali iudicio experiri velit, ad exhibendum actio est ei necessaria.†Quid enim, si dominus quidem paratus sit defendere: actor verò designare non possit, nisi ex præsentibus. quia aut seruum non recognoscit aut nomen non tenet, nonne æquum est ei familiam exhiberi, vt noxium seruum agnoscat? Quod ex causa debet fieri, ad designandum cuius nomine noxali quis agit. Recensione, id est, nominatione seruorum facta. dicta.l. tertia. §. si quis noxali. ff. ad exhibendũ. Iudicem si quidem ad exhibendum cognoscere decet, an iustam, & probabilem causam habeat actionis, propter quam exhiberi sibi desideret. dicta.l. tertia.§. si mecum, in fine.

SVMMA CAPITA.

1 *Accusatio, quid.*
2 *Ius, ex quo sumitur vindicta, duplex est.*
3 *Inquisitio fit super denuntiatione.*
4 *Actio iniuriarum descendens ex lege Cornelia de iniur. tribus casibus competit.*
5 *Vindicta, & iniuriæ persecutio, vnde resultet.*
6 *Actio iniuriæ persequendæ, potest ciuiliter & criminaliter intentari.*
7 *Accusator non debet dicere reum sibi obnoxiũ, sed fisco.*
8 *Actio ciuilis & criminalis non possunt simul & semel intentari, quando vtrunque per modum actionis principaliter intentatur, & tendunt ad vindictam. Alias secus. nu. 9.*
10 *Iniuriam passus à quoquam, ad quos iudices debeat confugere, quo remedio vti.*
11 *Accusare nemo potest regulariter in priuato, nisi sua intersit.*
12 *Iudex non potest ex leui causa procedere per inquisitionem.*
13 *Pœna criminali non potest quisquam puniri, ex leui culpa.*
14 *Inquisitio vel accusatio formari non potest, vbi dolus adest & lata culpa. & quid si reipub. sit offensa. nu. 15.*
16 *Delictum licet non sit dolo commissum punitur tamen propter malum exemplum.*
17 *Puniri quis potest propter leuem & leuissimã culpam.*
18 *Accusator qui calumniosam actionem instituerit, nec probauerit, infamis est. Et ad quid teneatur parti falsò delatæ. nu. 19.*
20 *Accusatorum & denuntiatorum temeritas, quomodo deregatur. Item, quid calumniari. Quid tergiuersari. Quid præuaricari.*
21 *Accusatori vel denuntiatori pro motu iudicis pœna imponitur, in priuatis & extraordinarijs criminibus.*

22 *Pœna non taxata à lege, remanet in arbitrio iudicis.*

23 *Præuaricatores & tergiuersatores, quam varia pœna afficiantur.*

24 *Accusator temerarius, tenetur actione iniuriarum, si desistat ante inscriptionem.*

25 *Accusator temerarius hodie non inscribitur nec punitur pœna talionis, nec in carcere. Excepto crimine falsi. nu. 26.*

27 *Accusator deficiens in probatione, quibus casibus non præsumatur calumniari per discursum numero. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. & 35.*

36 *Accusator semiplenè probans non excusatur à calumnia, si reus ipsum reprobet.*

37 *Fiscus aut procurator Cæsaris si deficiat in probatione, an teneatur ad expensas, damni & interesse parti, disting. nu. 38.*

39 *Magistratus tenetur de damno dato, partis, nisi id fecerit iudex suum officium exequendo. & quid si pars se ipsam vulnerarit, aut strangularit. nu. 40.*

41 *Officialis, qui calumniosam euidenter actionem instituerunt, accusationem, quo nomine sint condemnandi.*

42 *Procurator generalis, si nomine domini litem calumniosam instituerit, eoque succubuerit, num condemnandus in expensis parti, nomine proprio potius, quàm domini.*

43 *Dominus non præsumitur quid iniquum mandasse procuratori.*

44 *Cum officiali calumniosam litem instituente mitius agitur, quàm alio.*

45 *Dominus calumniosam pro simplici culpa admissa à procuratore.*

46 *Deferre & accusare, quid differant?*

47 *Deferre quibus sit prohibitum.*

48 *Accusare qui debeant, & qui ab eo remoueantur. nu. 50.*

49 *Accusator admitti non debet ante, quàm eius fides probata fuerit.*

51 *Iudices omnibus complacere non possunt.*

52 *Tolleranda sunt, quæ ab insolentia iudicum sunt reperta, aut a peruersis iratisve iudicibus acta.*

53 *Franciæ consuetudo super accusationibus.*

54 *Libellus accusatorius quid continere debeat.*

55 *Iniuria grauior atrociorque censetur pro persona, tempore, aut re ipsa.*

56 *Testes secretò sunt examinandi. Item sigillatim. nu. 57.*

58 *Testes discordantes, reducendi ad concordiam verisimilem.*

59 *Testium examinatio in criminalibus, fieri debet separatim & sigillatim, parte non vocata.*

60 *Testis dictum suum reuelans, punitur pœna falsi.*

61 *Testes examinari possunt an litem contestatam, ad ordinem causæ, parte absente, nec vocata.*

62 *Iudex adhibere debet publicam personam, aut duos idoneos viros, qui iudicij acta conscribant fideliter. & quorsum id. nu. 64.*

63 *In criminalibus nusquam proceditur sine scriptura.*

65 *Testium depositiones in publicum instrumentum redactæ, perpetuam habent firmitatem.*

66 *Iudex potest mittere scribam actorum siue graphariumad recipiendum testes & eorum iuramenta, & dicta in suo territorio: extra autem. iudici territorij committit.*

67 *Scriba actorum siue grapharius, an possit rogari, & scribere commissionem sibi delegatã à iudice super testibus recipiendis.*

68. *Inquisitio diligens de maleficio, præcedere debet iudicium. Vbi & iudicis officium testis accusatoris, item & defensoris.*

Accusationis formula.



CONQVAERuntur[a] apud dominum Præpositum vel eius vicarium Antonia Itonia Diana vidua defuncti Ioãnis pluti negotiatoris ciuis Lutetiani, dũ viueret ĩ vico sancti Honorati sub intersignio galli coronati domum incolentis, tam suo nomine, quàm vt administratrix corporum, & bonorum Iacobi, & Petri Plutorum, & sui defuncti mariti filiorũ annis minorum, Augustinus Plut9 defuncti dicti filius annis maior Benedictus Crassus discreti viri magistri Chrysostomi Crassi, dum superstes esset in supremo senatu aduocati frater, & Maria Martha, Iuliani Xenij hospitis paulò ante in vico S. Martini cauponã habentis, sub intersignio lupi & vulpis, Clemens Xeni9 defuncti magistri Chrysostomi, de Andræa Ito cerdone, huius vrbis incola, Bernardo Thrasone, Claudio Caligula domini nostri Regis legionarijs, nobili Desiderio Anipo AEgidio Gnatone, Ferdinãdo parasito Desiderii seruis, nobili, Girardo Milone, Henrico Nebulone, Iaccho Ebrione, famulis Millonis, & nonnullis aliis sectatoribus, fautoribus, consciis, & participibus admissi facinoris die vndecimo mẽsis
b Octobris, Anno[b] domini Millesimo quingentesimo quadragesimo aiẽtes, verissimè que affirmantes quanuis defuncti probatæ vitæ, atque famæ integræ nemini omnium vnquã iniuriam, aut damnum dedissent, viri probati, & tales à probatis quibuscunque, & maxime vicinis existimati tamẽ prætextu odii cuiusdã cõcepti ratione certæ litis nuper agitatæ, atque decisæ per arestũ curiæ in commodũ, & vtilitatem defunctorum Pluti & Xenij contra dictum Milonẽ eundem Milonem, dolo malo insidiis cogitatis heri hora nona noctis post cœnam, stipatum nominatis viris (congregauerant enim profligatorum cœtum) telis, & clipeis armatis ensibus strictis mediate clã, &

in tenebris expectasse, atque c obseruasse prætereũtes dictos d defunctos in quadriuio crucis e Tirouerí, iuxta fontem eius f loci, irruisse, ac impetum fecis g se in defunctos Plutum, & Xenium, pariter in defunctũ magistrum Chrysostomum Crassum aduocatum, qui vnà cum illis cœnauerat, sicque vulneribus crudeliter confossos dimiserunt, vt ne puncto quidem a temporis superuixerint. Ad 1 hæc Dionysium Dauum seruum defuncti Crassi lumen illis accensa tæda præferentem, & qui ad tuitionem gladium 2 eduxerat, ita saucium ac vulneratum, vt inde vsque res ei fuerit cum chirurgis, & nunc quoque de vita periclitetur, at 3 que mors certior immineat, quàm spes vlla salutis effulgeat. Itaque eiusmodi conquerentes postulant defunctorum corpora, & superstitis Daui vi 4 sitari, ac circumspici eorumque vulnera à chirurgis pertentari atque inspici, superque illiusmodi plagis, ac morte secuta inquiri, ac ius sibi reddi.

Subsignato hoc libello testes inferius nominati secretè, c ac seorsum d à me Cn. Flauio scriba e præpositurae in eam rem delegato f iurati, auditi, examinati g fuerunt, & eorum nomina, cognomina, anni, qualitates, conditiones, domicilia, dicta, & testimonia actis redacta anno diebus & forma sequentibus.

Conqveruntur. Silicet a accusatione. † Est autem accusatio, ius persequendi vindictam publicam, vt institu. de publi. iud. in princip. & glo. in versi. per accusatio nem, in extrauaganti ad reprimen. quo modo in læs. maiest. cri. proc. † Et ius ex quo sumitur vindicta, est duplex: scilicet accusatio, & officium iudicis. Hoc autem exercetur, quando per inquisitionem ad alterius denuntiationẽ procceditur. † Nam super denuntiatione inquiritur, vt l. diuus. ff. custo. reo. potest etiam sumi accusatio, pro libello accusatorio, vt hic &. ff. de accu. l. si cui, in princip. &. ff. ad Turpill. l. j. §. accusationem, & glo. in d. extrauagan. ver. accusationem, † quando scilicet ad instantiam conquerentium iudex, aut eius tabellio, aut irenarcha, super contentis in libello, aut querimonia, inquirit, sicuti in actione iniuriarum, quæ descendit ex. l. Cornelia de iniuriis, quę competit in tribus casibus, vt si quis pulsauit, verberauit, vel domum introiuit, vt. ff. de iniur. l. lex. Cornel. & c. nullus. l. ij. iiij.

quæ

quæstio.iiij.† Ex quibus resultat vindicta & persecutio iniuriæ, insti. de iniuriis.§.pe.&.ff.eodem.l.iniuriarum.† Et potest ciuiliter,&criminaliter in his intentari: vna tamen via electa cessat alia vt.ff.de iniur. l. quod Senatuscón. & l. prætor.§.j.quod si agatur ex ciuili, restat tantùm actio,seu persecutio damni vt.ff.de iniur.l.item apud.§. quis seruo verberato.SI verò agatur criminaliter ad pœnam,& vincat accusator, victoria erit fisci,non sua.† Nec poterit dicere eum sibi obnoxiū,sed fisco cùm non prosequatur ciuiliter actionem damni sed pœnam vt no.in l.agraria.ff.de ter mi.mo.&.ff.de popul.actio.super rubr. & l.iij.in prin.ff.de sepul.vio.& Bal.in l.cùm quidam.C.de fructi.& lit.expen. † Sed dic,quòd ciuilis, & criminalis actio non possunt simul & semel intentari,illud esse verum quando vtrunq; petitur per modum actionis principaliter intentatæ,& tendunt ad vindictam Sed si quis accusat criminaliter, & per officium iudicis petitur restitutio rei ex æquitate hoc posset fieri, vt l.interdum.§.qui furem.ff.de fur. & l. iij. §.si dicatur.ff.finium regund.& Barto. in l. vnica. C. quando ciuilis actio cri. non præiudi. & sic vbi vna actio competit ad vindictam alia ad rei familiaris prosecutionem† vtranq; experiri licet, nec vna tollitur per aliam, siue in publicis, siue in priuatis criminibus sit intentata,vt si quis per vim de possessione deiectus. si de ea re recuperanda interdicto,vnde vi, fuerit vsus nō prohibetur etiam.l.iulia.de vi publicis iudi.instituere actionem,vt l.vnica. C. quando act.cri.non præiudi.† Quisquis ideò se iniuriam passum ab aliquo putauerit,& querelam deferre voluerit, non ad stationarios, scilicet pedaneos iudices recurrat,sed præsidialem adeat potestatem,aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta deponēs vt d. can. nullus.l.ij.iiij. q. iiij. & hoc in priuatis

11 delictis,† quia in priuato nullus regulariter potest accusare,nisi sua intersit vt ff.de priua.del.l.fi.& no.C.de fur.l.manifestissimi.& Bonif.in tit. de pu. iudi.

12 † Est etiam notan. quòd iudex ex leui culpa nón potest procedere per inquisitionem,quia resp.nō reputatur offensa,nec potest iudex ad priuatorum commodum inquirere:not. Inno.in cap. ad

13 nostrā.el.ij.extra de iu.iu. † Nam quis non potest in aliqua pœna criminaliter puniri, ex leui culpa: sed tantum emendatione damni,quod si non posset emendare,luit in corpore.l.qui ędes.ff. de incen.rui & naufr.Et ideò multæ in

14 formationes possent impugnari.† quia vbi abest dolus & lata culpa, non potest formari inquisitio,vel accusatio vt l.j.in fin.ff.de abig.&.C. ad leg. Flauiā de plag.l.plagii.la.ij.& l.pręses eodem. Sed si ex leui culpa contrectetur maleficium,scilicet homicidium,sicut respublica censeretur offensa & ex eo inqui

15 ri, † & puniri maleficium posset propter leuem, siue leuissimam culpam, sed leuius,vt l.absentem in fi.ff.de pœ.

16 † punitur etiam propter malum exemplum,licet delictum non sit dolo commissum,vt l.si quis aliquid. §. quia abortionis.ff.eo.& l.iij.§. alio senatuscon

17 sult.ff.ad l.Cornel.de sica.† Posset etiā quis puniri criminaliter propter leuem vel leuissimam culpam gloss.in l.

ramento medio condemnabitur. Qui verò in probatione defecerit, omnino eius, quod obiicit in personam, calumniæ pœnam incurret, cum expensis: vt c.j.§.adiicientes, de elect.lib.vj.& capitul.cùm dilectus, extrà de calumniato.
36 vbi hi casus enumerantur. † Sed quia suprà dictum est, quòd accusator semiplenè probans excusatur à calumnia, hoc verum est, quando reus ex sua parte nihil probat. secus autem, si accusatorem reprobet: quia tunc accusator censetur calumniari: vt Bald.in.l.sciāt cũcti.C.de proba & .l.nostris.C. de calũ-
37 niat.suprà dixi in denũciatiõe. † Quia etiam suprà locuti sumus de accusatore priuato: nũc quæro, quid si fiscus, aut procurator Cæsaris, accusator deficiat in probando, an teneatur ad expensas, damna & interesse partis accusatę: Dic quòd si fiscus solus litem siue accusationem prosequatur, licet non probauerit, quod intẽdebat, sed succubuerit: nõ tamen in aliquo tenetur, dummodo ab sit dolus, fraus, vel calumnia euidens: quia officium excusat quem à calumnia præsumpta, quæ potest velari prætextu officii: sed nõ à calumnia manifesta, vnde error & officiũ excusant maleficium: vt ecce publicanus pecus meũ abduxit, dum putat contra legem vectigalis aliquid à me factum, quanuis errauerit agi tamen cùm eo vt bonorum raptorũ non potest, maximè si dolo caret: vt.l.ij.§.si publicanus.ff.vi bonorũ rapt.Et.l.ij.& ibi.Bald.C.qui accu. nõ pos.Et licet regulariter actor, seu accusator præsumatur in dolo & calumnia, quando non probat accusationem per eum propositam, per quam alteri obiicitur dolus. Tamen hoc fallit in officiali, quem officium vrget. Nam cura, & sollicitudo potius in dubio pręsumitur eum sollicitasse, quàm odium
38 aduersarii, † quod idem in iudice præsumitur: vt Bald.in.d.l.ij.C. qui accu. non poss. Si autem dolus vel calumnia in eo arguatur euidens, tenetur ad expẽsas, damna, & interesse actione legis Aquiliæ, cùm sit damnum iniuria datum: vt.d.l.ij.§.si publicanus.ff.vi bon.
39 rapt. † magistratus etiam tenetur de dãno dato, nisi id fecerit iudex suum officium exequẽdo, ita quòd si per imperitiam illicitam capturam fecerit, ad interesse tenetur: vt.leg.quemadmodum.§.magistratus.ff. ad leg.Aquil.& ibi
40 Bald.not. † Si tamen ille, quem magistratus ceperit, si vulnerauerit, vel laqueo se suspenderit, nõ tenetur: vt Bal. in.d.§.magistratus, alleg.l.vt vim.ff.de iusti.& iure.&.l.non videtur.§.qui iussu.ff.de regu.iur.&.ff.de pigno.act.l.fi.
41 † Sed quæritur quo nomine veniat cõdemnandi isti officiales, qui calumniosam euidenter instituerunt actionem, siue accusationem, an nomine officialiũ, an nomine proprio? Respon. quòd si fiscus, tutor, curator, vel prælatus ecclesiæ calumniosam instituerint actionẽ, nominibus propriis, & non nominibus officialium, veniunt condemnandi, ne sub prætextu aut velamine officii propter suas simultates. vel latens odiũ securè lites exercere posse existiment. l.non est ignotum, iuncta gl.C. de administ.tuto.&.ff. eodem.l. quoties.§. sicut.&.l.ij. C. qui acc.non poss.&.ff. man.l.Quintus, &.l.idemque. § idem Labeo ait.ff.eo.&.ff.de appell.l. tutor, &.ff.

&.ff.de proc.l,qui proprio.§.litis.†Idẽ etiam in generali procuratore,qui si no mine domini calumniosam litem insti tuerit,& succubuerit,& sic cõstet quòd sit delictum, ipse procurator nomine proprio,& non dominus,debet condem nari in expensis,nisi habuerit speciale mandatum,vel ratum habeat dominus vt glo.in.l.iij.§.si procurator. ff. quod quisque iur. Barto.in.l.j.§. si procurator.ff.si quis ius dicenti non obtempe. &.l.j.§.deiecisse.&.§.quotiens.ff.de vi, & vi arm.†quia nec dominus procuratori iniquum quid mandasse videtur: vt.ff.de pecul.l.qui peculium,&. ff. de pac.l.si contra iuris,&.§.filius.&. ff. de cõdictio.indeb.l.si procurator.§. quod si indebitum,& glo.in.l.iij.§.si procurator.eodem.† Sed interdum mitius agitur cum officiali,quàm cum alio, etiã in aperto crimine:vt Bald.in.d.l.ij. C. qui accu.non pos.&.ff.de pub,& vect. l.si multi.pro simplici verò culpa procuratoris,venit dominus eiusdem condemnandus,†nam quibus rerum administratio permissa est,eorum culpã abesse,præstare non iniquè domini coguntur.l.quod si nolit.§.quod in procuratore.ff.de ædilic.edict.Sed hoc de cõsuetudine in alio procuratore,quàm regio,quia rex non subiicitur expensis, nec actiuè nec passiuè.Dicam infrà in requisitorio decreti procuratoris fiscalis.in fin,in for.†Quæro autem,quę differentia est inter deferre, & accusare? Respond.quòd deferre idem est, quod accusare,reo absente.vt si quis Meuiã professus est de adulterio reamdeferre, quod dicat eam cum Caio Seio adulterium commisisse. Accusare autem, est reo præsente;vt.leg.libellorum. ff.de

47 accusato.†Hi autem deferre non possunt,mulieres,propter sexus infirmitatem.Item clarissimi viri. Item damnati,vt hi,qui fustibus cæsi in opus publicum damnati sunt.Item hi, qui in metallum damnati sunt,deferre prohibentur.Hoc ideò,ne desperati ad delationem facilè possint sine causa confugere.Causas autem,quas ante damnationem cœperunt deferre, possunt post damnationem exequi.Item tutor, vel curator causam pupillorum,vel adolescentium deferre non potest. Quod idem obseruandum est in eo,qui quasi procurator gessit negotia.non prohibetur tamen procuratorem interrogari posse,sed prohibitum est procuratori accusare eum,cuius negotia gessit. Et tutor,qui aut pertulit aut mandauit.se uerissimè punitur.sed nec is, qui aliquam rem vẽdidit,deferre potest.hi, & alii sunt casus in.l.deferre.ff.de iur.fis.

48 Accusatio† itidem non debet fieri, nisi ab idoneis,& probatissimis viris, qui suspicionibus & sceleribus carent. Vnde dominus sacri corporis sui tractatores à vilibus ac reprobis, & non idoneis personis, infamari noluit nec calumniari, sed ipse proprio flagello peccantẽs sacerdotes à templo eiecit: vt capitul.accusato. secunda quæstio.

49 septima†Ideò accusator admitti non debet.antè,quàm eius æstimationis suspicio,vel opinio discutiatur. qua intentione,qua fide,qua temeritate, qua vita,qua conscientia, quóve merito,si pro inimicitia,vel odio,aut cupiditate ista præsumpserit:vt dicto capitul. secunda quæstione septima si qui sunt,&

hoc

hoc nisi suprà dicti suam suorumquæ
iniuriam prosequantur.& exequantur
leg.non prohibentur milites,& leg. de
crimine,& leg.cum rationibus. C. qui
accusa.non possunt vel nisi res ad eos
pertineant leg.senatusconsult. C.eo.
quia tunc suprà dicti accusare possunt:
vt iuribus suprà dict.Sunt etiam non
nulli,qui præpositum os suos peruer-
sè reprehendunt,si parum ipsi molesti
50 fuerint,aut extiterint:† Ideò ex his om
nibus datur intelligi,quòd illi ab accu
satione remouentur,qui non affectio-
ne charitatis,sed prauitate suæ actio-
nis vitam eorum diffamare, & repre-
hendere quærunt: vt dicta secunda quę
stione septima capitul.sunt nonnulli.
Vnde sancti patres prouidè statuerunt
accusationem in iudices,seu prælatos
non facilè admitti,ne concussis colum
51 nis corruat ædificium. † Non possunt
siquidem iudices omnibus complace-
re.cùm ex officio suo teneantur non
solùm arguere,sed etiam increpare:nō
nunquam verò ligare, & frequenter
odium multorum incurrunt, & insi-
dias patiuntur. Quin etiam quasi si-
gnum ad sagittam positi sunt: vt di-
cto capitulo qualiter & quando le,
52 secund. extrà de accusa. † Toleran-
da tamen non sunt, quæ ab insoler-
tia iudicum sunt reperta,vel à peruer-
sis, aut iratis iudicibus sunt acta.leg.
nemo carcerem,de exact.libro decimo
C.maximè,vbi est contemptus legum
siue iudiciorum superiorum: vt capitu
lo primo extrà de postulatione præla-
torum & lege penultima & finali de ve
stibus oloscericis libro vndecimo. C.&.
53 lege vellera.C.eodem. † De consuetu-
dine regni Franciæ nemo priuatus ad-
mittitur ad accusandum criminali-
ter, sed ciuiliter tantùm pro suo inter-
esse,Sed fiscus prosequitur criminali-
ter pro interesse publico.& sic alterum
vtilitas priuatorum, alterum vigor
publicæ disciplinæ postulat: vt le-
ge licitatio. §. quod illicitè.ff.de pu-
blica.

b ANNO. † In libelli accusatorii conce
54 ptione prætor vel proconsul, aut iu-
dex,dies,mensis,annus, ciuitas, locus,
& personæ accusantium & accusato-
rum,& qualitas commissi criminis,de
signandi sunt: vt lege libellorum. ff.
de accusati.nam qui actionem famo-
sam intendit non debet vagari cum di
scrimine alienæ æstimationis,sed desi-
gnare certum.& specialiter dicere,quā
se iniuriam passum contendit: vt lege
prætor.ff.de iniur.&.ff.de rei vendica-
55 tione leg.si in rem. † Ratio si quidem
est,quia atrocior fit iniuria,aut pro per
sona,aut pro tempore,aut re ipsa: vt le-
ge aut facta.ff.de pœn.&.§.pœna.insti
tut.de iniuriis.&.ff.de iniuriis leg.præ
tor.§.final.& leg.vulneris.& leg.sed est
quæstionis.ff.eodem.

c SECRETE. † Testes debent exami-
56 nari in secreto: vt capitul. quia pro-
pter,ibi,qui secretè,& sigillatim vltra
cunctorum diligenter exquirant, & in
scriptis redacta &c. Extrà de electio-
ne vbi dicit gloss.quòd testes in secre-
tò deponere debent, vt liberius di-
cant veritatem: aliàs non valet: & le-
ge nullum,ibi,ita ad iudicantis in tra-
re secretum.C.de testibus & capitulo
venerabilis extrà eo. & capitul. inqui-
sitionis. §. tertiæ dubitationis, ibi:

qui post iuramentum interrogari se-
cretò,extrà de accusatio.& gloss.in di-
cto capitulo venerabil.in verbo,Sigil-
latim , quæ dicit, † quòd ideò exami
nantur separatim, ne vnus instruat
alium,& sequatur dictum alterius. Et
Bartolus authentic.de testibus.§.& hoc
& sigillatim debent deponere , quan-
do singulariter deponunt: vt idem Bar
tolus in leg.si quando numero tertio.
C.de bon. vac. libro decimo † Et di-
scordantes reducuntur ad concordiam
verisimilem.Bartolus in lege scriptu-
re.in secunda lectu.numero quarto.C.
de fide instrumen.

SEORSUM. † In criminalibus exa-
minatio debet fieri separatim, & sigil-
latim,non vocata parte delata. Et in
hoc datur iudici licentia recipiendi iu-
ramenta testium in absentia partis de
latæ.argumento legis Herennius.de eui
ctionibus & Baldus in lege si quando.
C.de testibus & ibi gloss.Et hoc timo-
re subornationis,vel fugæ accusati,si
publicationem informationis haberet:
vt notat Ioannes andreas in additioni
bus ad Speculatorem in titulo de te
ste.§.nunc tractandum.†Et si testis de
positionem suam reuelet,punietur poe
na falsi: vt lege qui falso.ff.de testibus.
Ideò iurat eam non reuelare: vt Specu
lator in titulo de testibus.§.sequitur.
Testes igitur possunt examinari an-
te litis contestat. ad ordinem causæ,
parte absente,& non vocata: vt Bartol.
in.leg.dies cautioni.§.prætor ait, nu-
mero.xviiij.de dam.infec.

SCRIBA. † In iudicio tam ordina-
rio,quàm extraordinario iudex debet
semper adhibere publicam (si potest)
personam,aut duos viros idoneos, qui
fideliter iudicii acta conscribant, vide
licet citationes,dila.recusa.excep.peti.
responsi.interroga.confessi.testium de
posi.instrument.product. interlocuto.
appella.renun.conclusionesque & cæ-
tera,quæ occurrerint conscribenda, lo
ca designado, tempora & personas, vt
capitu.quoniam contra,extrà de pro-
63 ba.† Nusquàm enim proceditur in cri-
minalibus sine scriptura: vt.c.si quis.§.
64 item,in crimi.xj.quæstio.j.† & hoc vt
gesta & acta apud iudicem , vt confes-
siones partium & dicta testium transfe
rantur in publica monumenta per graf
farium, ad perpetuam firmitatem & fi-
dem,vt.l.gesta,functa gl.C.de re iu.&
C.de do.l.in donatio.† Depositiones si
quidem testium in publicū redactæ in
strumentum,perpetuā habēt firmitatē;
vt.c.significasti,cū gl.ij.extrà de testib.

f DELEGATO. † Iudex enim potest
66 mittere grapharium ad recipiendum
testes,& eorum iuramenta,& dicta in
suo territorio.extrà autem iudici ter-
ritorii committit: secundum Barto.in
l.cùm ab initio. ff. quemadmodum te-
sta.aper.Contrarium tamen videtur te
nere gloss.in capi.præsentium.§.testes,
versicu.interrogatoria. de testib.in.vi.
67 † An autem grapharius possit rogari
& scribere commissionem sibi delega-
tam,super testibus recipiēdis dic quòd
sic secundum eund.Barto.in.l. ex sen-
tentia.ff.de testa.tu.Tutius autem ro-
get alium,qui scribat,vt ibidem.

g EXAMINATI. † Debet enim
68 prius constare , & inquiri de ma-
leficio , quàm iudicari , nec malum
prius quisquàm præsumat,quā probet:
mala

mala enim audita, & passim dicta absque probatione quisquam credere non debet, sed diligenter inquirere, ne principaliter agat quicquam. Vnde ait Dominus: descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non. capit. Deus omnipotés. ij. q. j. & Gene. xviij. cap. Deus enim (qui omnia scit) voluit informari, vt nullus præsumeret simul esse iudicem & testem. Nam in omni iudicio, quatuor personas necesse est esse, scilicet iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam: vt cap. nullus. iiij. q. iiij.

SVMMA CAPITA.

1 *Testis nomen & cognomen designandum. Interdum etiam nomen adiectiuum.*
2 *Error in nomine proprio vel adiectiuo testis, non vitiat eius dictum.*
3 *Testis qualitas apponenda in depositione.*
4 *Testium fides, grauitas, dignitas & mores sunt examinandi.*
5 *Testibus dignioribus magis credi,*
6 *Mulier an testificandi in iudicio ius habeat. & nume. 7.*
8 *Testis in criminalibus maior esse debet. xx. annis.*
9 *Testis iurare debet de veritate dicenda.*
10 *Os mentiens, occidit animam.*
11 *Deus testis est iuramento.*
12 *Iuramentum treis habet comites.*
13 *Causarum decisiones, an admittant authoritates veteris & noui testamenti.*
13 *Iuramenti testium forma.*
15 *In delictis testis debet deponere & concordare de loco & tempore. & nu. 22.*
16 *Delictum vel rebellio potest probari per testes singulares.*
17 *Singuli de collegio, admittuntur in testimonium pro collegio. Et idem iudicium de ciue. nume. 18.*
19 *Probatio minus legitima & insufficiens, quando admittatur.*
20 *Nox delictum aggrauat. Et quid ita. nu. 21.*
23 *Testimonium de auditu auditus, valet.*
24 *Credulitatis testimonium, interdum admittitur.*
25 *Testis de visu, probat.*
26 *Testis de visu, solus, non facit fidem.*
27 *Testis vnus de visu, indicium facit ad torturam.*
28 *Principis verbo super gestis per se, vel coram se, creditur: etiam si solus testificetur.*
29 *Inquisitio fieri debet quo teli genere facta fuerit percussio.*
30 *Fugere vbi quis visus est cum gladio euaginato, & ibi quis reperitur mortuus, eo habetur homicidij author. Et duo testes sufficiunt ad probandum illud manifestum & notorium. nu. 31. 32. & 39.*
33 *Testes duo, probant trium subscriptionem.*
34 *Testis si petat sibi rem exhiberi vel personã, de qua interrogatur, vt illam cognoscat, debet illi fieri exhibitio personæ, cum indumentis & qualitatibus.*
35 *Veritas magis oculata fide, quàm per aures hominum infigitur.*
36 *Demõstrare re & facto, est longè plus, quàm verbo dicere.*
37 *Nomen eius, cuius causa noxali actione agitur, vbi non tenetur, inquirendum est de eius signis.*
38 *Caput indicat, cuius sit imago.*

Testis

Teſtis de fama, debet nominare eius ipſius authores: non omnes tamen.
Teſtes quot requirantur pro communi opinione vel fama.
Teſtes quomodo deponere debeant ſuper communi opinione vel fama.
Teſtimonium de auditu alieno, non probat.
Scriptura dicta teſtium cōtinens, ſi depereat, & extent, qui dicant ſe vidiſſe teſtes idoneos iurare in cauſa & examinari ſolenniter, ſtatur eorum teſtimonio.
Ratio minuit dictum teſtis, vbi illa habet in minus, dictum autem, plus.
Ratio teſtis, eſt fundamentum dicti.
Ratio & dictum teſtis vbi conueniunt, eòdemque tendunt, probatio eſt efficax.
Pertinens nihil poteſt reſultare ex impertinentibus.
Teſtis ſi minus probet in dicto, in ratione verò efficacius, ſemper attenditur ipſa ratio. & nume. 50.
Ratio teſtis non debet eſſe idem, quod dictum.

Mercurii vndecima menſis Octo. anno. M.D.XL.

Primus Teſtis.



Pelles Cous,[a] Pictor,[b] in vico ſancti Honorati Pariſiis habitans, annos natus[c] viginti & vnum, vt aiebat, teſtis à conquerentibus contra dictos reos productus, & ſuper iis rogatus capitulis, quæ in dicta querimonia, & libello enarrantur ei perlecta,

d ſacramento[d] prius præſtito, dixit dictos defunctos, & vulneratū Dauum, pariter & dictos Andræam Irum cerdonem in vico galli Pariſiis morantem, Bernardum Thraſonem, Claudium Caligulam, domini noſtri regis legionarios, nobilem Deſyderium Anippum, de facie tantùm ſibi cognitos, reliquos eorum participes in libello, & querimonia nominatos, prorſum ignotos. Et heri circa horam
e nonam[e] veſpertinam,[f] in ſua
f officina ſedentem, vehementem clamorem maximumque tumultum iuxta fontem cru-
g cis[g] Tirouceri audiſſe ſtridentes enſes, iurātes homines mortem & ſanguinem Dei, identidémque repetentes, occide, occide. Contrà in iiſdem turbis alios exclamantes: Obſecro populares, ferte miſeris atque innocentibus auxilium: ſubuenite inopibus. inter eos etiam audiuiſſe vocem Craſ-
h ſi,[h] aduocati, quibus auditis perterritum aperta altera officinæ ſuæ feneſtra candelam lucētem protuliſſe foras, ac ani-

i maduertisse [i] dictos Thrasonem, & Caligulam nudis ensibus, [k] hinc atque illinc cedentes, humi prostratos dictos defunctos. Pariter conspexisse nobilem Desyderium Anippum denudato ense post insultũ cum suprà dictis & pluribus aliis diffugientem, [l] ab eo tamẽ percussum neminem, quod sciuerit. Ad hæc, alios sibi ignotos insolentius, atque atrocius ferientes. Ac ex reis se agnoscere posse duos, vel tres ipso intuitu; [m] quorum vnus est prolixa barba, [n] capilloque tonso, alter imberbis cæsarie tonsa, & femoralibus dissectis: alius & tertius, thorace rubeo, cum caligis, & calceamentis albis, nec rasa nec prolixa barba. Præterea, dictum Irum post suprà nominatos ligneum baculum gestantem à cruce Tirouerí, lata via sancti Honorati solũ versus pœnitentium Vestalium cœnobium fugientẽ. [o] In cæde fuerit, nécne, nescire omnino. Tandem paulòpost dictos exanimes, & grauiter vulneratum Dauum ad chirurgum

k

l

m

n

o

baiulari, continuoque apparitores adfuisse, qui mortuorum consignarẽt frontem viridi cera, in prætoriúmque, detulisse. Atque famam esse [p] dictos Thrasonẽ, & Caligulam iniquos, & scelerosos, eos complurésque alios ab illis occisos. Sed hoc vltimum se scire, verùm ex auditu [q] tantum. Hæc nec alia, aut plura scit, dixit, & vidit de expositis in libello diligenter auditus, interrogatus, & examinatus.

p

q

a A PELLES COVS. † Debet designari nomẽ, & cognomen testis, vt quid, & à quo sit dictum, adpareat: vt. c. qualiter, & quando, l. ij. §. debet. & c. olim. extrà de accu. interdum etiam addiicitur nomen adiectiuum: sicut Apelles Cous, dictus bonus quia talia nomina signandorũ hominum gratia reperta sunt, & ad homines cognoscendos: vt instit. de legatis. §. si quis in nomine. & l. ad recognoscẽdos. C. de ingenu. manu. † Error tamen in nomine proprio, vel adiectiuo, non vitiat: secus in nomine appellatiuo, & substantiuo: quia sunt immutabilia. vel si erretur in corpore, nocet: vt. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. Tamen si modicum erretur in nomine, dum quolibet alio modo intelligi possit, & constet de corpore, nihil interest; vt. d. §. si quis, institu. de legat.

1

2

PICTOR. † Debet apponi qualitas testis in eius depositione, quia eius fides approbatur ex illius dignitate: vt in auth.de testib.§.sancimus. Nam magis nobili, quàm plebeio, magis honesto, quàm inhonesto, magis diuiti, quã pauperi creditur, vt. l.testium. §.quæ argumẽta.ff.de testib.&.C.eo.l.omnes. †Ideò testium fides, dignitas, mores & grauitas examinanda sunt: vt.l.in testibus.ff.eod.†quia testibus dignioribus, etiã paucioribus numero creditur magis, quàm pluribus numero, siue ab eadem parte, siue à diuersis producantur: vt Bart.in.l.ob carmen.§.si testes. nume.j.ff.de testib.& in anth.de testi.§.si verò quidam. & ibidem Bart.nume.3. †Sed quæro, an mulier, cuius fragilis est sexus, ius dicendi testimonium habeat in iudicio? Dic quòd sic, vt.c.ex eo.xv.q.iij.tunc glo.ibidem quæ dicit, quòd secundum.ll.mulier in omni causa potest testificari, siue sit ciuilis, siue criminalis: nisi in vltimis volũtatibus Secundum Cano.verò mulier in nullo crimine testificari potest, nisi in exceptis, sed in ciuilibus potest testificari. †Nec ob.xxxiij.q.v.c.mulierem.& extrà de verb.sig.c.forus.vbi dicit, quòd mulier non potest esse testis, Sed intelligas in criminalibus causis, & vltimis voluntatibus, & glo.in.d.c.ex eo.

ANNOS NATVS. † Requiritur ætas in teste in criminalibus, vt sit maior viginti annis: vt.l.in testimonium. in fi.ff.de testi.tamen proximus pubertati & doli capax, licet non sit testis, facit indiciũm: vt.ff.de libe.cau.l.fi.

SACRAMENTO. † Debet iurare testis de veritate dicenda: aliàs ei
non adhibetur fides: vt.l.iusiuran.C.de
testib.&.c.quanquam.xiiij.q.ij.fidelius
siquidẽ durant, quæ vincula sacramen-
10 ti ligant: vt.c.omne.xij.q.j.†& ad hoc
quis iurat, vt quod verum est loqua-
tur, nec testis fidelis mentietur, quia
os quod mentietur, occidit animam: vt
cap.iuramentum.xxij.q.v.iuncta glo.
11 versic.distantiam.†quia in omni iura-
mento testis est Deus, quando iuratur
vt in authen. quib.mod.nat.effi.legit.,
§.quisquis.iuncta glo.in verb.quidem
12 Deo.†Et tres comites debet habere iu-
ramẽtum, scilicet veritatem, iudicium,
& iustitiã: vt.c.&si Christus. extrà de
iureiur.& Hier.iiij.c.vbi dicit.Et iura-
bunt in veritate, iudicio, & iustitia &c.
13 †Sed quæro, an in decisionibus causa-
rum possint allegari authoritates vete-
ris, & noui testamenti? dic quòd sic. Nã
lex Dei, præfertur legi positiuæ. Ità
quòd Papa condens constitutionẽ con-
tra legem diuinam, potius dicitur erra-
re, quàm legem condere: vt Panor.in.d.
c.qualiter & quando.el.ij.extrà de ac-
cu.Inn.in.c.quę in ecclesiarũ. extrà de
constit.& not.in.c.fi.extrà de consuet.
&.xxv.q.j.c.sunt quidam. & bona glo.
14 in cap.de libellis.xx.distinct. † Forma
autem iuramenti testium est, vt coram
iudice iurent tactis sacrosact.euange-
liis, præbito etiam legaliter sacramen-
to, vt quæ in veritate rerum nouerunt,
professione suæ testificationis aperiãt:
vt.c.hortamur.iij.q.ix.& pro vtraque
parte veritatem dicent: vt glo.in.l.ius-
iurand.C.de testib.& arg.in authen.de
sanct.epi.§.nulli verò.colla.ix.&.xiiij.
q.v.c.non sanè.Et quòd nec prece, pre-
cio, dono, amore, fauore, aut dolo, e-

22 Pœna non taxata à lege, remanet in arbitrio iudicis.

23 Præuaricatores & tergiuersatores, quam varia pœna afficiantur.

24 Accusator temerarius, tenetur actione iniuriarum, si desistat ante inscriptionem.

25 Accusator temerarius, hodie non inscribitur nec punitur pœna talionis, nec in carcere. Excepto crimine falsi. nu. 26.

27 Accusator deficiens in probatione, quibus casibus non præsumatur calumniari per discursum numero. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. & 35.

36 Accusator semiplene probans non excusatur à calumnia, si reus ipsum reprobet.

37 Fiscus aut procurator Cæsaris si deficiat in probatione, an teneatur ad expensas, damni & interesse parti, disting. nu. 38.

39 Magistratus tenetur de damno dato, partis, nisi id fecerit iudex suum officium exequendo. & quid si pars se ipsam vulnerarit, aut strangularit. nu. 40.

41 Officialis, qui calumniosam euidenter, actionem instituerunt, accusationem, quo nomine sint condemnandi.

42 Procurator generalis, si nomine domini litem calumniosam instituerit, eoque succubuerit, num condemnandus in expensis parti, nomine proprio potius, quàm domini.

43 Dominus non præsumitur quid iniquum mandasse procuratori.

44 Cum officiali calumniosam litem instituentem mitius agitur, quam alio.

45 Dominus ca lumniosam pro simplici culpa admissa à procuratore.

46 Deferre & accusare, quid differant?

47 Deferre quibus sit prohibitum.

48 Accusare qui debeant, & qui ab eo remoueantur. nu. 50.

49 Accusator admitti non debet ante, quàm eius fides probata fuerit.

51 Iudices omnibus complacere non possunt.

52 Tolleranda sunt, quæ ab insolertia iudicum sunt reperta, aut a peruersis iratisve iudicibus acta.

53 Franciæ consuetudo super accusationibus.

54 Libellus accusatorius quid continere debeat.

55 Iniuria grauior atrociorque censetur pro persona, tempore, aut re ipsa.

56 Testes secretò sunt examinandi. Item sigillatim. nu. 57.

58 Testes discordantes, redecendi ad concordiam verisimilem.

59 Testium examinatio in criminalibus, fieri debet separatim & sigillatim, parte non vocata.

60 Testis dictum suum reuelans, punitur pœna falsi.

61 Testes examinari possunt an litem contestatam, ad ordinem causæ, parte absente, nec vocata.

62 Iudex adhibere debet publicam personam, aut duos idoneos viros, qui iudicij acta conscribant fideliter. & quorsum id. nu. 64.

63 In criminalibus nusquam proceditur sine scriptura.

65 Testium depositiones in publicum instrumentum redactæ, perpetuam habent firmitatem.

66 Iudex potest mittere scribam actorum siue graphariumad recipiendum testes & eorum iuramenta, & dicta in suo territorio: extra autem iudici territorij committit.

67 Scriba actorum siue grapharius, an possit rogari, & scribere commissionem sibi delegatã à iudice super testibus recipiendis.

68 Inquisitio diligens de maleficio, præcedere debet iudicium. Vbi & iudicis officium testis accusatoris, item & defensoris.

Accu

Accusationis formula.



ONQVAEruntur[a] apud dominum Præpositum vel eius vicarium Antonia Itonia Diana vidua defuncti Ioãnis pluti negotiatoris ciuis Lutetiani, dũ viueret ĩ vico sancti Honorati sub interſignio galli coronati domum incolentis, tam ſuo nomine, quàm vt administratrix corporum, & bonorum Iacobi, & Petri Plutorum, & ſui defuncti mariti filiorũ annis minorum, Auguſtinus Plut⁹ defuncti dicti filius annis maior Benedictus Craſſus diſcreti viri magiſtri Chryſoſtomi Craſsi, dum ſuperſtes eſſet in ſupremo ſenatu aduocati frater, & Maria Martha, Iuliani Xenij hoſpitis paulò ante in vico S. Martini cauponã habentis, ſub interſignio lupi & vulpis, Clemens Xeni⁹ defuncti magiſtri Chryſoſtomi, de Andræa Iio cerdone, huius vrbis incola, Bernardo Thraſone, Claudio Caligula domini noſtri Regis legionarijs, nobili Deſiderio Anipo AEgidio Gnatone, Ferdinãdo paraſito Deſiderii ſeruis, nobili, Girardo Milone, Henrico Nebulone, Iaecho Ebrione, famulis Millonis, & nonnullis aliis ſectatoribus, fautoribus, conſciis, & participibus admiſsi facinoris die vndecimo mẽſis
b Octobris, Anno[b] domini Mileſimo quingenteſimo quadrageſimo aiẽtes, veriſsimẽque affirmantes quanuis defuncti probatæ vitæ, atque famæ integræ nemini omnium vnquã iniuriam, aut damnum dediſſent, viri probati, & tales à probatis quibuſcunque, & maxime vicinis exiſtimati tamẽ prætextu odii cuiuſdã cõcepti ratione certæ litis nuper agitatæ, atque deciſæ per areſtũ curiæ in commodũ, & vtilitatem defunctorum Pluti & Xenij contra dictum Milonẽ eundem Milonem, dolo malo inſidiis cogitatis heri hora nona noctis poſt cœnam, ſtipatum nominatis viris (congregauerant enim profligatorum cœtum) telis, & clipeis armatis enſibus ſtrictis mediate clã, &

 in

in tenebris expectasse, atque c
obseruasse prætereūtes dictos d
defunctos in quadriuio crucis e
Tirouerii, iuxta fontem eius f
loci, irruisse, ac impetum fecis g
se in defunctos Plutum, & Xenium, pariter in defunctū magistrum Chrysostomum Crassum aduocatum, qui vnà cum illis cœnauerat, sicque vulneribus crudeliter confossos dimiserunt, vt ne puncto quidem a
temporis superuixerint. Ad hæc Dionysium Dauum seruum defuncti Crassi lumen illis accensa tæda præferentem, & qui ad tuitionem gladium eduxerat, ita saucium ac vulneratum, vt inde vsque res ei fuerit cum chirurgis, & nunc quoque de vita periclitetur, atque mors certior immineat, quàm spes vlla salutis effulgeat. Itaque eiusmodi conquerentes postulant defunctorum corpora, & superstitis Daui visitari, ac circumspici eorumque vulnera à chirurgis pertentari atque inspici, superque illiusmodi plagis, ac morte secuta inquiri, ac ius sibi reddi.

Subsignato hoc libello testes inferius nominati secretè,[c] ac seorsum[d] à me Cn. Flauio scriba[e] præpositurae in eam rem delegato[f] iurati, auditi, examinati[g] fuerunt, & eorum nomina, cognomina, anni, qualitates, conditiones, domicilia, dicta, & testimonia actis redacta anno diebus & forma sequentibus.

CONQVERVNTVR. Scilicet
1 accusatione. † Est autem accusatio, ius persequendi vindictam publicam, vt institu. de publ. iud. in princip. & glo. in versi. per accusationem, in extrauaganti ad reprimen. quo
2 modò in læsi maiest. cri. proc. † Et ius ex quo sumitur vindicta, est duplex: scilicet accusatio, & officium iudicis. Hoc autem exercetur, quando per inquisitionem ad alterius denuntiationē pro-
3 ceditur. † Nam super denuntiatione inquiritur, vt l. diuus. ff. custo. reo. potest etiam sumi accusatio, pro libello accusatorio, vt hîc &. ff. de accu. l. si cui, in princip. &. ff. ad Turpill. l. j. §. accusationem, & glo. in d. extrauagan. ver. ac-
4 cusationem, † quando scilicet ad instantiam conquerentium iudex, aut eius tabellio, aut irenarcha, super contentis in libello, aut querimonia, inquirit, sicuti in actione iniuriarum, quæ descendit ex l. Cornelia de iniuriis, quę competit in tribus casibus, vt si quis pulsauit, verberauit, vel domum introiuit, vt. ff. de iniur. l. lex. Cornel. & c. nullus. l. ij. iiij. quæ

quæstio.iiij.† Ex quibus resultat vindicta & persecutio iniuriæ, insti. de iniuriis.§.pe.&.ff.eodem.l.iniuriarum.† Et potest ciuiliter,& criminaliter in his intentari: vna tamen via electa cessat alia vt.ff.de iniur. l. quod Senatuscón. & l. prætor.§.j.quod si agatur ex ciuili, restat tantùm actio,seu persecutio damni vt.ff.de iniur.l.item apud.§. quis seruo verberato. Si verò agatur criminaliter ad pœnam,& vincat accusator, victoria erit fisci,non sua.† Nec poterit dicere reum sibi obnoxiũ,sed fisco cùm non prosequatur ciuiliter actionem damni sed pœnam vt no.in l.agraria.ff.de ter mi.mo.&.ff.de popul.actio.super rubr. & l.iij.in prin.ff.de sepul.vio.& Bal.in l.cùm quidam.C.de fructi.& lit.expen. † Sed dic,quòd ciuilis, & criminalis actio non possunt simul & semel intentari,illud esse verum quando vtrunq; petitur per modum actionis principaliter intentatæ,& tendunt ad vindictam Sed si quis accusat criminaliter, & per officium iudicis petitur restitutio rei ex æquitate hoc posset fieri, vt l.interdum.§.qui furem.ff.de fur. & l. iij. §.si dicatur.ff.finium regund.& Barto. in l. vnica. C. quando ciuilis actio cri. non præiudi. & sic vbi vna actio competit ad vindictam alia ad rei familiaris prosecutionem† vtranq; experiri licet, nec vna tollitur per aliam, siue in publicis, siue in priuatis criminibus sit intentata,vt si quis per vim de possessione deiectus. si de ea re recuperanda interdicto,vnde vi,fuerit visus nõ prohibetur etiam.l.iulia.de vi publicis iudi.instituere actionem,vt l.vnica. C. quando act.cri.non præiudi.† Quisquis ideò se iniuriam passum ab aliquo putauerit,& quærelam deferre voluerit, non ad stationarios, scilicet pedaneos iudices recurrat,sed præsidialem adeat potestatem,aut libellos offerens, aut querelas suas apud acta depones vt d. can. nullus.l.ij.iiij. q. iiij. & hoc in priuatis

11 delictis,† quia in priuato nullus regulariter potest accusare,nisi sua intersit vt ff.de priua.del.l.fi.& no.C.de fur.l.manifestissimi.& Bonif.in tit. de pu. iudi.

12 † Est etiam notan. quòd iudex ex leui culpa non potest procedere per inquisitionem,quia resp.nõ reputatur offensa,nec potest iudex ad priuatorum commodum inquirere:not. Inno.in cap. ad

13 nostrã.el.ij.extrà de iu.iu. † Nam quis non potest in aliqua pœna criminaliter puniri, ex leui culpa: sed tantum emendatione damni,quod si non posset emendare,luit in corpore.l.qui ędes.ff. de incen.rui & naufr.Et ideò multæ in

14 formationes possent impugnari.† quia vbi abest dolus & lata culpa, non potest formari inquisitio,vel accusatio vt l.j.in fin.ff.de abig.&.C. ad leg. Flauiã de plag.l.plagii.la.ij.& l.pręses eodem. Sed si ex leui culpa contrectetur maleficium,scilicet homicidium,sicut respublica censeretur offensa & ex eo inqui

15 ri, † & puniri maleficium posset propter leuem, siue leuissimam culpam, sed leuius,vt l.absentem in fi.ff.de pœ.

16 † punitur etiam propter malum exemplum,licet delictum non sit dolo commissum,vt l.si quis aliquid. §. quia abortionis.ff.eo.& l.iij.§. alio senatuscon

17 sult.ff.ad l.Cornel.de sica.† Posset etiã quis puniri criminaliter propter leuem vel leuissimam culpam gloss. in l.

respiciendum.§.delinquunt.ff.de poen. alleg.dicta.l.absentem,in fine. Quaero,
18 †quid si accusator calumniosè accusationem instituerit,nec probauerit? dic quod infamatur vt l.ex varia.C.de delato.lib.x.& gloss.in l.ex quibusdam.ff. de iur.fisc.etiam in damnis,& interesse condemnatur,& extra ordiné pro qualitate admissi,siue priuatis,siue in extra ordinariis criminibus plectitur.l.in priuatis.ff.ad Turpil.& c.cùm dilectus, extrà de calum.& c.primo.§. adiicientes, de elect.libr.sexto. Ratio si quidem est vt nulli temeritas sua lucratiua concedatur,sed vt impudens calumniantium
19 refrænetur audacia. † Prætereà, si quis causa cognita conuictus fuerit, sine iusta & legitima petitione quenquam iudicio pulsasse, omnes ei legitimas expensas sumptusq́; , & damna, quæ ab exordio cœptæ controuersiæ ipsorum, vitio tolerasse eundem constiterit, reddere cogetur, vt hac saltem censuræ iustissimò formidine reuocatus & improbis conflictationibus occupatus, iamq́; sopitis clamoribus iurgiorum magistra deinceps necessitate acquiescat, vt l.omnes qui.§.fi.C.de episcop.& cleri. & suprà dixi in verbo denuntiationem in principio.& l.eum quem.ff.de iud.
20 †Sed adhuc quæro quo modo accusatorum, & denuntiatorum detegatur temeritas: Respondeo quod tribus modis,& tribus subiicit pœnis. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari autem, est falsa crimina intendere. Tergiuersari, est in vniuersum ab accusatione desistere. Præuaricari verò,est vera crimina abscondere. & calumniatoribus pœna lege Rhemia irrogat,vt l.prima.ff. ad Turpil.sed in publicis iudiciis simi litudine supplicii vtendum vt gloss.ibi dem & l.tertia.C.qui accusa. non poss. &.C.de accusa.l.fi.
21 † In priuatis autem & extraordinariis criminibus pœna imponitur accusatori, vel denuntiatori pro motu iudicis, vt lege in priuatis. ff.ad Turpil.& glos.in dicta l.prima.§. eod.l.fina.C.de accusa.
22 † Vbi enim non est pœna taxata à l. relinquitur arbitrio iudicis vt l.fi.C.de actio.& hoc debet fieri seruato ordine iuris: scilicet accusatione facta, & productis probationibus ab eo, qui calumniatorem dicit, vt gloss.dicta l.prima.§. calumniatoribus. Item dic,quod calumniator potest puniri multis modis vt Innocent. in c. primo extrà de calum. Primò, ex iudicis officio mercenario, & tunc pœna debet inferi in ipsa sententia. vt l. prima.C.de calumnia.vt saltem per illam diem, qua lata est sententia absolutoria,quia tanto tempore durat iudicis officium in accessoriis vt c.cùm appellationibus de appellatio. libr. sexto & l. Paulus.ff. de re iudic. post diem autem puniri non potest. iudicis officio mercenario, quia expirat ex quo lata est sententia super principali, venit etiam accessoriè ad ipsum factum principale.lege quarta. C. de positi. Secundò, potest calumniator puniri ex officio iudicis nobili. lege prima.§. primo. ff. ad senatus. Turpill. ex tali officio potest iudex procedere, etiam longè post sententiam absolutoriam,ex quo commisit delictum in præsentia iudicis. Potest etiam iudex secularis ex officio suo nobili posteà inquirere, & punire:

argumen. nullum. C. de testi. Bartol. dicta lege secunda. §. de adulterio. Ter o modo potest puniri calumniator er viam accusationis: vt si non fuit unitus in ipsa sententia absolutoria, otest de nouo accusari: sicut, de quo bes alio delicto, vt lege prima. ff. de alumniat. & gloss. in capitulo primo, xtra eod. † Quæro, quæ differentia œnæ est inter tergiuersatores, & præ- aricatores? Respondeo, eadem est œna alterutrius, per gloss. in rubri. ad Turpillia. & pro motu iudicis uniuntur, per legē absentem, circa edium. ff. de pœnis. †. Temere ergo ccusans tenetur actione iniuriarum, desistat ante inscriptionem, vt lege em apud Labeonem, §. si quid libello. de iniuriis. † Et licet de iure inscri- tio ad pœnam talionis debeat præ- cedere accusationem, vt lege libello- rum. §. item subscribere. & lege si cui. de accusatio. hodie tamen de statuto, ue de forma statutorum, non inscri- itur, nec punitur accusator pœna ta- onis, nec punitur in carcere: vt Bar- ol. in lege accusatore. §. crimen. nume- o secundo, ff. de public. iudic. & idem bseruatur de consuetudine regni Frā iæ, † excepto crimine falsi, quo in- cribitur apud acta. vt authen. de quæ tore, versicu. super hoc. † Et licet su- prà diximus, quòd vbi accusator ces- at in probatione, aut non probat quod ntendit, calumniari præsumitur, vt loss. in verbo, calumniandi, in ca- itulo cùm dilectus. extrà de calum- ia. & secunda quæstione tertia capit. ut non probauerit, &. C. de aduoca. iuer. iudic. l. prima. Sunt tamen casus

excepti, in quibus non statim præsu-
mitur calumnia, quando quis deficit
in probando: vt gloss. in lege athletas,
§. præuaricator. ff. de his, qui nota. in-
28 fa. † Primus casus est, quando quis ac-
cusat ex necessitate officii, vt est in tu-
tore lege secunda. C. qui accusare non
29 possunt. † Secundus casus est, quan-
do quis ex necessitate hoc facit, vt
quia hæres, qui tenetur vindicare ne-
cem defuncti lege cùm fratrem. C. de
30 his, quibus vt indig. † Tertius casus
ratione immensi doloris, quando ma-
ritus accusat vxorem de adulterio: vt
lege quamuis indubitati. C. ad le-
31 gem Iuliam de adulteriis. † Quartus,
propter immensitatem delicti: vt quan
do quis accusat de falsa moneta, nam
vt facilius reperiatur accusator, ius
non vult, vt deficiens in probatione
incontinenti præsumatur calumnia-
ri: vt lege prima. C. de falsa moneta.
32 † Quintus, ratione infamiæ præce-
dentis; vt si accusatus erat infama-
tus de delicto lege mulier. §. mulier. ff.
de adulterii. Bartolus in dicta lege pri-
33 ma. C. de falsa moneta. † Sextus, si
audiuit illum criminosum à fide di-
gnis personis: secus si à vilibus, vt c. in-
34 quisitioni, extra de senten. excom. † Se-
ptimus, quando testes deceperunt accu
satorem, vt quia promiserunt testifica-
ri & defecerunt vt gl. in c. Paulum. ij. q.
tertia. qualiter autem puniantur testes
in hoc deficientes Bald. in lege presby-
teri. C. de episcopis. & clericis infrà di
35 cemus. † Octauus, quando semple-
nè probauit accusator, excusatur à ca-
lūnia. Sed tamen ad expensas quas pro-
pter hoc pars altera se fecisse docuerit in
ra

ramento medio condemnabitur. Qui verò in probatione defecerit, omnino eius, quod obiicit in personam, calumniæ pœnam incurret, cum expensis: vt c.j.§.adiicientes, de elect.lib.vj.& capitul.cùm dilectus, extrà de calumniato.
36 vbi hi casus enumerantur. † Sed quia suprà dictum est, quòd accusator semiplenè probans excusatur à calumnia, hoc verum est, quando reus ex sua parte nihil probat. secus autem, si accusatorem reprobet: quia tunc accusator censetur calumniari: vt Bald.in.l.sciat cũcti.C.de proba.&.l.nostris.C. de calũniat. suprà dixi in denũciatiõe. † Quia
37 etiam suprà locuti sumus de accusatore priuato: nũc quæro, quid si fiscus, aut procurator Cæsaris, accusator deficiat in probando, an teneatur ad expensas, damna & interesse partis accusatę: Dic quòd si fiscus solus litem siue accusationem prosequatur, licet non probauerit, quod intẽdebat, sed succubuerit: nõ tamen in aliquo tenetur, dummodo ab sit dolus, fraus, vel calumnia euidens: quia officium excusat quem à calumnia præsumpta, quæ potest velari prætextu officii: sed nõ à calumnia manifesta, vnde error & officiũ excusant maleficium: vt ecce publicanus pecus meũ abduxit, dum putat contra legem vectigalis aliquid à me factum, quamuis errauerit agi tamen cùm eo vi bonorum raptorũ non potest, maximè si dolo caret: vt.l.ij.§.si publicanus.ff.vi bonorũ rapt.Et.l.ij.& ibi.Bald.C.qui accu. nõ pos.Et licet regulariter actor, seu accusator præsumatur in dolo & calumnia, quando non probat accusationem per eum propositam, per quam alteri obiicitur dolus. Tamen hoc fallit in officiali, quem officium vrget. Nam cura, & sollicitudo potius in dubio pręsumitur eum sollicitasse, quàm odium
38 aduersarii, † quod idem in iudice præsumitur: vt Bald.in.d.l.ij.C. qui accu. non poss. Si autem dolus vel calumnia in eo arguatur euidens, tenetur ad expẽsas, damna, & interesse actione legis Aquiliæ, cùm sit damnum iniuria datum: vt.d.l.ij.§.si publicanus.ff.vi bon.
39 rapt. † magistratus etiam tenetur de dãno dato, nisi id fecerit iudex suum officium exequendo, ita quòd si per imperitiam illicitam capturam fecerit, ad interesse tenetur: vt.leg.quemadmodum. §.magistratus.ff. ad leg.Aquil.& ibi
40 Bald.not. † Si tamen ille, quem magistratus ceperit, si vulnerauerit, vel laqueo se suspenderit, nõ tenetur: vt Bal. in.d.§.magistratus, alleg.l.vt vim. ff.de iusti.& iure.&.l.non videtur.§.qui iussu.ff.de regu.iur.&.ff.de pigno.act.l.si.
41 † Sed quæritur quo nomine veniat cõdemnandi isti officiales, qui calumniosam euidenter instituerunt actionem, siue accusationem, an nomine officialiũ, an nomine proprio? Respon.quòd si fiscus, tutor, curator, vel prælatus ecclesiæ calumniosam instituerint actionẽ, nominibus propriis, & non nominibus officialium, veniunt condemnandi, ne sub prætextu aut velamine officii propter suas simultates, vel latens odiũ securè lites exercere posse existiment. l.non est ignotum, iuncta gl.C. de administ.tuto.&.ff. eodem.l. quoties.§. sicut.&.l.ij. C. qui acc.non poss.&.ff. man.l.Quintus, &.l.idemque.§. idem Labeo ait.ff.eo.&.ff.de appell.l. tutor, &.ff.

ff.de proc.l,qui proprio.§.litis.†Idē
am in generali procuratore,qui si no
ne domini calumniosam litem insti
erit,& succubuerit,& sic cōstet quòd
delictum, ipse procurator nomine
oprio,& non dominus,debet condem
ri in expensis,nisi habuerit speciale
andatum,vel ratum habeat dominus
glo.in.l.iij.§.si procurator. ff. quod
ilque iur. Barto.in.l.j.§. si procura-
r.ff.si quis ius dicenti non obtempe.
l.j.§.deiecisse.&.§.quotiens.ff.de vi,
vi arm.†quia nec dominus procura
ri iniquum quid mandasse videtur:
ff.de pecul.l.qui peculium,&. ff. de
ic.l.si contra iuris,&.§.filius.&. ff. de
ndictio.indeb.l si procurator.§. quod
indebitum,& glo.in.l.iij.§.si procura
or.eodem.†Sed interdum mitius agi
r cum officiali,quàm cum alio, etiā
aposito crimine:vt Bald.in.d.l.ij. C.
ui accu.non pos.&.ff.de pub,& vect.
si multi.pro simplici verò culpa pro-
uratoris,venit dominus eiusdem con-
lemnandus,†nam quibus rerum ad-
ninistratio permissa est,eorum culpā
oesse,præstare non iniquè domini co-
untur.l.quod si nolit.§.quod in procu
atore.ff.de ædilic.edict.Sed hoc de cō
uetudine in alio procuratore,quàm re
io,quia rex non subiicitur expensis,
ec actiuè nec passiuè.Dicam infrà in
equisitorio decreti procuratoris fisca-
is.in fin,in for.†Quæro autem,quę dif
erentia est inter deferre, & accusare?
Respond.quòd deferre idem est, quod
ccusare,reo absente.vt si quis Meuiā
rofessus est de adulterio reamdeferre,
quod dicat eam cum Caio Seio adulte
rium commisisse. Accusare autem, est

reo præsente:vt.leg.libellorum. ff.de
47 accusato.†Hi autem deferre non pos-
sunt,mulieres,propter sexus infirmita
tem.Item clarissimi viri. Item damna
ti,vt hi,qui fustibus cæsi in opus publi
cum damnati sunt.Item hi, qui in me-
tallum damnati sunt,deferre prohiben
tur.Hoc ideò,ne desperati ad delatio-
nem facilè possint sine causa confuge-
re.Causas autem,quas ante damnatio-
nem cœperunt deferre, possunt post
damnationem exequi.Item tutor, vel
curator causam pupillorum,vel adole
scentium deferre non potest. Quod
idem obseruandum est in eo,qui quasi
procurator gessit negotia.non prohibe
tur tamen procuratorem interrogari
posse,sed prohibitum est procuratori
accusare eum,cuius negotia gessit. Et
tutor,qui aut pertulit aut mandauit.se
uerissimè punitur.sed nec is, qui ali-
quam rem vēdidit,deferre potest.hi, &
alii sunt casus in.l.deferre.ff.de iur.fis.
48 Accusatio † itidem non debet fieri,
nisi ab idoneis,& probatissimis viris,
qui suspicionibus & sceleribus carent.
Vnde dominus sacri corporis sui tra-
ctatores à vilibus ac reprobis, & non
idoneis personis, infamari noluit nec
calumniari, sed ipse proprio flagello
peccantes sacerdotes à templo eiecit:
vt capitul.accusato. secunda quæstio.
49 septima†Ideò accusator admitti non
debet.antè,quàm eius æstimationis su
spicio,vel opinio discutiatur. qua in-
tentione,qua fide,qua temeritate, quā
vita,quā conscientia, quove merito,si
pro inimicitia,vel odio,aut cupiditate
ista præsumpserit:vt dicto capitul. se-
cunda quæstione septima si qui sunt,&
hoc

hoc nisi suprà dicti suam suorumq́ue iniuriam prosequantur.& exequantur leg.non prohibentur milites,& leg. de crimine,& leg.cum rationibus. C. qui accusa.non possunt vel nisi res ad eos pertineant leg.senatusconsult. C. eo. quia tunc suprà dicti accusare possunt: vt iuribus suprà dict.Sunt etiam non nulli,qui præpositum os suos peruersè reprehendunt,si parum ipsi molesti
50 fuerint,aut extiterint: † Ideò ex his omnibus datur intelligi,quòd illi ab accusatione remouentur,qui non affectione charitatis,sed prauitate suæ actionis vitam eorum diffamare,& reprehendere quærunt: vt dicta secunda quęstione septima capitul.sunt nonnulli. Vnde sancti patres prouidè statuerunt accusationem in iudices,seu prælatos non facilè admitti,ne concussis columnis corruat ædificium.
51 † Non possunt siquidem iudices omnibus complacere.cùm ex officio suo teneantur non solùm arguere,sed etiam increpare:nonnunquam verò ligare,& frequenter odium multorum incurrunt,& insidias patiuntur. Quin etiam quasi signum ad sagittam positi sunt: vt dicto capitulo qualiter & quando le,
52 secund. extrà de accusa. † Toleranda tamen non sunt, quæ ab insolentia iudicum sunt reperta,vel à peruersis, aut iratis iudicibus sunt acta.leg. nemo carcerem,de exact.libro decimo C.maximè,vbi est contemptus legum siue iudiciorum superiorum: vt capitulo primo extrà de postulatione prælatorum & lege penultima & finali de vestibus oloscericis libro vndecimo. C.&.
53 lege vellera.C.eodem. † De consuetudine regni Franciæ nemo priuatus admittitur ad accusandum criminaliter, sed ciuiliter tantùm pro suo interesse,Sed fiscus prosequitur criminaliter pro interesse publico.& sic alterum vtilitas priuatorum, alterum vigor publicæ disciplinæ postulat: vt lege licitatio. §. quod illicitè.ff.de publica.

b ANNO. † In libelli accusatorii conce
54 ptione prætor vel proconsul, aut iudex,dies,mensis,annus,ciuitas, locus,& personæ accusantium & accusatorum,& qualitas commissi criminis,designandi sunt: vt lege libellorum. ff. de accusati.nam qui actionem famosam intendit non debet vagari cum discrimine alienæ æstimationis,sed designare certum.& specialiter dicere,quã se iniuriam passum contendit: vt lege prætor.ff.de iniur.&.ff.de rei vendica-
55 tione leg.si in rem. † Ratio si quidem est,quia atrocior fit iniuria,aut pro persona,aut pro tempore,aut re ipsa: vt lege aut facta.ff.de pœn.&.§.pœna.instit.de iniuriis.&.ff.de iniuriis leg.prætor.§.final.& leg.vulneris.& leg.sed est quæstionis.ff.eodem.

c SECRETE. † Testes debent exami-
56 nari in secreto: vt capitul. quia propter,ibi,qui secretè,& sigillatim vltra cunctorum diligenter exquirant,& in scriptis redacta &c.Extrà de electione vbi dicit gloss.quòd testes in secretò deponere debent, vt liberius dicant veritatem: aliàs non valet: & lege nullum,ibi,ita ad iudicantis intra re secretum.C.de testibus & capitulo venerabilis extrà eo. & capitul. inquisitionis. §. tertiæ dubitationis, ibi: qui

qui post iuramentum interrogari secretò, extrà de accusatio. & gloss. in dicto capitulo venerabil. in verbo, Sigillatim, quæ dicit, † quòd ideò examinantur separatim, ne vnus instruat alium, & sequatur dictum alterius. Et Bartolus authentic. de testibus. §. & hoc sigillatim debent deponere, quando singulariter deponunt: vt idem Bartolus in leg. si quando numero tertio. C. de bon. vac. libro decimo † Et discordantes reducuntur ad concordiam verisimilem. Bartolus in lege scriptura. in secunda lectu. numero quarto. C. de fide instrumen.

EORSVM. † In criminalibus examinatio debet fieri separatim, & sigillatim, non vocata parte delata. Et in hoc datur iudici licentia recipiendi iuramenta testium in absentia partis delatæ. argmento legis Herennius. de evictionibus & Baldus in lege si quando. C. de testibus & ibi gloss. Et hoc timore subornationis, vel fugæ accusati, si publicationem informationis haberet: vt notat Ioannes andreas in additionibus ad Speculatorem in titulo de teste. §. nunc tractandum. † Et si testis depositionem suam reuelet, punietur pœna falsi: vt lege qui falso. ff. de testibus. ideò iurat eam non reuelare: vt Speculator in titulo de testibus. §. sequitur. Testes igitur possunt examinari ante litis contestat. ad ordinem causæ, parte absente, & non vocata: vt Bartol. in leg. dies cautioni. §. prætor ait, numero xviiij. de dam. infec.

SCRIBA. † In iudicio tam ordinario, quàm extraordinario iudex debet semper adhibere publicam (si potest) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter iudicii acta conscribant, videlicet citationes, dila. recusa. excep. peti. responsi. interroga. confessi. testium depositi. instrument. product. interlocuto. appella. renun. conclusionesque & cætera, quæ occurrerint conscribenda, loca designado, tempora & personas, vt capitu. quoniam contra, extrà de proba. † Nusquàm enim proceditur in criminalibus sine scriptura: vt. c. si quis. §.
63
64 item, in crimi. xj. quæstio. j. † & hoc vt gesta & acta apud iudicem, vt confessiones partium & dicta testium transferantur in publica monumenta per graffarium, ad perpetuam firmitatem & fidem, vt. l. gesta, iuncta gl. C. de re iu. & C. de do. l. in donatio. † Depositiones si quidem testium in publicū redactæ in strumentum, perpetuā habēt firmitatē: vt. c. significasti, cū gl. ij. extrà de testib.

f DELEGATO. † Iudex enim potest
66 mittere grapharium ad recipiendum testes, & eorum iuramenta, & dicta in suo territorio. extrà autem iudici territorii committit: secundum Barto. in l. cùm ab initio. ff. quemadmodum testa. aper. Contrarium tamen videtur tenere gloss. in capi. præsentium. §. testes, versicu. interrogatoria. de testib. in. vi.
67 † An autem grapharius possit rogari & scribere commissionem sibi delegatam, super testibus recipiēdis dic quòd sic secundum eund. Barto. in. l. ex sententia. ff. de testa. tu. Tutius autem roget alium, qui scribat, vt ibidem.

g EXAMINATI. † Debet enim
68 prius constare, & inquiri de maleficio, quàm iudicari, nec malum prius quisquàm presumat, quā probet: mala

mala enim audita, & passim dicta absque probatione quisquam credere non debet, sed diligenter inquirere, ne principaliter agat quicquam. Vnde ait Dominus: descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non. capit. Deus omnipotés. ij. q. j. & Gene. xviij. cap. Deus enim (qui omnia scit) voluit informari, vt nullus præsumeret simul esse iudicem & testem. Nam in omni iudicio, quatuor personas necesse est esse, scilicet iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam: vt cap. nullus. iiij. q. iiij.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Testis nomen & cognomen designandum. Interdum etiam nomen adiectiuum.*

2 *Error in nomine proprio vel adiectiuo testis, non vitiat eius dictum.*

3 *Testis qualitas apponenda in depositione.*

4 *Testium fides, grauitas, dignitas & mores sunt examinandi.*

5 *Testibus dignioribus magis credi.*

6 *Mulier an testificandi in iudicio ius habeat. & nume. 7.*

8 *Testis in criminalibus maior esse debet xx. annis.*

9 *Testis iurare debet de veritate dicenda.*

10 *Os mentiens, occidit animam.*

11 *Deus testis est iuramento.*

12 *Iuramentum treis habet comites.*

13 *Causarum decisiones, an admittant authoritates veteris & noui testamenti.*

13 *Iuramenti testium forma.*

15 *In delictis testis debet deponere & concordare de loco & tempore. & nu. 22.*

16 *Delictum vel rebellio potest probari per testes singulares.*

17 *Singuli de collegio, admittuntur in testimonium pro collegio. Et idem iudicium de ciue. nume. 18.*

19 *Probatio minus legitima & insufficiens, quando admittatur.*

20 *Nox delictum aggrauat. Et quid ita. nu. 21.*

23 *Testimonium de auditu auditus, valet.*

24 *Credulitatis testimonium, interdum admittitur.*

25 *Testis de visu, probat.*

26 *Testis de visu, solus, non facit fidem.*

27 *Testis vnus de visu, indicium facit ad torturam.*

28 *Principis verbo super gestis per se, vel coram se, creditur: etiam si solus testificetur.*

29 *Inquisitio fieri debet quo teli genere facta fuerit percussio.*

30 *Fugere vbi quis visus est cum gladio euaginato, & ibi quis reperitur mortuus, eò habetur homicidij author. Et duo testes sufficiunt ad probandum illud manifestum & notorium. nu. 31. 32. & 39.*

33 *Testes duo, probant trium subscriptionem.*

34 *Testis si petat sibi rem exhiberi vel personã, de qua interrogatur, vt illam cognoscat, debet illi fieri exhibitio personæ, cum indumentis & qualitatibus.*

35 *Veritas magis oculata fide, quàm per aures hominum infigitur.*

36 *Demõstrare re & facto, est longè plus, quàm verbo dicere.*

37 *Nomen eius, cuius causa noxali actione agitur, vbi non tenetur, inquirendum est de eius signis.*

38 *Caput indicat, cuius sit imago.*

Testis

eſtis de fama, debet nominare eius ipſius
thores:non omnes tamen.
eſtes quot requirantur pro communi opi-
ne vel fama.
eſtes quomodo deponere debeant ſuper com
ni opinione vel fama.
ſtimonium de auditu alieno, non probat.
riptura dicta teſtium cōtinens,ſi depereat,
extent, qui dicant ſe vidiſſe teſtes idoneos
ire in cauſa & examinari ſolenniter, ſta-
eorum teſtimonio.
tio minuis dictum teſtis, vbi illa habet in
inus,dictum autem,plus.
tio teſtis,eſt fundamentum dicti.
tio & dictum teſtis vbi conueniunt, eo-
que tendunt,probatio eſt efficax.
tinens nihil poteſt reſultare ex imperti-
tibus.
tis ſi minus probet in dicto,in ratione ve-
ficacius,ſemper attenditur ipſa ratio. &
e.50.
io teſtis non debet eſſe idem, quod dictum.

Mercurii vndecima menſis Octo. anno.M.D.XL.

Primus Teſtis.



Pelles Cous,[a] Pictor,[b] in vico ſancti Honorati Pariſiis habitans, annos natus[c] viginti & vnum,vt [dic]ebat,teſtis à conquerentibus [co]ntra dictos reos productus, [&] ſuper iis rogatus capitulis, [q]uæ in dicta querimonia, & [li]bello enarrantur ei perlecta, d ſacramento[d] prius præſtito, dixit dictos defunctos, & vulneratū Dauum, pariter & dictos Andræam Irum cerdonem in vico galli Pariſiis morantem, Bernardum Thraſonem, Claudium Caligulam, domini noſtri regis legionarios, nobilem Deſyderium Anippum, de facie tantùm ſibi cognitos, reliquos eorum participes in libello, & querimonia nominatos, prorſum ignotos. Et heri circa horam e nonam[e] veſpertinam,[f] in ſua f officina ſedentem, vehementem clamorem maximumque tumultum iuxta fontem crug cis[g] Tirouerí audiſſe ſtridentes enſes,iurātes homines mortem & ſanguinem Dei, identidémque repetentes, occide, occide. Contrà in iiſdem turbis alios exclamantes: Obſecro populares,ferte miſeris atque innocentibus auxilium: ſubuenite inopibus. inter eos etiam audiuiſſe vocem Craſh ſi,[h] aduocati, quibus auditis perterritum aperta altera officinæ ſuæ feneſtra candelam lucētem protuliſſe foras, ac ani-

i maduertisse [i] dictos Thrasonem, & Caligulam nudis ensibus, [k] hinc atque illinc cedentes, humi prostratos dictos defunctos. Pariter conspexisse nobilem Desyderium Anippum denudato ense post insultū cum suprà dictis & pluribus aliis diffugientem, [l] ab eo tamē percussum neminem, quod sciuerit. Ad hæc, alios sibi ignotos insolentius, atque atrocius ferientes. Ac ex reis se agnoscere posse duos, vel tres ipso intuitu; [m] quorum vnus est prolixa barba, [n] capilloque tonso, alter imberbis cæsarie tonsa, & femoralibus dissectis, alius & tertius, thorace rubeo, cum caligis, & calceamentis albis, nec rasa nec prolixa barba. Præterea, dictum Irum post suprà nominatos ligneum baculum gestantem à cruce Tirouerii, lata via sancti Honorati solū versus pœnitentium Vestalium cœnobium fugientē. [o] In cæde fuerit, nécne, nescire omnino. Tandem paulòpost dictos exanimes, & grauiter vulneratum Dauum ad chirurgum baiulari, continuoque apparitores adfuisse, qui mortuorum consignarēt frontem viridi cera, in prætoriúmque, detulisse. Atque famam esse [p] dictos Thrasonē, & Caligulam iniquos, & scelerosos, eos compluresque alios ab illis occisos. Sed hoc vltimum se scire, verùm ex auditu [q] tantum. Hæc nec alia, aut plura scit, dixit, & vidit de expositis in libello diligenter auditus, interrogatus, & examinatus.

k

l

m

n

o

p

q

a APELLES COVS. † Debet 1 designari nomē, & cognomen testis, vt quid, & à quo sit dictum, adpareat: vt. c. qualiter, & quando, l. ij. §. debet. & c. olim. extrà de accu. interdum etiam addiicitur nomen adiectiuum: sicut Apelles Cous, dictus bonus quia talia nomina signandorū hominum gratia reperta sunt, & ad homines cognoscendos: vt instit. de legatis, §. si quis in nomine. & l. ad recognoscēdos. C. de ingenu. manu. † Error tamen 2 in nomine proprio, vel adiectiuo, non vitiat: secus in nomine appellatiuo, & substantiuo: quia sunt immutabilia. vel si erretur in corpore, nocet: vt. l. si quis in fundi vocabulo, ff. de lega. j. Tamen si modicum erretur in nomine, dum quolibet alio modo intelligi posit, & constet de corpore, nihil interest; vt. d. §. si quis, institu. de legat.

Pictor. † Debet apponi qualitas testis in eius depositione, quia eius fides approbatur ex illius dignitate: vt in auth. de testib. §. sancimus. Nam magis nobili, quàm plebeio, magis honesto, quàm inhonesto, magis diuiti, quã pauperi creditur, vt. l. testium. §. quæ argumẽta. ff. de testib. & C. eo. l. omnes. † Ideò testium fides, dignitas, mores & grauitas examinanda sunt: vt. l. in testibus. ff. eod. † quia testibus dignioribus, etiã paucioribus numero creditur magis, quàm pluribus numero, siue ab eadem parte, siue à diuersis producantur: vt Bart. in. l. ob carmen. §. si testes. nume. j. ff. de testib. & in auth. de testi. §. si verò quidam. & ibidem Bart. nume. 3. † Sed quæro, an mulier, cuius fragilis est sexus, ius dicendi testimonium habeat in iudicio? Dic quòd sic, vt. c. ex eo. xv. q. iij. tunc glo. ibidem quæ dicit, quòd secundum. ll. mulier in omni causa potest testificari, siue sit ciuilis, siue criminalis: nisi in vltimis volũtatibus secundum Cano. verò mulier in nullo crimine testificari potest, nisi in exceptis, sed in ciuilibus potest testificari. Nec ob. xxxiij. q. v. c. mulierem. & extrà de verb. sig. c. forus. vbi dicit, quòd mulier non potest esse testis, Sed intelligas in criminalibus causis, & vltimis voluntatibus, & glo. in. d. c. ex eo.

Annos natus. † Requiritur ætas in teste in criminalibus, vt sit maior viginti annis: vt. l. in testimonium. in fi. ff. de testi. tamen proximus pubertati & doli capax, licet non sit testis, facit indiciũm: vt. ff. de libe. cau. l. fi.

Sacramento. † Debet iurare testis de veritate dicenda: aliàs ei
non adhibetur fides: vt. l. iusiuran. C. de
testib. & c. quanquam. xiiij. q. ij. fidelius
siquidẽ durant, quæ vincula sacramen-
10 ti ligant: vt. c. omne. xij. q. j. † & ad hoc
quis iurat, vt quod verum est loqua-
tur, nec testis fidelis mentietur, quia
os quod mentietur, occîdit animam: vt
cap. iuramentum. xxij. q. v. iuncta glo.
11 versic. distantiam. † quia in omni iura-
mento testis est Deus, quando iuratur
vt in authen. quib. mod. nat. effi. legit.,
§. quisquis. iuncta glo. in verb. quidem
12 Deo. † Et tres comites debet habere iu-
ramẽtum, scilicet veritatem, iudicium,
& iustitiã: vt. c. & si Christus. extrà de
iureiur. & Hier. iiij. c. vbi dicit. Et iura-
bunt in veritate, iudicio, & iustitia &c.
13 † Sed quæro, an in decisionibus causa-
rum possint allegari authoritates vete-
ris, & noui testamenti? dic quòd sic. Nã
lex Dei, præfertur legi positiuæ. Ità
quòd Papa condens constitutionẽ con-
tra legem diuinam, potius dicitur erra-
re, quàm legem condere: vt Panor. in. d.
c. qualiter & quando. cl. ij. extrà de ac-
cu. Ion. in. c. quę in ecclesiarũ. extrà de
constit. & not. in. c. fi. extrà de consuet.
& xxv. q. j. c. sunt quidam. & bona glo.
14 in cap. de libellis. xx. distinct. † Forma
autem iuramenti testium est, vt coram
iudice iurent tactis sacrosanct. euange-
lijs, præbito etiam legaliter sacramen-
to, vt quæ in veritate rerum nouerunt,
professione suæ testificationis aperiãt:
vt. c. hortamur. iij. q. ix. & pro vtraque
parte veritatem dicent: vt glo. in. l. ius-
iurand. C. de testib. & arg. in authen. de
sanct. epi. §. nulli verò colla. ix. & xiiij.
q. v. c. non sanè. Et quòd nec prece, pre-
cio, dono, amore, fauore, aut dolo, o-

dio,vel timore negabunt veritatem:vt
xxxv.q.vj.c.de parentela,& dicta glo.
l.iurisiurandi. quod nō admiscent falsi
tatem testimonio:vt.C.de epis. & cle-
ri.l.præsbyteri,&.ij.q.iiij.c.nullam.
e NONAM.† In delictis testis debet
15 bet deponere,& concordare de loco, &
tempore.aliâs varietas loci,&temporis
reprobat testem:vt in Danicle,& Su-
sanna:vt.c.nos.§.item Daniel.ij.q.vij.
& Danielis.xiij.ca. Item temporis: vt
in decre.iij.q.ix.c.nihilomin⁹.&.xxxv.
q.vj.c.de parentela.& hoc locum habet
quando de certo tempore est quæstio,
quod exigitur ad alicuius rei, & facti
existentiam in actu non reiterabili: vt
16 in homicidio,aliâs secus. † quia delictum,vel rebellio, potest probari per
testes singula & sufficit quòd testes di
uersis temporibus viderint,vel eodē lo
co,vel diuersis locis,vel audierint à di-
uersis:vel quòd aliqua pars viciniæ cla
met de hoc actu reiterabili:vt.c.quali-
ter & quando.el.ij.& ibi Innocen . ex-
trá de ac.& ad id facit.c.super eo.extrà
de do eo,qui cog.consan.vxo.suæ.& ex
trà.de purg.can.c.ij.& vide ample Bar.
in.l.ob carmen.§.testes.& addit ibidē.
ff.de testi.vbi quæritur,quomodo quis
probetur vsurarius.& extrà de electio.
c.cum dilect.vbi singularitas testium
17 reprobatur regulariter.† Singuli tamē
de collegio admittuntur in testimo-
18 nium pro collegio,vt ibidem , † Idem
etiam dicendum est in ciue;vt si dicam
quod possederim,& inducam plures te
stes,& vnus dicat ego vidi eum possi-
dere per alium annum,& sic de cæte-
ris,eorum testimoniū tenet. Quia hoc
solum quæritur,an possederim , quod

omnes testes dicunt,vt gloss.in.d.l . ob
carmen.§.finali.in fine.ff.de testi.alle.
l.si quis libertatem.§.quotiens.in fine.
ff.de peti.hęred.&.ff.de probatio.l.si ar
biter.&.l.in omni.eo.&,ff.de ædili.edi.
19 l.prima.§.causa est.† In defectu ergo
probationum,vbi ex qualitate delicti
seu negotij natura non potest haberi
probatio legitima,& aliâs insufficiens,
tex.cum gloss.in.c.præterea , extrà de
testi.& Abb.in.c.venera. col . secunda.
extrà de test.cogē.&,l.si hi qui adulte-
rij.C.ad.l.Iul.de adulte.
f VESPERTINAM.† Nox enim ag-
20 grauat delictum.vt.C.ad.l.Iul.de adu
lterijs.l.Gracchus.&.ff.de effra.l . final.
21 Nam tenebræ sunt aptæ ad malum
committendum:vt.ff. de ven.inspi.l.j.
§.tria luminaria.
g IVXTA FONTEM CRVCIS.†
22 Testis enim debet deponere de loco:
vt.dicto.c.nos.§.item Daniel.ij.q.vij.
Si autem si interrogaretur particulari
ter,& diuisim de loco loci,puta in qua
strata,& qua parte stratæ,agri,vel do-
mus:&dicat se nescire,in qua parte stra
tæ,agri,vel domus,ob hoc non esset re
pellendus à testimonio : argumento.l.
si quis fundum.ff,de acquirenda posses
sio.quam vide.
h VOCEM CRASSI,† Valet testi-
23 monium de auditu auditus,siue de au-
ditu alieno,videlicet quando quis audi
uit vocem alicuius,licet non viderit lo
quentem,& sit paries medius,vel cor-
tina inter testem, & loquentem audi-
tum:vt gloss.not.in.l.secunda.§ . idem
Labeo.l.prima.in versiculo.audierunt
ff.de aqua pluui.arcenda.& Baldus. in
l.conuenticulam.C.de episcopis & cle
ricis.

cis.†Et sic quandoque credulitatis timonium recipitur:vt gloss. in di-.§.idem Labeo.& in authentico. vt qui ob.se.habe.perhib.res min.&.§. vero absunt,& in authentico de san. isco.§.j.col.ix.

ANIMADVERTISSE. †Hic testis ponens se vidisse probat,licet intergatus aliam causam non deponeret: c.cum causam,extra de testi.quia in cto sensu exprimit,quod verum est, od enim demonstratum est ,amplius monstrati frustrà est,nec repugnat, iod visu decipi potest,similiter & in eteris sensibus:vt.l.prima. in fi.ff.de o.prælega.sufficit enim si testis inter ogatus de aliquo visibili, per visum usam reddat:vt dicat,quod id scit sci e,quia vidit & eodem modo si de dio,vel cantu per auditum,& istud legi us comprobatur:vt.ff.de testamentis qui testatiõ.§.fina.ibi:dicant quid no erint.& authentico de hære.& fal.§. si erò absunt. Iste tamen testis solus pro bationem non faceret. † Nam vnius estimonium nemo iudicum in quacũ que causa facilè patitur admitti, cùm rius testis tantùm non audiatur, etiã i præclarę curiæ honore præfulgeat.l. urisiuran.in fine.C.de testibus.& talis probatio dicitur minor probatio: quæ rem perfectè non demonstrat:sed indiget suppleri per alium,aut alios testes,. 31 aut indicia.Si tamen esset casus torturæ.esset sufficiens probatio ad perueniendum ad torturam.†Nam vnus testis de visu,facit indicium ad torturã. 32 vt gloss.in.l.tertia.C.ad legem Iuliam maiesta.& .capitu.fina.extrà.de iureiu. 33 &.l.finali.ff.de quæstio.& hoc in priua

28 tis personis. Porrò in principe secus. †Nam principis verbo, eiusque narrationi super rebus per se, vel in sua præsentia gestis creditur,etiam si solus testificetur.per.c.cùm à nobis. extra de testibus.quod & in his quoque, quæ ante principatum se præsente gesta sunt,locum haberet:gloss.in.c.j. in verbo:statuit.de renuncia.lib.vj.gloss. in capitu.ad apostolicæ.in verbo:promisissent.de re iudicat.eo.lib.

k NVDIS ENSIBVS. Debet inquiri quo genere tali fuit facta percussio.Nam animus occidendi, probatur ex qualitate percutiẽdi.debemus enim inspicere,quo gladio,baculo,aut lancea,& si talis percussio fuerit facta ,in capite,aut in alia parte corporis: quia cùm graue sit instrumentum,non solet leuem plagam inferre,tum etiam ratione partis,scilicet capitis, in qua quis fuit percussus:in qua de modico quis solet lædi lætaliter. vt.c.significasti.in fin.extrà de homicid.& l.prima. §. diuus.ff.ad legem Corneliamde siccar. &.C.eodem.l.j.&.iiij.

l DIFFVGIENTEM. †Vbi quis 30 visus est fugere cum gladio euaginato.& ibi quis reperitur mortuus ex hoc est homicidium manifestum,quod ipse fecerit,quia reperitur in actu propinquo ad ipsum delictum,per l. fur.ff. de fur.†ad probandum autem illud manifestum & notorium,sufficiunt duo testes:sicut duo possunt probare famam, in capitu.tam literas.extra de testib⁹, †Et per duos testes probatur,quòd septem interfuerunt:vt.C. de bonorum possessioni.l.bonorum.†per duos etiã testes probatur subscriptio trium: vt

C.de fide instrumentorum.l.compara-
tiones,&.C.de testibus.l.testium.& gl.
in cap.dominus omnipotens.§.quando
autem crimen est notum iudici.secun-
da quæstione prima.

m IPSO INTVITV. †Si testis pe-
34 tat sibi exhiberi rem, vel personam,
de qua interrogatur, vt illam cogno-
scat,debet fieri exhibitio personæ cum
indumentis,& qualitatibus, secundum
Bartolū in.l.si cùm exhibuissent.§.an-
te autem.numero secundo.ff.de publi.
& vectigali.&.l.stigmata.de fabri-
35 cens.lib.xj.C.†quia veritas magis oc
culata fide,quàm per aures animis ho
minum infigitur:vt.§.finali.Institu. de
grad.vnde Horatius in arte Poëtica.

Segnius irritāt animos demissa per
aures.
Quàm quæ sunt oculis subiecta fi-
delibus.

36 †Plus est ergo aliquid factis demon-
strare,quàm verbis dicere.l.si tamen.
§.ei qui.ff.de edil.edic.

n PROLIXA BARBA. †Vbi is,
37 cuius causa noxali actione agitur, est
absens,nec tenetur eius nomē,sed igno
ratur, inquirendum est de eius signis,
quæ indumenta gerit,quam faciem ha
bet,an sit iuuenis vel senex:vt Bartol.
in.l.prima.de mendicant. valid. libro
vndecimo.C.& captus reus exhibend'
est testibus ad recognoscendum. vt.l.
tertia.§.si quis noxali.ff. ad exhibend.
& infrà suo ordine dicemus. & possu-
38 mus agnosci ex aspectu.†Nam per ca-
put,cuius sit imago,dignoscimus.l.cùm
quis.ff.de religio.& sum.fun.&.l. item
apud Labeo.§.cùm quis.ff.de interro-
nibus.

o FVGIENTES.†Fuga enim facit in-
39 dicium,vt supra dixi:maximè,vbi in-
uenit vt in actu proximo delicti:in.l.le
ge Corne.ff.ad senat.syll.vbi ver.caue
tur,vt de his,qui ante.quęst habitā fu-
gerunt.l.Iul.de sicar.indicium fiat, ita
vt ex vinculis causam dicant,& conui
cti perinde,ac si serui puniantur.

p FAMAM ESSE. †Testis depo
40 nens super fama, debet nominare à
quibus audiuit:nec requiritur,quòd no
minet omnes:sed satis est, quòd nomi-
net aliquos,& ab aliis,de quibus non re
cordatur,dicat se audiuisse: vt Bart.in
d.l.de minore.§.plurium.nu.24.ff.de
41 q.†Quæro,quot testes requirātur pro
communi opi.vel fama.glo. in.l. iij.§.
idem diuus.ff.de testi.dicit, quòd ma-
ior pars populi debet esse in illa opi.
sed.l.j.C.de testib.&.l.si arbiter.ff. de
prob.videntur dicere,quod omnium de
beat esse opin.Tamen secundum Bar-
to.in.d.l.de minore.§.plurium.dicit ꝙ
sufficit fama inter vicinos & consan-
guineos:per dict.glo.l.iij.§.idem diuus
ibi:multorum opinio,qui hoc scire pos-
42 sunt.ff.de testi.†Quomodo autem te-
stes debeant deponere super commu-
ni fama,vel opinio.do.gloss.in capitu.
j.de præscriptionibus.lib.vj.

q EX AVDITV. †Hoc testimoniū
43 de auditu alieno,non probat,vt.c. licet
ex quadam.& capitu.series.extrà de te
stibus.&.ff.de aqua pluui.arcenda.l. se
cunda.§.idem Labeo,& no.C.de testi.
44 l.testium.†Si autem scriptura conti-
nens dicta restitui,deperiret,& extarēt
qui dicerēt se vidisse aliquos testes ido
neos iurare in causa,& solenniter exa-
minari,& dicerent se vidisse, tunc eo-

rum

m testimonio standum esset:vt no.ff. test.l.curent.&.C.eo.l.testiū.Et ideò bicunque dictū testis habet se in plus l ratio testis habet se in minus,vt hic prædicta depositione.tunc ratio mi it dictum Vel si ratio esset friuola,& n cōcludens,tunc etiam trahit ad se ctum,vt nō concludat,nec probet ali id,vt hic in illis verbis,alios plures ciderunt,& hoc scit esse verum,quia cit,audiui.Et hoc probatur per ratio em naturalē,†quia cū ratio sit fun- imentum,destructa ratione,destrui- ır fundamentum:vt Bal.in.l.cōtuēn ticulā.C.de epis.& cle.† Si autem di- um & ratio congruerent,& vtrūque ndat ad probationē,esset efficax pro atio.Si autem neutrum tendat ad pro ndum,tunc certum est,quod nulla resultat probatio:†quia ex impertinē bus nil pertinens potest resultare:iu- ta no.in simil.in.l.j.in prin.ff.de edē. bicunque ergo oppositum eius,quod stis deponit,non potest stare cum ve itate causæ,per quam testis fundat di tum suum,ibi nunquam testis probat uia ad concessionem causæ imperti- ientis vel non inferentis,non sequi- ur concessio antecedentis.vbi ergo te tis dicit:scio,quia credo.quia creduli- as stat cum opposita veritate simul id st,stare potest,testis nihil probat.Nā ossibile est,quod ego credo,tū nō est verū:vt no. C.de test.min.l.de tutela. †Sed vbi testis in dicto minus probat in ratione verò probat efficacius,sem per attenditur ratio,Vt exemplum:te- stis dicit:credo,quia vidi,& præsens fui tunc probat vt rationis,quæ necessariò infert ita esse & fuisse.& sic ratio est in teste,quæ dat esse rei,idest testimonio:vt not.C.de testi.l.solam.&.ff.de acqui rend.pos.l.si is,qui animo.Maior ergo difficultas,quæ fit in tertia testium,est

50 concludere per rationem.† Vnde si te stis diceret ita:nihil scio,nisi quia vidi contenta in articulo,illa ratio præpon derat dicto:quia probat veritatem arti culi:vt authentica.sed iudex.C.de epi. sco.& cle.dum dicit:dicant quod noue rint.&.ff.de testa.l.qui testamento.§.j. &.ff.de testib.l.testiū,in verbo:præsto

51 fuerint,& in verbo:sub præsentia.† Et not quòd ratio testis non debet esse idē quod dictum,sed aliud à dicto.Et suffi. cit,quòd dictum sit in genere,& ratio foret in specie:vt no.in.l.j.in gloss.& ibi Bart.ff.de excep.facit quidem nota. Bald.in.l.finali.ff.de officio procuratoris Cæsaris.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Testis productus in iudicio,& non citatus monitus iurat & deponit,an valeat eius dictum.*

2 *Testis citatus,si nolit comparere,an possit puniri vt falsus testis.*

3 *Testis,qui assumpsit officium testificandi,rogatus non debet veritatem retinere.*

4 *Tabellio negligens in excipiendo testium iuramento,an teneatur de falso:vel si ipsi iuramentum obmittant.Et num eo teneatur ad interesse partis.nu.6.*

5 *Falsum committitur,prætermissione solennitatis.*

7 *Testis vicini dicto an standum.*

8 *Testis dicere debet quod nouit,scilicet quod sensu percepit.*

9 *Testis dictum de visu,an valeat.*

10 *Testis examinatus super maleficio, nihil probat, nisi etiam de loco & tempore interrogetur.*
11 *Temporis & loci scientia requiritur in actu non reiterabili.*
12 *Testis interrogatus super vno facto si non cõueniat sibi de loco & tempore, repellitur.*
13 *Testis de visu, quã defensione adferat occiso.*
14 *Defensio fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
15 *Tutelæ inculpatæ moderamen, quid. Et super eo ipso cautela. nu. 16.*
17 *Ciuis offensus in sua ciuitate si non fugiat, præ verecundia, cum id possit, quatenus in defensione sui possit progredi. Et quid in minus verecundo. nu. 18.*
19 *Offendere alium an liceat, ob alterius tutelã. & nu. 24.*
20 *Defensio prohiberi potest, vbi offensa est licita.*
21 *Extraneo non coniuncto an liceat pro defensione alterius, alium offendere.*
22 *Defensio sui corporis, licita est cuique.*
23 *Hominem homini insidiari, nefas.*
25 *Pecuniam recipere pro defensione alterius, an licitum.*
26 *Officialis licet gratis officium impendere teneatur, ei datur nihilominus pecunia.*
27 *Religionis fauore multa contra rationem instituuntur.*
28 *Defensioni & tuitioni alterius quisque obstrictus est iure diuino & humano.*
29 *Pœna non debet vltra delictum progredi.*
30 *Socius an possit iure & teneatur iniuriã propulsare à socio.*
31 *Excommunicatus an & qualiter quis sit ex facto alterius.*
32 *Testium depositio conformis esse debet, idemq; concludere.*
33 *Probatio facti per duos testes de veritate, mitior est, sufficitq; in criminali & ciuili.*
34 *Testes debent esse omni exceptione maiores in criminali.*
35 *Probatio plenissima, quæ.*

Secundus testis.



Vcius Licinius tõsor Parisiis, in dicto vico sancti Honorati, sub intersignio Elementorum habitans, triginta suę ætatis annorum, vti refert, testis, vt præcedens, productus,[a] & iureiurando[b] obstrictus; tactis Dei sacrosanctis euangeliis, dixit dictos cõquerentes, & pariter dictos defunctos probos, & honestos nouisse, tam intuitu, quàm cõsuetudine: quod aliâs eorum fuerit vicinus.[c] Sed dictorum reorum nullum præter, quàm Thrasonem, Caligulã, & Annippum, quos sic biennio nominari vidit.[d] Adhæc die hesterna sub horam nonam vesperi[e] audito clamore sua è tonstrina in viam accensa candela prosiliisse, & circumactis vndique oculis, aliquot homines numero decem aut plures, mucronibus immissis præcipitanter irruentes cum hac ad hor

ortatione occide, morte Dei cide ac crebris ictibus pulntes dictos Crassum, Plutū enium conspexisse. Mox sdem Crassum, Plutum, Xe um collapsus ad fontem cru s Tirioueri. Dauum se, & ma strum Crassum gladio dendentem: [f] & in aduersarios rtiter reluctantem: cæsis, ac a
oiectis interim rauca voce 1
amantibus, atque inuocantiis modò Deum, modò Ieim, modò amicos, modo adtorium, modò confessarium tque ilico vicini per altiores dium fenestras ignita strami vndequaque demisisse, vt di noscerētur interfectores, cre risque micans erat ignibus 2
ther. Prætereà, inter homiciis cognouisse [g] supra nomiatos Thrasonem, Caligulam Anippum enses exertos cir inferentes cum cæteris conis, & participibus hâc atque lâc à cæsis cursitantes: nonullos, præter Thrasonem, Caligulam, & Anippum anoscere, si sisterentur, quo- 3
um vnus erat prolixa Barba, crinibus tonsis, caligis partim rubeis, partim croceis. Alius, thorace rubeo, & caligis albis. Hæc testatus est, & dixit plura alia nesciens, de omnibus quærimoniæ articulis siue capitulis diligenter percunctatus, iuratus, auditus, atque examinatus.

VT PRÆCEDENS productus.† Quæritur, testis productus in iudicio, & non citatus monitus iurat, & deponit, an valeat eius depositio? Et primò videtur, quòd non. l. presbyter. C. de episcop. & cleri. nam videtur suspectus, ex quo se ingerit per dicta l. presbiter contrarium tamen determinatur: nam eo ipso, quòd iudex defert iuramentum testi, tacitè videtur eum monere, quòd deponat verum per gloss. in l. post legatum. §. is verò. ff. de his, qui. vt ind. & ita sentit Bal. in d. l. presbyter.† Quid autem si testis citatus, vt veritas occultetur, nolit cōparere, an vt falsus testis possit puniri dic quòd non, vt Innoc. in c. j. extrà de fal. quia falsitas testis, est propriè periurium, sed talis testis non est periurus quia non accessit ad iurandum, sed secundum quosdam tenetur de falso in genere: quia facit, ne veritas appareat, animo occultandæ veritatis, quod non creditur verum, nisi fortè esset testis rogatus, qui assumpsit sibi officium testificandi.† Nam post assumptum officiū non debet tacere veritatem, vt l. prima in principio. ff. ad legem Corne. de fal. Tamen probabilius est dicere, quòd

criminaliter puniatur crimine stellionatus, & ciuiliter teneatur parti, vel Reip. per actionem de dolo, arg. eorum quae nota. per Cyn. in tit. de sepul. vio. & Bald. in lege. presbyteri. C. de episcop. & cleri.

b IVREIVRANDO. † Quaero quid
4 si tabellio negligens fuit in faciendo iurare testes, vel obmittat iuramentum, nunquid teneatur de falso? Primò vide tur quòd non, sed debet ab officio remoueri. l. si quis. ver. non ex malitia. ff. de offi. praefe. praeto. Dic tamen, quòd
5 committit falsum † quia praetermissione solennitatis, falsum committitur, vt C. de testa. l. iubemus, in fi. & facit. l. prima. §. qui in rationibus. ff. de falsis, & Barto. in l. si quis legatum. ff. eodem. Et hoc ideò est, quia iuramétum testis, est speciale, & causa immediata, & locus est concomitantia specierum, non generum: vt cap. abbate sanè, de re iudi. lib. vj. Adeò quòd iuramentum testis est magis substantia, & materia, quàm solennitas. Ad hoc facit, quod not. in cle.
6 saepe. extrà de verbo. signi. † Et ideò si notarius, vel grapharius omittat dictũ iuramentum tenetur ad interesse partis, non solum ratione falsitatis, quae est studiosa mutatio veri, sed etiam ratione erroris, quia error in grapharo, & teste, est lata culpa, vt lege fina. C. de magistr. conue. Si autem scriptum sit iuramentum vt hîc, creditur graphario testem iurasse, vt not. gloss. in l. Theopompus. ff. de dote praele. de quo ibi c per Bartol.

c EORVM FVERIT VICINVS.
7 † Videtur quod huic dicto testis non sit standum, quia per nullum sensum corporis causam reddit. Dic tamen standum esse. sufficit enim sensum exprimere, vel aliquid, per quod secundum communiter accidentia, per sensum habeatur notitia, quia eorum vicinus est, videtur secundum quod communiter accidit, vitam & mores eorum defunctorum cognoscere, & per visum causam reddidisse, quod videtur legibus comprobatum, vt. C. de in integrũ restit. l. tutela, & ff. vnde cogna. oct aui. & extrà de praescrip. c. quoniam. & cap. fin. & ff. loca. l. dominus horreorum, &
8 ff. de fundo instructo. l. si ita, in fin. † Et potest testis, & debet dicere, quod nouit, scilicet quod sensu percepit, vt. ff. de testament. l. qui testament. §. fi. & l. j. ff. de flu. & ne quid in flu.

d NOMINARI VIDIT. † Quae-
9 ritur, an valeat hoc dictum testis, cùm magis auditu, quàm visu percipitur actus nominandi? Respon. Iacob. de are, & Cyn. in l. testium. C. de testib. & per Specu. in titu. de testibus. §. nunc tractandum ver. de auditu, quòd appellatio videndi, videtur communis ad omnem sensum, quo aliquid percipitur. Quotidie enim dicimus: vidi tale vinum esse dulce, & vidi talem rem esse mollem. Saepe enim dicimus, manibus tangere, id quod non est tangibile, vt in episto. canoni. Ioan. in principio. ibi manus nostrae pertractauerunt, quae sunt de regno vitae, sed in nostram claram peruenit notitiam &c.

e HORAM NONAM VESPERI.
10 † Testis examinatus super maleficio, si non esset interrogatus de loco & tempore, non valeret eius dictum, neque depositio, vt notat Bartol. in lege prima

§.item notandum ff.de aleæ lusu & ...toribus & Bald. in lege conuenti...m.C.de episcopis & clericis. Nam ...acto,† & actu non reiterabili, vt in ...nicidio, requiritur scientia tempo... & loci, vt capit. testes. §. fina. tertia ...stione nona. Secus autem in acti... reiterabilibus vt capitulo super extrà de eo, qui cogno. consangui. ... vxor. & gloss. in capitulo nihilo...us. tertia quæstione nona & etiam ...ſ.in lege ob carmen.§.si testes.ff.de ...ibus. † Et ideò testis interrogatus ...er vno facto, si discrepet de tempo... & loco, repellitur à testimonio vt ...itulo testes.§. finali tertia quæstio... nona.

...D. e f e n d e n t e m.† Quæ...ır, quomodo hic testis probet de...sionem: dic quod eo ipso, quòd te...dicit aliquem venisse cum cultel... contra alterum, qui venientem sta... occidit, probatur defensio occiden... vt l.sed & si quemcunque, & ibi Bar ...ff.ad l. Aquil. tangitur per gloss. in ...e secunda.C.vnde vi. & l. si ex pla...s.§.tabernarius.ff.ad legē Aquiliam ...Sed talis defensio, debet fieri cum ...oderamine inculpatæ tutelæ, vt lege ...ima.C.vnde vi. & l.vt vim. ff.de iu... & iure.† moderamen autem incul...tæ tutelæ, est offensio circa defensio...m, & dicitur moderata defensio, quan... aliter quis non potest euadere, siue ...ertransire quin recipiat offensionem, ... dicta l.vt vim, & ibi Barto. ff. de iu... & iur.& l.scientiam. §. qui cùm ali...r.ff. ad legem Aquiliam & gloss. in l. ...ima.C.vnde vi.Bar.in d.l.vt vim, di...t,† quòd ad maiorem cautelam, defen-

sor debet clamare succurrite, vel occurrite, vt docet glo.in l.iiij.ff.ad.l. Aquil. & in l.furem nocturnum.ff.ad.l. Corn. de sica. Et adhuc determinat Bartol.in
17 dicta l. vt vim, † quod si quis ciuis in sua ciuitate est offensus, & potuit fugere & non fugit, quia timet verecundiā in fugiendo, optimè potest se defendere, vsque ad actum occisionis. quia est
18 magna offensa, & verecundia.† Sed in illo, qui non timet verecundiam, vt est Florentinus, in quo non est verecundia, debet fugere quòd si non fugiat (quod tardè euenit. Et hanc opinio. posuit Cyn.in l.prima. C.vnde vi. & Bar.
19 in l.j.ff.eo. † Sed quæro, vtrum ob tutelam alterius liceat alium offendere, vt in text.nostro? Respon. affectionem consyderari debere. Nam iniuria facta filio, fit patri, & si facta fuerit vxori, videtur facta viro, vt.l.prima.ff.de iniur. Si facta fuerit consanguineo, videtur facta sibi, vt l.lex Cor.ff.eod. & l.j.ij.& iij.ff.de li.cau.& sic facta domino, videtur facta seruo, cùm beneficio affici hominem intersit hominis, affectionis ratione, vt lege seruus ea lege. ff. de ser. exp.&.ff.de tut.& rat.dist.l.j.§.sed nonnullos. Et ideò his casibus, licita est offensio pro defensione consanguineorū, vel dominorū vt d.l.vt vim, iuncta glo.
20 & ibi Bar.† Quando autē offensa est licita, defensio de facto potest prohiberi, vt Bar.in l.facultas nu.iij.C. de iure fi-
21 sci.libr.x.C. † An autem extraneo non coniuncto, pro defensione alterius liceat alium offendere? dic quod sic secundum Barto.in dicta.l.vt vim.nume-
22 ro.vij.ff. de iusti.& iur.† quia cùm sit permissa defensio pro tutela rerū suarum

rum,conuocatis amicis,& vicinis:vt.l. tertia.ſt.l.cùm fundus.ff.de vi & vi arma.multò fortius pro corpore tuendo: vt.l.ſancimus,in fi.C.de ſac.ſan. eccle.
23 †Cùm enim inter nos cognationem quandam natura conſtituerit, quia omnes ab Adam deſcendimus, hominem homini inſidiari nefas eſt:vt.d. leg.vt.
24 vim.†Et ita videtur omnis peccare, qui non defendit alium,ſi poteſt:vt gl. in capitu.quantæ,extrà de ſen. excommu.alle.xxiiij.q.iij.c.non inferenda. & c.vlti.Et ſi non poſsit aliter defendere.ſaltem defendat clamorẽ.Sed videtur,quòd quis non teneatur alium de-
25 fendere,ſi velit:†quia licitum eſt recipere pecuniam pro defenſiõe alicuius: vt.ff.quod met.cauſa.l.merum.§. ſed licet.non reperitur ſi data fuerit, vt ibidem dicitur:&.ff.de dona.l.ſi pater. §.j. Ergo vnus alium defendere non tenetur,quia ſi ad hoc teneretur,pecunia repeti poſſet,cum indebitè exigeret: vt ff.de condi.ob turp.cauſam leg.fi. Opinio. Ioanuis eſt, quòd quilibet tenetur defendere alium:per capitula prædicta:&c.diſt.c.præcipimus,&.iij.quæ-
26 ſtio.prima.c.nulli,&.c.ſequẽ.†Nec obſtat,quòd dicitur,quòd poteſt dari pecunia pro defenſione.Nam & officiali datur pecunia,qui tamen gratis tenetur impendere officium ſuum:vt.xxiij. q.v.c.non ſanè.Et hoc pertinet ad publicum ius:vt.i.diſtinct.ius publicum, vnde propter publicam vtilitatem am-
27 plianda ſunt verba edicti:†quia fauore religionis multa contra rationem inſtituuntur:vt.ff.de religio.& ſum.fune. l.ſunt perſonæ.Sed hæc ita generaliter dicere, graue eſt,quoniam poſſet ali-
28 quis periculum incurrere.† Vnde alii dicunt,quòd ad ſolos iudices vel alios, qui habent aliam poteſtatem,pertinet, & non aliis:& ad hoc tenentur ratione poteſtatis,& non alii:vt xxiij.q. iiij.c. fortè,&.c.duo iſta nomina.vnde ſi ego qui non habeo aliquam poteſtatem, video quòd quis vult verberare clericũ, ſiue percutere ſine meo conſilio,vel auxilio:non credo,quod ſum excommunicatus,ſi non prohibeo illũ.licet aliàs forte peccem, quia ipſum non defen-
29 do,cùm poſsim,†pœna enim non debet amplius egredi,quàm delictum reperiatur:vt extrà de his,quæ fiunt à maio.par.capit.c.quæ ſunt &.C.de pœn. l.ſancimus.Et quod dicit,qui cùm poſſum.intellige de his,qui ratione poteſtatis,quam habent in illos,ad hoc. tenentur,aliàs conſentire videtur,& præſtare authoritatem,ſi vident illum, &
30 non prohibent,†Alia eſt prohibitio ſociorum,& aliorum:quia illi ſolummodo admonendi ſunt verbis,ſed non factis:vt dicit Hen.quinquageſimatrigeſima diſtinctio.cap.error,argumen.contra vigeſimatertia quæſtio.tertia cap. non inferenda.vbi dicitur,quòd tenentur iniuriam propulſare à ſocio,ſed ibi exponitur,ſi poteſt,id eſt,ſi eſt in poteſtate conſtitutus. Et ſi tenear iniuriarum propulſare:non tamen ſum pro-
31 pter hoc excommunicatus,†nam nullus eſt excommunicatus ex facto alterius,niſi participando,vel in locutione, vel in oratione,aut in crimine:vt capitul.ſuper;extrà de ſententia excommunicationis vel niſi mandatum, vel authoritatem præſtiterit,vt capitul.mulieres,eodem ſed is nullo tali modo participa

ticipat,Et capitula,quæ inducit Ioannes prose loquuntur de prælatis. Hæc. dict.gloss.dicto capitulo quantæ. extra de senten.excommu.

COGNOVISSE. Ista depositio concludit cum superiori,quo ad minatos Thrasonem Caligulam Annippum. †Quod de necessitate fieri decet: vt Baldus in lege non hoc.C. vnde legit. allegat.lege non omnium.ff.de legibus & lege final.ff.de officio procurato.Cęsa.†Et talis probatio,quæ fit per duos testes de veritate,dicitur esse mitior,& sufficit in ciuili,& criminali lege vbi numerus.ff.de testibus.In criminali tamen facilius eliditur, quàm in ciuili: †quia in criminali debent esse testes omni exceptione maiores:vt leg.final. C.de probat.†Sic in probatione prospectiua,siue intuitiua, quando testes deponentes viderunt factum, & deponunt de hoc in sufficienti numero, & qualitas testium est approbata in iure, tunc talem probationem, appellamus plenissimam:quia quicquid & adiungitur,superuacuum reputatur,de quo talis datur regula,quòd si constat de crimine per hunc modum, non reperitur negatiua probatio in contarium: vt Baldus in lege sciant cuncti accusatores. C. de probationibus & extra de probationibus capitul.ad nostram.

SVMMA CAPITA.

Testes cognoscere partes, an illis esse noti debent ne: an verò alioquin eorum sit irritum testimonium. & numero secundo & tertio.

4 *Aetatis probatio fit dupliciter.*

5 *Testis de eo,quod sensu corporeo percipitur, deponere debet. Et an idipsum sufficiat,siue cuiusquam iudicio.nu.6.10.*

7 *Impuberes,non sunt testes idonei.*

8 *Rei aut personæ substantia,per sensum corporeum immediatè non percipitur.*

9 *Testes ætatem probare possunt per visum & aspectum.*

11 *Testis an per aspectum sufficientem rationem reddat, & plenam fidem faciat.*

12 *Obliuio in testes,est lata culpa. & numero decimotertio.*

14 *Obliuio in teste,in facto proprio, quod in quæstionem venit,non est tolerabilis.Aliàs nō reddens causam concludentem, tenetur pœna falsi.nu.15.*

16 *Testis meminisse potius debet loci & personæ quàm diei & temporis.*

17 *Vltionem sibi arrogare & tribuere nemo potest.limit.nu.18.*

19 *Minæ,præsumptionem & indicium pariunt maximè in eodem genere mali.nu.24.*

20 *Minaces dictum rarò factum reddunt.*

21 *Vitæ præcedentis qualitas,indicia elidit.*

22 *Iudex leuibus coniecturis non debet moueri: sed ampliorem rei veritatem vndequaque petere.*

23 *Minæ præsumptionem gignunt,accedente mala fama.*

25 *Coniectura non colligitur ex dissimilibus.*

26 *Probatio in contrarium admittitur,fama accedente ad præsumptionem,in eodem etiam genere malitiæ.*

29 *Testes inducuntur contra præsumptionem verisimilem,*

30 *Fuga,parit indicium.*

31 *Fugiens,habetur pro confesso.*

32 *Gladij delatio,potest esse indicium ad malum.*

Putat

33 *Putare dicimur, quantum ad iuris effectum.*
34 *Præsumptio totiens profuit, quotiens concurrit cum veritate.*
35 *Testis dicto deponentis aliqua esse vera simpliciter, quia ita credit, non est standum.*

Tertius testis.



Laudius Cornelius in foro Lutetiano (nominant castelletum) procurator in quadriuio Guillorio habitās, quadragenarius, vti affirmat, aut circà, testis productus, & iuratus vt suprà, dicit defun-
a ctos recitatos, tam visu[a], quàm consuetudine nouisse: sed de reis nullum, demptis: tamen nobili Girardo Milone, & duobus eiusdē famulis, quos tātùm de facie cognoscit: quorum vnus est ætatis. xxv. an-
b no. alter verò xiij. [b]aut circiter. Insuper nudiustertius prādendo in parui cerui diuersorio huius vrbis, prope palatiū, cum aliquot suis cliētulis, quorum in præsentiarum non me
c mini, [c]vidisse dictum Milonem, in alia diuersorii mensa, pariter prandentem cum quibusdam aliis sibi incognitis, & inter alia suis sodalibus narrantem causam, quæ agitata fuerat inter tunc viuentes, & nunc defunctos Plutum, Xenium, & se, actu & versutia dicti tunc viuentis, & nunc defuncti magistri Chrysostomi Crassi in parlamento aduocati, cecidisse. Præterea per sanguinem Christi deierantem, ante elapsum hebdomadam se de aduersariis vindicatu-
d rum, [d]eosque nulla alia, quā sua manu morte sæuissima
e perituros, [e]audientibus duobus eiusdem seruis ante conspectum stantibus, & ei ministrantibus cum nonnullis aliis famulantibus, & assistentibus deinde hesterna die vesperi sub horam nonam à domo sui cuiusdam amici in platea scholæ Sancti Germani Altissiodorensis habitantis, in suam redeūdo, obuios habuisse Milonem, & eius seruos accelerantes à cruce Tirouerij per medium vici arboris sic-
f cæ, ac interfugiendum, [f]san-
g guinolentos [g]enses tunicis abstergentes, lucæ ardentis tedæ, quam suus circunferebat puer vidisse, iactantemque dictum

lilonem hæc aut similia, vt i dignè mulctati sunt, steti romissis. audita similiter & ec à puero Dauide Dama utare [h] demum hodie vulgò rri dictos defunctos à dicto lilone, aut ab aliis eius cau-, & suasu superiori nocte in remptos iuxta crucem Tiueri. Et hæc, nec plus, aut ia dixit.

TAM VISV. Testes debēt cognoscere partes, & illis esse noti: vt l. scimus. §. quòd si narus. in verbo ibi: testibus, videlicet uendis, qui hæredem cognoscant, cta glo. in d. ver. cognoscat. C. de iu delib. regula autem est, †quòd vbinque testis testificatur de facto eius ntra quem producitur, eius testimoum valet: licet non cognoscat eum, ntra quem producitur, verum ergo tis deponit me tunc temporis fuisse sentem, cùm tale quid fieret, &c. †Siliter in actione reali non requiritur, òd testis cognoscat illum, cōtra quē producitus, vt si deponat in rei vencatione, quæ per me contra te intenur, possedisse me decem vel quadrainta annis, sufficit cognoscere tantùm oducentem. Si verò testis deponit de cto eius, contra quem est productus, si dicat, & deponat te vulnus tali inlisse, vel quid dixisse, tunc testis det cognoscere illum, contra quem pro icitur, vt gloss. in lege testium, versiculo quanta fides. ff. de testibus. & gloss. in dicta lege final. §. quod si ignarus. C. de iure delibe. cum iuribus ibidem allega.

b TREDECIM. †Probatio ætatis fit
4 duobus modis. Vno modo, per testes de veritate. Alio modo per aspectum. Quo ad primum, remitto ad Bartolum in l. de ætate. ff. de min. Quo autem ad secundum, scilicet de probatione ætatis quæ fit per aspectum, videtur debere fieri per iudicem, vt. ff. de mino. leg. minor viginti quinque annis adito præside ex aspectu corporis, &c. non autem per testes videtur posse probari: quia minor ætas non videtur. Vnde si testis deponeret per aspectum, esset magis iu
5 dex, quàm testis; †cum deponere debeat de his, quæ percipiuntur per sensum corporeum: secundum Innocen. in capitul. cùm causam, extrà de testibus &. C. de testibus leg. testium, &. ff. de testamen. l. qui testamento. in fine. dic tamen secundum Bartol. in dicta le
6 ge de ætate, †quòd percipere per sensum corporeum, sine iudicio alterius,
7 non sufficit. †Et ideò impuberes, licet sensu percipiant: tamen quia intellectus non iudicaret propter ætatis defectum. non sunt idonei: vt leg. lex Iulia. ff. de testibus & leg. prima. C. de fal.
8 mone. †Item substantia rei, vel personæ nunquàm percipitur per sensum corporeum immediatè. Vnde si tu diceres, quòd hoc scamnum est de ligno, quare: quia vides lignum, impropria est locutio: nam tu vides colorem, qui in obiecto visus, ex colore iudicas, quòd est lignū. vnde istud percipis iudicio intellectus, (teste philosopho) per

colo

colorem repræsentatum in intellectu per visum. & ideò licet hoc non percipiatur immediatè per sensum, valet testimonium: vt in authen. de testib. §. & licet. & C. de testib. l. testium. cum au-
9 then. ibi posita. † Testes igitur possunt probare ætatem per visum, & aspectũ:
10 vt hîc. † Nam in eo, quod est cognoscibile per aspectum, secundum communem hominum notitiam, in eo est sufficiens redditio rationis in teste per aspectum: licet istud consistat in iudicio intellectus. Tex. est in. l. pediculis. §. Neratius. ff. de aur. & argen. lega. & C. de can. fru. vr. Ro. l. j. libr. xj. C. ibi. ista testatio præsens aspectus probet
11 nihil in his esse vitii &c. † Et sic testis per aspectum, reddit sufficientem rationem, & facit plenam fidem, hoc. probatur in. l. de ætate. in fi. ff. de minorib. xxv. ann.

c MEMINIT. † Obliuio in teste,
12 non est lata culpa: quia licitum est ei, si non recordatur, dicere non recordari: per not. Bar. in. l. j. §. si quis. ff. quem-
13 admo. testamen. aperian. † & est etiam multum excusabile dictum testis, si dicat se non recordari de tempore: vt Innocen. in. c. qualiter & quando. extrà de
14 accusat. † Si autem esset quæstio de facto ipsius testis, certum est, quòd debeat recordari esse certus, & memor eorum, quæ fecit: vt nota. Barto. in. l. fi-
15 lio. ff. de adimen. legat. † Aliàs non reddens causam concludentem, quare non recordetur, tenetur pœna falsi: sicuti si deponeret tacita veritate: vt. l. presbyteri. & ibi Bald. C. de episcop. & cleric. Si verò esset probabilis causa obliuionis, non puniretur testis: vt Bal. in di-
16 cta. l. presbyteri. † Et debet testis magis recordari de loco, & de personis, quàm de die, & tempore. Ibidem Bald. & Innocen. in. d. c. qualiter.

d VINDICATVRVM. † Regulariter iudiciorum vigor iurisque publici tutela in medio videntur esse constituta, ne quisquam sibiipsi permittere valeat vltionem. l. nullus. C. de Iudæis.
18 † Casu tamen, quo quis esset implicitus sceleribus, nec vellet venire coram iudice, nec iudex posset eum cogere, tunc permissa esset propria vltio offenso: vt glo. in. d. l. nullus. cum pluribus iurib. ibidem allega,

e PERITVROS. † Hîc sunt minæ præcedentes, quæ faciunt præsumptionem contra Girardum Milonem: vt Bald. in. l. Pacumenius. ff. de hæred. institu. & argu. l. si hi, qui adulterii. C. ad leg. Iul. de adulter. & ff. mandat. l. si verò non remunerandi. & ff. de repud. l. iij. & ad leg. Iul. maiesta. l. famosi. Con-
20 trarium tamen videtur: † quia sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur: arg. l. metum. ff. quod met. cau. Sed in hoc distinguendum est, an dictus Milo sit bonæ famæ, vel non.
21 † Primo casu, si sit bonæ famæ, & grauis persona, non præsumitur, quia qualitas vitæ præcedentis elidit huiusmodi indicia: vt extrà de præsumptionib. c. cùm in iuuentute. & ff. de re milita.
22 l. non omnes. §. à barbaris. † Ideò iudex ampliorem rei veritatem inquiret: vt
23 C. de accusationib. l. singuli. † Secundo casu, si sit malæ famæ, præsumitur fecisse. ff. de suspe. tut. l. iiij. & C. si quis imper. maled. l. j. dum dicit: ex personis dicta pensemus. & ff. de actio. & oblig.

l. fina

.fina. † Intellige tamen, si prælibatus Milo erat malus in eodem genere ma- i,& malæ famæ, in eodem genere maitiæ: vt quia erat homicida, vel peruſſor,& ſolebat perducere minas ad ffectum:vt.d.l.non omnes.§.à barba- is.verſic.ſi autem emanſor.& Bart.in fi.ff.de quæſtionib.& Abb.in.c.iij.lo- o.extrà de probationib. Ediuersò aum contra eum non præſumitur: vt uia erat meretricator, vel latro, aut ır, & ideò glo.in.d.l.Pacumeuius. diutit, quòd † contra aliquem præſuitur, quia ſolitus eſt talia committe- ,ſiue facere. Nam in diſsimilibus non meretur coniectura, facit ad hoc.ff. excuſa.tuto.l.ſpadonem.§.quod niium. vbi infamis, non tamen ſuſpeus in tutela, quia non eſt in eodem nere malitiæ.& facit.C.de probatio. ubemus.& ff.de eden.l.ſi quis ex artariis.§.ij. † Eſt ergo hîc tantum in- ıcium, medium intellectuale veritaclientulæ ex ſingulari circunſtantia ſurgens: vt C.de rei vendi.l.indicia. Et dicitur indicium ab indicando, ia indicat, & demonſtrat: vt. c.ex idiis.de præſump.extrà. † Eſt tamen tandum, quòd quando ex præſumione hominis prçſumitur contra aliem propter malam famam in eom genere malitiæ, poteſt admitti obatio in contrarium: vt extrà de onſa.c.cùm in tua.&.ij.q.v.c.presby r.&.c.ſi mala fama.& extrà de purg. no. &. c.cùm.p.&. ff.quod met.cau. ion eſt veriſimile. † & contra præ- mptionem veriſimilem inducuntur ſtes: vt. c.quia veriſimile. extrà de æſumpt.fortius ergo eſt inquirédum de maleficio: vt.d.l.ſinguli.C.de accu.

f INTERFVGIENDVM. † Fuga, eſt aliud indicium: vt.d.l.Cornelia.ff. ad ſenatuſcō.Syllania. Fuga ſiquidem accuſat fugientem: vt in authen.de te-
31 ſtib.§.ſi verò noluerit. † & fugiens habetur pro confeſſo: vt C.de aſſeſſor. l.iij.vnde ſua ſcientia & fuga eum condemnat: vt ff.de ſuſpect.tut.l.impuberibus.in fi.ff.de teſtib.l.iij.

g SANGVINOLENTOS. † Dela-
32 tio gladii, poteſt eſſe indicium, quod lex præſumit ad malum: vt C.vt armo.vſus.l.vna.libro.xj.& in authen.de armis.collat.vj. Sanguinolenta gladii dicitur aliud indicium, ex quo capitur coniectura: ſicut & aliâs.ff.de donat.inter virum & vxor.l.vtrum.

h PVTARE. † Dicitur quantum ad iuris effectum, quod iuſta ratione putatur.vt.l.cùm quidam.§.j.ff.de acquiren.hæred.ibi: quod ſupereſt. Iuſta autem ratio eſt, ſi illud dicatur ab eo, de cuius facto agitur. Quod enim aſſerit, credere videtur: vt.d.§.j. ibi: quod ſi putetur, niſi dictus ipſius habeat communem opinionem contrariam: vt.d.
34 §.j.ibi: quid ergo ſi ipſa. Totiens igitur ei ſua præſumptio proficit, quotiens concurrit cum veritate: vt dicta.l.cùm quidam.§.quod dicitur, ibi: totiens igitur.ff.de acquiren.hæredita. Vide Bar-
35 to.ibidem. † Si tamen teſtis diceret, & deponeret aliqua vera eſſe ſimpliciter, quia ita credit, non eſſet eius dicto ſtandum; quia magis indiceret, quàm teſtaretur: niſi cauſam propter quam credit, ſufficientem annectat: vt Cyn. & Iacob.de aret.in.l.teſtium. C.de teſtib.poſt glo.ibidem.

SVMMA CAPITA.

1 Teſtis inhabilis depoſitio, adiuuatur & confirmatur præcedenti depoſitione teſtis habilis, qui fuerat omni exceptione maior.

2 Communio & ſocietas facit, vt inhabiles gaudeant habilium priuilegio.

3 Impubes vel paruulus an poſſit eſſe teſtis.

4 Pueri ad iurandum non poſſunt adigi ante quartumdecimum annum.

5 Iuramento iudicium debet adeſſe.

6 Impubes peierare non poteſt, nec iuramentum calumniæ præſtare.

7 Quæſtionis initium ducitur ab impuberibus & timidis.

8 Impubes ad veritatē dicendam cogitur ferula.

9 Iuramentum minoris ſi quis ſponte receperit, tenet & valet.

10 Iuramenti ratione quod quis præſtitit pubes, poteſt conueniri.

11 Peierarit ſi quis ſemel, à teſtimonio, à iuramento cùm in ſua, tum aliena cauſa in poſterum repellitur.

12 Teſtis deponens falſum in criminali, punitur pœna talionis. Et eademmet pœna eum cogens eò, afficitur. nu. 13.

14 Teſtis deprehenſus in falſitate à iudice, nō eſt citandus. Et quid ſi ille fuerit abſens nu. 15.

16 Sententiam ferri in ſcriptis non eſt neceſſe, in notoriis.

17 Teſtis nullam reddens cauſam per ſenſum an probet.

18 Teſtis cauſam teſtimonij reddere non tenetur, niſi rogatus de cauſa ſcientiæ.

19 Teſtis verboſus eſſe non debet.

20 Dictū teſtis probandū per aliud manifeſtius.

21 Teſtis non reddens rationem dicti cauſamq́; concludentem, tenetur pœna falſi: modò fuerit rogatus. Fallit in ruſtico. nu. 22. limit. & 23.

24 Teſtis deponere debet per ſenſum corporeum.

25 Teſtimonium probatorium non requirit cauſam, ſi teſtis non interrogetur de ea, in his, quæ ſunt facti ſenſibilis.

26 Teſtis dictum in his quæ ſunt iuris, debet eſſe ratione fulcitum cum ſenſu. Et quando præterea. nu. 27.

28 Teſtis verbo blaſphemo, aut aliâs Deum offendente vti non debet: quia inde multa manant incommoda grauibusq́; pœnis afficiendi in eo peccantes. & nu. 29.

30 Vltionem ſibiipſi non debet quiſquam arrogare aut tribuere, cùm iudiciorum vigor iuriſq́; publici tutela ſint in medio conſtituta.

31 Exteriora indicant animi interiora.

32 Teſtis rationem dicti reddere debet per ſenſum actui congruentem.

33 Mors probatur per ſua accidentia.

34 Iudex maleficiorum an poſſit ex officio examinare teſtes à parte productos.

35 Teſtes admitti poſſunt in cauſis maleficiorum, poſt cauſæ concluſionem & probationem. & nu. 36.

37 Teſtes ſumptus competentes percipere poſſunt ab his quorum nomine acciti ſunt.

Quartus teſtis.



DAuid Damas domeſticus dicti Cornelii, annorum ætatis ſuæ tredecim, a teſtis, vt præcedentes, productus, ſolito iureiurando de dicenda veritate interpoſito, dixit ſe nullos cognoſcere nec accuſatores, nec reos, preterquàm Milonē, eiusque duos famu

famulos, & illos de facie tantùm. Ac à tribus diebus cum præcedenti teste magistro suo
b prandio interfuisse, [b] in parui cerui caupona, vbi itidem in alia mensa cum plerisque aliis incognitis accumbebat Milo: qui inter alia verba ad suos faciens, in hæc prorupit: in appellatione apud subsellia liliata inter Plutum, & Xenium ac me examinata, euictus sum. Sed per sanguinem
c Christi, [c] ante, quàm elabatur hæc præsens hebdomada, eos
d de illa illata iniuria vlciscar, [d] maximéque magistrũ Chrysostomum aduocatum, cuius opera, & astu facta est: ne me impune illuserint. Pol, hi tres hac mea manu, nec alia vitam finient, vixque euadent, vbi inuenero. Die autem sequenti ad nonam circiter noctis horam, quum exiret domum, vbi cœnauerat eius magister, lumine tædæ lucentis, quam præferebat, dictum Milonem a cruce Tirouerì accelerantem, ac nudũ ensem, & cruentum veste abstergentem, pariterque duos famulos pone sequentes cum eductis gladiis vidisse: insuper audisse eundem Milonem apud illos gloriantem, næ hi, vt decebat, accepti sunt, & dignas facto pœnas luerunt, hacque vltione animo satisfecisse suo, & fidem liberasse. Posteà Milonem, & suos festinanter prætериisse: túncque: se suspicatum redire vel à cæde illos, vel vulnere trepidos adhuc, & tre-
e mulos: [e] deinceps mane fama promulgatum, nocte proxima dictos defunctos à Milone, & suis iuxta crucem Tirouerì cæsos fuisse, cæsorũque
f funus vidisse. [f] Et hoc quidem
g tantum, [g] accurate, auditus, iuratus, & examinatus.

h Taxatum [h] testi. pretium. iiij. sol. Parrisiẽ. Sic signatum: Cn. Flauius.

a
1 AEtatis suae tredecim. hic† testis videtur reprobari à iure defectu ætatis, quia in criminalibus testes debent esse maiores viginti annis: vt. l. in testimonium. in fi. iuncta l. præced. ff. de testib. Dic, quòd licet memoratus testis sit suspectus ad testimonium ferẽdum, tamen concludit eius depositio. quia est cõformis præcedẽti depositioni habili.

Ita quod si præcedens depositio reperiatur omni exceptione maior, scilicet sine obiectione,& reprobatione,ista vltima inhabilis depositio suplebitur per habile m:vt no.Bal.in.l,si quis.§. quid enim.in princ.ff.de edendo.& Iason in l.cunctos populos.versi.sic.istam regulam ponit Bal.in.ij.lectura.C,de summa
2 matrinitate.& fide catholica. † Nam propter communionem & societatem, inhabiles gaudent priuilegio habilium vt est text.in.l.si communem fundum ff.quemadmodum serui. amittã. Boërius in titulo de iurisdictio.omnium iudicum,§.ix.glo.iij.Dic etiam,quò licet sit inhabilis per se,tamen facit indiciũ etiam licet sit impubes,dum tamen sit doli capax:vt glo.in,d.l.in testimoniũ.
3 &.l,finali,ff.de liberali causa.† Impubes ergo,vel paruulus testis esse non potest,ideò quia omne quod testibus astipulatur,id iurationis adiectione affirmare debent,vt.c.j.xxij.q.j.&.c.quã
4 quam.xiiij.quæst.ij.† Sed paruuli, siue pueri ante annos quatuordecim non coguntur iurare:quia sine ætate rationabili sunt:vt capit.paruuli.&.c.pueri. xxij.q.v.igitur non possunt esse testes:
5 †quia iuramento debet adesse iudiciũ: vt.iiij.q.iij.c.j,Verum hæc ætas nescit quid agat:vt.C.de falsa mone.l.prima.
6 †nec potest impubes pietate.vnde sacramentum calumniæ præstare non potest.l.qui iurasse.ff.de iureiuran.posset tamen dici,quòd si impubes sit doli capax,quia tunc calumniosè,quid potere potest?vt extrà de delic. puer.c. j.tunc si nouerit veritatem,bene poterit præstare sacramentum calumniæ: argu.C.de iureiu.propter calum. dan. l.ij.§.j.De veritate verò dicenda tene-
7 tur iurare.† Nam ab impuberibus,& timidis sumitur initium quæstionis.l. vnius.in principio. ff. de quæstioni.
8 † Item impubes ferula percutitur pro veritate dicenda?vt.ff.ad sylla.l.j.§.impubes.& tenet confessio,quam facit, licet contra eam posset restitui:vt.ff. de confes.l.certum.§.penul.quod falsum est,nisi esset doli capax:ivt.d.c. pueri.
9 &.c.paruuli.xxij.q.v.†Hoc autem certum est,quod si quis sponte receperit iuramentum minoris,valet & tenet tale iuramentum mnoris:vt.d.l.qui iuras
10 se.ff.de iureiuran.†Item in casu potest quis conueniri ratione iuramenti, quod præstitit:dum esset impubes:vt si quis impubes iurauerit se præstiturũ operas,ipse pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento:vt.ff.de liber. cau.l.finali.in fine. Quòd si peierauerit,talis pœnitentia erit ei imponenda qualis,& de adulte.& de fornicatione,& de homicidio sponte commisso, & de cæteris criminalibus intus:in.c.si.
11 xxij.q.j.†Et qui semel peieratus fuerit,amplius testis esse non potest, nec ad sacramentum accedere, nec in sua causa,nec alterius poterit esse curator:
12 vt.d.c.paruuli.xxij.q.v.†& si testis in criminali deposuerit falsum, punitur pœna talionis: vt secunda quæstione tertia.§.primo.in gloss.ordinaria.& est tex.in.l.prima.§.primo.ff.ad legẽ Cor
13 ne.de sicar.vbi dicit Bar. † quòd eadẽ pœna punitur potestas compellens testem ad dicendum falsum,quod est notandum,
14 †Item si iudex deprehendat testem in falsitate,non est necessaria citatio,ex quo est testis præsens,& ad hoc. C.de

C.de testi.l.nullum.& quod not.ff. de his,qui notan.infamia.l.ictus fustium.
15 †Si autem testis,quia falsum deposuit sit absens,& falsitas liquet iudici, non tamen poterit testem falsidicum condemnare sine citatione: quia quando factum est tale,in quo certæ personæ condemnatio exigitur,tunc quantumcunque sit iudici notorium delictum, tamen non potest procedere ad condẽnationem,nisi pręmissa citatione:vt.ff.
16 de re militari.l.tertia.§.si ad diem.†Et in istis notorijs non est necesse, quòd sentẽtia feratur in scriptis:vt no.in authentica.vt iudic. sine quoquo suffragio.§.necessitatem. Si autem aliquod factum esset notorium,in quo non exigeretur condemnatio,sed alia ordinatio,vel inhibitio,verbi gratia,statutum est factum in aliqua ciuitate contra libertatem ecclesiæ, tunc superior potest ex officio inhibere,& mandare ne obseruetur,licet neminem citet.secundum Archidiaconum.secunda quæstio ne prima.c.Lotharius.

b INTERFVISSE. †Testis,qui di
7 cit aliquid scire,quia præsens fuit,vel quia interfuit,nõ videtur probare. Nã per censum nullam causam reddit,& potest esse,quod fuerit præsens,non tamen videns neque audiens:C.de erro. aduo.l.prima & ibi glo.& Ioan. And. in.c.præsentium.de testi.libro.sexto.& Speculator.eodem titulo.§.primo.ver siculus.item,quod non prohibet. Hoc tamen non obstante sciẽdum est, ꝙ ꝓbat, qđ enim dixit se præsentẽ scire,creditur per sensum,cùm non sit interrogatus vlterius.Non enim potuit scire se præsentem fuisse negotio,nisi id intellexisset.hoc etiam imperiali constitutione probatur, quæ dicit validum esse eius testimonium,qui sub præsentia sua dicit debitum esse solutum, vt
18 C.de testib.l.testium.†Et licet testis debeat causam sui testimonij facere manifestam:vt.l.solam.C.de testib.& in authen.eodem.§.& licet quod interpretatum est.hoc tamẽ intelligendum est,si fuerit interrogatus de causa scientiæ,vt dict.iuri.not.in.c.causam.extra de testibus.S in minus, stabitur verbo
19 suo,†quia verbosus esse non debet: vt l.instrumentorum.C.de precibus. Impera.offer. Si autem interrogatus de causa scientiæ, respondisset scio, quia scio:vel quia sic est, eius dicto nõ esset standum,cùm esset eadem ratio cum
20 dicto,†Nã dictum debet probari per aliud manifestius eo, vt Innoc. in.d.c. cùm causam.extra de testib.&.ff.de petit.hæredi.l.pro hærede.& no.ff.de offic.procu.Cæsa.l. finali.in principio.
21 †Quòd si testis studiosè non reddat rationem,& causam concludentem, tenetur pœna falsi:sicut si deponeret tacitaveritate.vt.l.presbyteri,& ibi Bal.C. de episco.& cleric.Secus,si ex sui simplicitate fuerit loquutus:sicut plerunque rustici.qui nesciunt in eius redde-
22 re causam sui dicti,†quia tunc non habet locum pœna falsi:vt not.ff.de his, qui notantur infamia.l. Lucius, & ibi
23 gloss.notabilis.ad hoc.†Testis igitur vbi potest,debet reddere rationem, & causam sui dicti,si sit ĩterrogatus: aliàs eius depositio valet,sine redditiõe causæ:vt gloss.iiij.q.iij.§.item solam.&.l. de pupillo.§.qui opus,ibi: idcirco non exigitur.ff.de noui oper.nũtia,& Bart.

in authen.de testib.§.& licet.nu.v.Sed hoc verum in ijs,quæ possunt percipi sensu corporeo,puta si testis dicat,quòd vnus deposuit pecuniã,& similia. Sed si reddat testimonium super eo, quod sensu non percipitur.vt putà,si dicat testis Titium dominum talis rei.tunc nõ probat,nisi reddat causam dicti sui, po sito quòd de causa non interrogetur.

24 †Ratio,quia testis debet deponere per sensum corporeum:vt Barto.in authē. de testib.§.& licet.numero sexto.alleg. l.qui in te.in fine.ff.de testamen.&.l.j. ij.respon.ff.de his,quæ in testa.del. facit quod nota in.l.testi.C.de testib⁹. &

25 ibi per docto.† Sed cùm testis dicit, quòd talis est dominus, non percipit illud sensu corporeo. sed per intellectum.& tunc testificatur de eo,quod est ius,non de eo,quod consistit in facto: vt Barto.in dicto.§.& licet.in authen. de testib.Ita determinat Innocen.in dicto capitulo cùm causam.& Speculat. in titu.de testib.§. nunc tractandum. versicu.vt autem pleni, vsque ad versi. porrò, sic testimonium probatorium non requirit causam,si testis non interrogetur de causa,in his,quæ sunt facti sensibilis, quæ intuitiuè comprehen-

26 duntur.†Non dico in ijs,que sunt iuris,in quibus ratio debet esse coniuncta cum sensu de necessitate.aliâs non fit probatio:vt.d.Innocen. in capitulo cùm causam,extrà de testibus.Hic tamen,quod duo testes reddentes legitimam rationem,præualent,& præponderant totidem testibus dicentibus vera esse,tamen nõ interrogatis de causa: vna vera redditio causæ præponde-

27 rat causæ præsumptiuæ.†In ijs autẽ in quibus concluditur solùm per viam iuris,& rationis,& non per sensum merum corporeum,est certum quòd sine redditione causę,nõ resultat probatio testium:vt Inno.in.d. cùm causam. de test.& attestatio.

c PER SANGVINEM CHRISTI.

28 Blasphema verba,& sacramẽta de Deo neque per capillos,& caput,& his proxima verba(Deum ad iracundiam prouocando)iurare nõ licet propter enim talia delicta,& fames & terręmotus, & pestilentiæ fiunt.Si enim contra homines factæ blasphemiæ impunitæ non relinquuntur,multò magis, qui ipsum Deum blasphemant,digni sunt supplicia sustinere. Quoniam primum quidem indignos semetipsos faciunt Dei misericordia.Post hæc autem, & legibus constitutis subijciuntur tormentis. Namque comprehensi vltimis subduntur supplicijs, vt non ex contemptu talium inueniatur,& ciuitas,& respublica per hos impios actus lędi, vt in authen.vt non luxu.ho. contra natur.col.vj.Vnde dominus ad Mosem. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur:lapidibus eum opprimet omnis multitudo populi, siue ille ciuis,siue peregrinus fuerit:vt Leuitici vigesimo quarto.c.&.c.statuimus, iun-

29 cta glos.extrà de maledicijs,† Nota quòd propter talia blasphema verba vnus nomine Thomas de la Fontaine, fuit palo publico iuxta crucem du Tirouer Parisijs alligatus collo in torque ferrea,ab hora prima vsque ad horam nonam,vt à transeuntibus,& prætereũtibus luto,spatis,citra lapides,& opprobrijs affligeretur,in sequendo constitutionẽ

onem regis Philippi,& arrestum Cu æ iudicij mei confirmatorium, datū no domini millesimo quingentesimo igesimosecundo, die.iiij.Iulij.

V LSCISGAR. †Regulariter iu ciorum vigor iurisque publici tute ,videntur in medio cōstituta,ne quis ram sibijpsi permittere valeat vltio em:vt.l.nullus.C.de Iudæis.& cælic. si inquantum quis implicitus scele bus nollet ante iudicem venire, nec dex eum cum posset cogere.tūc enim per issa esset offensio propria vltio:vt glo .in d.l.nullus.& suprà dixi.

TREPIDOS ADHVC ET REM VLOS. †Hic testis testifica ir de qualitate animi per actus exte iores,quos vidit,quod fieri debet:Bar. n.l.is,qui.§.j.ff.de tuto.& curat.dat.ab is.namque exteriora indicant animi ecreta interiora:vt.ff.de ædili.edict.l. i tamen.§.ij.&.l.j.in fi.C.de prædi. na icu.lib.xj†& reddit rationem per sen um actus congruentem,quod facere de et:vt Barto.in.l.iubemus,nu.ix.C.de rogat.milit.anno.libro.xij.C.

FVNVS VIDISSE. †Per ea,quę accidunt mortuis,probatur mors:vt p sepulturas,vel per non habere sensum, nec motum,vel alia quæcunque, per quæ quilibet homo intelligit eum mortuum:Bal.in.l.conuenticulam.C.de episcopis.& cleri.& Bart.in.l.j.§.finali.ff. quemadmodum testa.ape.&.l.quoties. de naufrag.libro vndecimo.C.quod facit ad intellect.regul.cancella.decimęoctauæ.

ET HOC QVIDEM TANTVM. †Quæro,quia hic est vltimus testis,an iudex maleficiorum possit ex officio examinare testes à parte non productos:Bart.in lege prima.§.si quis vltro.ff.de quæstionibus,dicit.quòd sic per legem secundam.C.de abolit. vbi iudex quærit de partis innocentia, parte non postulante.Pro hoc est,l. si non defendantur.ff.de pœnis:de qua idem Bartol.facit mentionem in.l.quarta.§. hoc autem iudicium.ff.de damno infe
35 cto.†Et possunt recipi testes in causis maleficiorum,etiam post conclusioné causę,& post publicationem:vt dicta.l. prima.§.si quis vltro.& est casus in.l. vnius.§.reus,ff. de quæstio. secundum vnam lecturam.idem Ioann. Andre.in capi.fraternitatis.extrà de testibus. Et maximè,quando est processum per inquisitionem:secundum Innocen.in capitul.cùm clamor.extra de testibus. & Archidiaconus.quarta quæstione tertia,capitulo placuit.Si autem esset processum per accusationem.tūc post aperturam non potest eos recipere neque examinari facere,siue interrogare, sed benè ante aperturam,id poterit facere:
36 videlicet,†quando est quæstio de adiuuanda accusatione.nam tunc potest recipere testes ex mero officio:vt notatur per omnes ferè scribentes.in.l. idē est.§.si tibi.ff.de condictione ob turpem causam.& idem tractatur ab eidem.in authentico de tabellionibus. §. primo.collatione quarta.cum sua glosa.quæ hoc apertè videtur tenere,& extrà de collusione detegenda. capitulo primo.tam in textu,quàm in glossa, in verbo:gratiam.quam ad hoc reputant valde notandam ibi scribentes.

TAXATVM. †. Testes enim
37 ab his, per quos fuerint postulati,

sumptus competentes percipere debēt, ita quòd testimonium reddere debent sumptibus producentis. l. quoniam liberi. C. de testibus. & in authen. de test. §. & quoniam. iuncta glo. in versic. obseruationibus collat. v. & c. statutum. §. proferendo. de rescrip. lib. vj.

SAMMA CAPITA.

1 *Elogij conceptio, est preparatoria processus criminalis & iudicij.*

2 *Inquisitiones & processus criminalis, partibus non debent edi aut communicari.*

3 *Fisco & delatori edenda sunt quæ ad causam pertinent.*

4 *Fiscus an impunè & iure possit quicquam accipere à priuato.*

5 *Acta criminalia an debeant edi vtriq; parti disting. & nu. 6. 7.*

8 *Reus acta criminalia alia, quàm communia non tenetur reo edere contra seipsum Cæteri autem non conuenti, ad id sunt adstricti numero 9.*

10 *Reus in ciuili causa tenetur fisco edere instrumenta contra se, ad intentionem & replicationem rei fundandam.*

11 *Fiscus agere potest furti aduersus reum sibi nō exhibentem instrumenta.*

12 *Reus pœna afficitur, si non edat fisco instrumenta etiam non rogatus.*

13 *Fiscus an aut qualiter instrumenta contra se edat.*

14 *Acta omnia iudicialia, quando sint vtrique parti edenda.*


15 *Instrumenta omnia communia, sunt vtrique parti edenda. Et cur ita nu. 16.*

17 *Instrumenta priuata non tenetur quæ edere parti nisi fortè aduersarius probare vellet instrumentum falsum. Limitat, nu. 18.*

19 *Instrumentum quando sit edendum parti sine die & consule.*

20 *Actor reo, & reus autori tenetur edere omnia quibus est in iudicio vsurus & ad id potest cogi iudicis officio.*

Elogij formula.



Eiusmodi elogii conceptio, a ab actuario b obsignata ad procuratorem fisci transmittitur, vel editur c secretè cum renuntiatione chirurgi vt in elogii calce subscribat, & postulet ex iudiciorum qualitate rei, ne in ius vocentur ad causam ore proprio dicendā an in carcerem detrudantur, hoc modo.

a ELOGII CONCEPTIO. 1 †Quæ dicitur præparatoria processus criminalis, & iudicii: & sic debet in fauorem actoris aut conquerētis, vel querelantis interpretari: per regulam, de qua meminit Decius consil. ccccxlix. visis duobus consiliis. Quòd in præparatoriis iudiciorum verba debent in fauorem actoris interpretari. l. de die. in princip. ff. qui satisda. cogun. & ibi Bart. & docto.

b :AB ACTVARIO. †Nota, quòd informationes, & processus criminalis non debent reuelari partibus, sed debent portari ad fiscum, & iudicem 2 secretè: vt diuus, la secunda. ibi: interrogationes literis inclusas, atq; obsigna-

tas ad cognitionem magistratus mittant.ff.de custo.& exhi.reo.

VEL EDITVR. † Ea enim sunt edenda fisco & delatori, quæ ad causam pertinent, ex qua deferre professus est, vt l.ne quisquam.ff.de edendo. Et per constitutionem regis Caroli. vij. art. xvj.& xvij. super stylo parlamenti, & per nouissimam constitutionem domini nostris regis Francisci, articulo centesimo
4 tesimo quadragesimoquinto. † Et fiscũ non decet recipere præmium à priuato, sed debet esse contentus deputatis sibi annonis, scilicet salariis & stipendiis, vt in authen.de colla.§. ad hoc iubemus, collatione nona, quòd si secus fecerit, venit cingulo spoliandus, & alter in eius locum subrogandus vt in authentica de mandatis principum.§. festinabis colla.tertia.quoties ergo apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, vt merito eis vti liceat, eamq; manũ commentariensis, scilicet notarii adnotanda sunt, quòd si ea aliter proferantur, is qui ita protulit, à causa cadet & quoties iterum apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quorum vsus non fuerat postulatus ex officio, recitatio iure poscetur.l.in fraudẽ. §.quoties.ff.de iure fisci.† Quæro autẽ an acta criminalia debeant edi vtrique parti: dic quod acta communia, & publica, quæ fiunt coram iudice, debent vtrique parti edi siue sint criminalia, siue ciuilia inspicienda ad inuestigandam veritatis fidem.l.is, apud quem.C. de edendo & gloss.in l. secunda in verbo, actorum.C.vt lit. pendent. vel post prouoca.&.c.G.perpetuus extrà de fide instrumen.& gloss. in c. quoniam contra, in verbo, tempora.extra de probat. & l.mortuo. ff. de iudic.& l. properan-
6 dum.§.primo.C.de iudi.eodem.† quando verò acta criminalia non sunt communia, vt sunt attestationes, confessiones, repetitiones, & confrontationes testium, non sunt de consuetudine edenda vtriq; parti, maximè in causa capitali: vt in l.secunda.§.item diui.in fin. ff.de iure fisci. Sed fisco sunt tantùm edenda vt dicta l. ne quisquam. ff. de
7 edendo.† nec potest agi ad exhibendũ pro instrumentis in criminalibus actionibus, nec fortè actione in factum quia actio ad exhibendum ei creditur competere, cuius pecuniariter interest, vt argu.l.si liber homo.ff.ad exhib.& glo. dicta l.is, apud quem, in verbo, exhibe-
8 ri.† Sinautem acta criminalia alia, quã communia, sint pœnes reum, non tenetur reus ea edere fisco contra se, nisi fisci essent, & spectarẽt ad fiscum. Nam tunc reus posset arctari, vt exhibeat, & posset fiscus intendere rei vendicatio-
9 nem quilibet tamen alius, qui non est conuentus, acta ciuilia, & criminalia fisco edere tenetur, vt gloss. in dicto. §. item diui.in verbo, agatur. ff.de iure fi-
10 sci.† In ciuili autem causa reus tenetur edere fisco instrumenta contra se, ad intentionem & replicationem fisci fundandam dicta l. ne quisquam. ff. de edendo, quod est speciale in fisco vt ibidem, & si is, qui conuenitur, non exhibet, præsumitur subtraxisse, quasi sibi nocitura essent dicta l.secunda.§.diuus
11 Adrianus.ff.de iure fisci.† Et poterit fiscus agere furti pro illis instrumentis, contra reum non exhibentem vt gloss. in dicta l.is, apud quem, in verbo, exhi-

12 berl. C. de edendo. † Et ipso, quòd quis etiam non interpellatus non exhibet fisco instrumenta ei necessaria pœnam patitur, quia creditur eum instrumenta fisco substraxisse; & ita furti conuenitur. Sed in causa criminali, quam fiscus cōtra aliquem mouens, secus. nam non patitur pœnam hoc ipso quòd non exhibet, vt gloss. in dicta l. secunda. §. item diui. in verbo, agitur. ff. de iure fi-
13 sci. † Ipse autem fiscus contra se nō edit instrumenta. quòd si edit, conditione apposita edit, ne is, qui describet, contra eum illis vtatur. neque etiam acta aut instrumenta aduersus fiscum à quo quam edi oportet: vt dicta l. in fraudē.
14 §. neq;. ff. de iure fisci. † Vbi autem ex processu extraordinario partes ciuiles reciperentur, & admitterentur in processum ordinarium, prout plerunq; fieri solet, secundum causæ merita, vt infrà suo ordine patebit, tūc omnia acta iudicialia, scilicet citationes, dilationes recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes conclusiones, &c. quæ occurrerint vtrique parti edentur, ita quòd originalia pœnes scriptorem remaneant, vt cap. quoniam cōtra falsam, extra de probat. quià huiusmodi acta seu processus sunt commu-
15 nia, † Et idem est in omnibus communibus instrumentis, vt gloss. in d. c. quoniam. & c. contingit, extrà de fid. instru.
16 † quæ enim sunt communia integraliter sunt exhibenda vt. C. de eden. l. non est nouum, & l. vlti. eo. & l. prætor. §. j. & l. si quis. §. ratione & l. argentarius. ff.
17 eo. titu. † Secus autem in propriis priuileg. vel instrumentis, quæ non sunt communia, & communiter facta inter partes, quia quis non tenetur edere, vt gloss. in d c. quoniam contra. in verbo.
18 tempora. † nisi aduersarius vellet probare instrumentum falsum, quia tunc edetur, vt c. inter dilectos, extrà de fide instrumen. & l. optimam. C. de contra-
19 hen. & committen. stipulat. † Aut nisi actor, vel reus, vtatur instrumento proprio iudicio, tunc aduersario edi debet sine die & consule, ne præstetur materia fabricandi falsum vt dicto c. contingit, & glo. in d. c. G. perpetuus in verbo, instrumētorum & c. accepimus. eodem
20 l. prima. §. editiones. ff. de edēdo. † Nam actor reo, & reus actori tenetur edere omnia, quibus vsurus est in iudicio, vt C. de edendo. l. fi. & d. l. secunda. §. edenda. ff. de eden. & glo. in d. c. contingit in verbo exhibere. extrà de fide instrumē
21 torum. † & iudicis officio peti possunt exhiberi, vt glo. in d. c. G. perpetuus, & l. j. C. de edendo. Ita tamen, vt si super vnde capitulo instrumenti quæstio fuerit, illud solummodo rescribetur, & aduersæ parti copia eius fiet vt d. c. cōtingit, extrà de fide instrumen.

SVMMA CAPITA.

1 *Fiscus accusat de iure, & etiam de consuetudine regni criminaliter, quo ad interesse publicum.*

2 *Partes ciuiles non se inscribunt ad pœnam talionis, nisi in crimine falsi tantum.*

3 *Fiscus aut procurator iniquam capturam requirens aut calumniosam instituens accusationem tenetur parti ad damna, expensas & inter*

ter

teresse, actione leg. Aquilia. & nu. 6.

4 *Dominus tenetur parti aduersus quam procurator suus calumniosam instituit accusationē*

5 *Dominus procuratori non præsumitur quicquam iniquum mandasse.*

8 *Fiscus si fuerit in dolo aut calumnia, contra eum agitur, tanquam contra priuatum iure ciuili.*

9 *Rerum administratio non videtur eo consilio tradita, vt fraus comittatur.*

10 *De similibus ad similia an & quando procedendum.*

11 *Magistratus fraudem committens tenetur actione negotiorum gestorum*

12 *Procurator vel officialis non est loco domini, cùm delinquit, vel domini spoliat. Et idem iudicium de tutore nu. 13.*

14 *Delatorem subijciens, qua pœna afficiendus. Delator suggestus, mandatorem debet edere & quid si delator abolitionem petat vel se absentauerit nu. 16. & 17.*

Ad commeadus diem non venientis pœna

Instantiæ & supplicatio. Formula.



Viso iudiciorum elogio ad instantiam & supplicationem Antoniæ Dianæ viduæ defuncti Ioannis Pluti, tam suo nomine, quàm administratricis corporum, & bonorum eius & defuncti liberorum annis minorum & Benedicti Crasi, defuncti discreti viri magistri Chrysostomi Crasi nuper in suprema curia aduocati fratris, & Mariæ Marthæ relictæ defuncti Iuliani Xenii, Clementis Xenii, defuncti Xenii fratris, & Dionysii Daui modò dicti magistri Chrysostomi Crasi famuli confecto, cum renunciatione Chirurgi iurati contra Andræam Irum cerdonem, Bernardum Thrasonem, Claudium Caligulam domini nostri regis legionarios, nobilem Desyderium Anippum, Geraldum Milonem AEgidium Gnatonem, Ferdinandum parasitum dicti Anippi famulos, Henricum Nebulonem, Iacchum Ebrionem etiam seruos, postulo pro rege [a] prehensionem corporis, [b] contra Thrasonem, Caligulam, Anippum, Milonem, Nebulonem, Ebrionem, Gnatonem & parasitum, & contra Irum, vt in ius vocitētur ad causam ore proprio dicendam, vt omnes interrogentur, per se respondeant, videantur, iudicioque adsint super dictis indi-

cijs,

ciis. Quòd si minus prehendi possint citentur trino nundino, siue contractis interuallis trium denuntiationum: & vt apertiùs dicam ad tres breues dies ad audientiam graphariatus sub pœna confiscationis suorum corporum, & bonorũ quorumcunque. Actum die &c. Sic signatum.

a 1 PRO REGE. †Quo ad interesse publicum fiscus accusat de iure, & etiam de consuetudine regni criminaliter: quia quod ex cuiuscunque patrimonio ceciderit in casum ex delicto, & legibus, & recto iuris ordine fisci aduocatis agẽtibus vindicari debet, pœna contra facienti imminente, tex. fortis in l. omnes, de delato. lib. x. C. & suprà dixi in. §. informatio. l. ij.
2 versicu. denuntiauerunt. † & ea ratione partes ciuiles non se inscribunt ad pœnam talionis, nisi in crimine falsi tantùm: vt in authentica de quæstore, in §. fi. versicu. super hoc: super verbo: aliqui collat. vi. & ita de consuetudine practicatur.

b PREHENSIONEM CORPORIS.
3 †Fiscus, aut procurator generalis caueat ne illicitam capturam requirat, vel calumniosam euidenter instituat accusationem. Nam teneretur nomine proprio ad expensas, damna, & interesse erga partes actione legis Aquiliç, cũ forte damnum iniuria datũ, vt l. secunda. §. si publicanus. ff. ad legem. Aquiliã & nomine proprio & non regis aut domini veniret condemnandus, nisi haberet speciale mandatum ad hoc, vel ratũ haberet dominus, secundo causam pro
4 eo. † Nam tunc dominus solus teneretur: vt gloss. in. l. iij. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. Bar. in. d. l. j. §. deiecisse. & §. quotiens. ff. de vi & vi arma.
5 † aliàs dominus, quid iniquum procuratori mandasse non videtur: vt. ff. de pecul. l. qui peculium. & ff. de pactis. l. contra iuris. §. si filius, & ff. de condi. indebi. l. si procurator. §. quòd si indebitum
6 & gloss. in. d. l. iij. §. si procurator. † Hac igitur ratione venit fiscus nomine proprio condemnandus, ne sub prætextu, vel velamine officii propter suas simultates, vel latens odium securè lites exercere posse existimet. l. nõ est ignotũ.
7 iuncta glo. C. de admini. tutorum. † Tamen interdum mitius agitur cum officiali, quàm cum alio, etiam in aperto crimine: vt Bald. in. l. ij. C. qui accusa. non poss. & ff. de publi. & vectigal. l. si
8 multi. † vbi ergo fiscus est in dolo, vel calumnia, redigitur ad instar priuati, & agitur contra eum, tanquàm priuatum, & efficitur priuatus de iure ciuili. qui fundum. §. si tut. ff. pro empt. vbi gloss. dicit sic etiam esse in omnibus dicendum, qui gerũt officiũ siue in diuinis, siue in hamanis rebus. & suprà dixi. in. §.
9 cõqueruntur, in ver. quia etiam. s. † cui ergo cõceditur administratio rerũ, non videtur concessum, vt in eis fraudẽ cõmittat. l. tutor administrationem. ff. de
10 furt. vbi gl. dicit, † ꝙ de similibus ad si-
11 milia procedendũ est. † magistratus itaque fraudem cõmittens, tenetur actione negotiorũ gestorũ: vt l. ex facto. ff. de neg.

11 de negoc.gest.† procurator enim, vel officialis non est loco domini, cùm delinquit, vel dominum spoliat.l. pactū.
13 iiij.C.de pac.& glos.ibidem.†Idem dicitur in tutore.qui in re pupilli tunc domini loco habetur.cùm tutelam administrat,non cùm pupillum spoliat.d.l. qui fundum.§.si tutor.ff. pro empto.&. l.interdum.la.ij.§.qui tutelā.ff.de furr. &.C.de pact.l.pactum.iij.&.l.qui filiū. ver.itaq;.ff.de manum.testa.& l.si duo. ff.de dolo &.ff.de insti.actio.l.sed & si. §.sed si ipse,&.ff.de tutel.& rat.distr.l, j.§.nunc tractemus.& l.fi.§.j.ff. de eo
14 per quem fact.erit.†Si quis itaq; delatorem subiecerit,in tantum condemnetur,quantum præmii nomine delator ipse consecuturus fuisset,si vicisset.l.senatus.§.si quis delatorem.ff.de iur.fisc.
15 †Ideò delator compellitur edere mandatorem:& nisi edat,vt in vincula deducatur,eò pertinet non vt delator pœna subducatur,scilicet pœnam euadat, si mandatorem habeat, sed vt mandator,quoque perīde,ac si ipse detulisset,
16 puniaī:vt l.ij.§.diuus.ff.eo.tit.† Quòd si delator abolitionem petat,scilicet licentiam desistendi à delatione impunè & quod errasse se dicat,vt idem iudex cognoscat,an iusta causa abolitionis sit & si errasse videat,dabit imprudentiæ veniā.Si aut calumniæ hoc ipsum iudicet,eaque causa accusatori perinde cedat,ac si causam egisset.& perdidisset vt.d.l.senatus.†Si verò delator se absentauerit,& tribus edictis euocatus affuerit,eandem pœnā ferre debet, qua teneretur,si causam non probasset, vel quātū ex ea causa,quā detulit, reportasset,si professionem suam implesset: vt d.l.senatus.§.ibi:si tribus edictis.& c.& l.Arianus.§.quia autem.ibi:atq; tribus dictis euocati non responderunt. ff. de iure fis.&.l.iij.§.si ad diem.ff.de re mili
18 ta.vbi dicit tex.†si ad diem commeatus quis non veniat,perinde in eum statuēdum est,ac si emansisset,vel deseruisset,pro numero temporis, facta prius copia docendi num fortè casibus quibusdam detentus sit,propter quos venia dignus esse videatur,& facit.C. de censi.l.iij.libro vndecimo,vel potest teneri ad damnum:secundum glo.in.d.l. ij.§.senatus,versic.teneantur.ff. de iure fisci,Pro hoc alleg.authen. libellum C.de lit.contest.

SVMMA CAPITA.

1 *Delictum licet satis fuerit notorium, Iudex nihilominus merita causæ videre & nosse debet antè,quàm ad iudicium accedat.*
2 *Iudex conquerentium clamoribus.solicitationibus,aut gratia non debet moueri,aut à recta iustitiæ iudicij via defendere.*
3 *Iudex bonus & iustus secundum allegata & probata decernit & statuit.*
4 *Iudex quando ad prehensionem & capturam rei debeat progredi.& nu.5.8.*
6 *Reus an possit quæri & capi in domo aliena, inuito domino domus.& nu.7.*
9 *Iudex duobus casibus à captura non incipit. idque ex vrbanitate.*
10 *Mulier non potest capi regulariter siue in criminali siue ciuili. Fallit in meretricibus & prostitutis.nu.11.*
12 *Iudex nihil potest aduersus reos præsentes,antè,quàm sibi constiterit esse culpabiles, per inditia,aut aliàs quouis modo.*
13 *Prætor neminem audit sine causa.*

Reus ab

14 Rei ab ecclesia non possunt inuiti extrahi regulariter. & nu.15. Fallit in homicidiis, adulteriis, virginumque raptoribus,
16 Debiti ciuilis nomine an quis possit ab ecclesia extrahi.
17 Debitor si lite contestata ad ecclesiam confugerit, an nihilominus iudex sententiam ferat. Et quid in criminalibus. nume.18.
19 Ecclesia immunitate priuatur quis tribus casibus. & nu. 20.21.
22 Latro publicus, aut agrorum depopulator, cur potius ab ecclesia extrahatur, quàm alius malefactor, eo fortè deterior.
23 Ecclesiarum rectores quid agere debeant, reo confugiente ad ecclesiam.
24 Carcer institutus est ad custodiam, non ad pœnam.
25 Condemnatus ciuiliter, ad factum precisè tenetur: & potest in carcere & compedibus retineri.
26 Actoris electio est, non velit agere ad factum precisè, vel ad interesse, vbi quis precisè ad factum tenetur.
27 Causa pecuniaria an possit quis in ciuilibus trudi in carcerem.
28 Iudex non potest cogi à parte agente ad reum capiendum, nisi is constituatur in contumacia. Et quid si condemnatus quis fuerit pro debito ciuili. nume.29.
30 Consilium pro creditore aduersus debitorem domo inclusum & latentem. & nu.31.
23 Ad accusantium instantiam prō priuato, & fisci, pro publico interesse, aduersus reos delatos, iudex corporis captionem decernit.
33 Vindicta resultat ex delictis.
34 Vindictæ persecutio siue pœnæ criminalis cōtra reum delatum. fit per fiscum, pro interesse & publica offensa.
35 Reipublicæ interest, ne crimina impunita maneant.
36 Iniuriarum actio, descendens ex lege corneli de iniur. tribus casibus competit.
37 Priuate iniuriam passo, est integrū instituere actionem criminalem ad vindictam, vel ciuilem ad persecutionem iniuriæ vel damni. Alterius tamen electio, alteram tollit. nume.38.
39 Iniuriam passus, agens criminaliter ad vindictam & pœnā si vincat, fisci erit victoria.
40 Expensæ non veniunt in actione instituta ad pœnam, si pœna consistat in supplicio.
41 Iudex vbi procedit per inquisitionem super delatoris accusatione, reus condenari potest ciuiliter & criminaliter, duplici nomine.
42 Pœna pecuniaria infligi potest reo, fisco applicanda.
43 Pœna quotupliciter possit infligi.
44 Pœna criminalis propriè, quando dicatur, & nume.46.
45 Clericus beneficio priuatus, non dicitur affectus pœna criminali.
47 Republica offensa, pœna illata ex actione populi, partim actori, partim fisco cedit.
48 Actio criminalis & ciuilis, quando possint simul & semel intentari per priuatum. & quando minus.
49 Iura incipiunt à vocatione in ius.
50 Iudicium, quatuor potissimùm constat. & quod cuiusque sit officium & minus.
51 Iudicis officium, vbi pœna leuis, vel citra relegationem tantùm venit imponenda.

Iudicis elogium ad prehendendum reum.



HOc exacto, dictum elogium trāsfertur à procuratore fisci ad finem suum decretum post intentionem, ac petit

petitionem dicti procuratoris, ad hunc modum: visis[a]que ſtione indiciorum aſſertoria, renuntiatione chirurgi ditionis authori, petitione procuraris regis, præhendantur[b] etiam intra locum ſacrum,[c] & adducātur prehenſi ad carceres[d] præpoſituræ dicti, Traſo Caligula, Anippus, Milo, Gnato, Paraſitus, Nebulo. Ebrio quo interrogentur, ac per ſe reſpondeant petitionibus: quæ intendentur à dictis conquerentibus & procuratore fiſci, [e]ſe ſiſtant in iudicio ſuper eiuſmodi indiciis apud acta prolatis, & à nobis idcirco conſpectis. Et vbi prehendi non poſſint, citentur vna denūtiatione pro tribus, ſiue vno edicto vice trium, ad tres breues dies ad audientiam graphariatus corā nobis, vt compareant in iudicio, ſub pœna confiſcationis ſuorum quoruncunque bonorum, & corporū indicta. Præterea dies dicatur, Iro quo adſit, iudicio, & præſens reſpondeat,[f] vt ſuperius. Actum die &c. menſe &c. Anno &c, Sic ſignatum,

a VISIS. Iudex quantuncunq;
1 delictum ſit ei notorium, †debet tamen videre merita cauſæ, prius, quàm aliquem feriat, aut iudicet, vnde dominus cui nihil eſt abſconditum, deſcendam (inquit) & videbo vtrum clamor qui ad me peruenit, ſit ita, vel non: vt ſciam. vt. c. Deus omnipotens. §. fi. & c. ſeq. ij. q. j. & l. inciuile.
2 ff. de leg. †Et licet iudex quorundā importunis conquerentium ſolicitationibus & quadam celeritate animi poſcente, vt damnet reos, efficiatur: horum tamen vanas voces audire non debet, neque quenquam ad clamorem cuiuſlibet damnare: vt l. decurionum filii. C. de pœnis, & in eo damnatur Pilatus, qui dominum noſtrum IESVM Chriſtum Saluatorem ad clamorem populi condemnauit, vt glo. d. l. decurionum.
3 Debet ſi quidem, bonus & iuſtus iudex ſecundum allegata, & probata decernere & iudicare: vt lege illicitas. §. veritas. ff. de offici. præſi. cùm & debeat conſtare de facto: vt lege diuus. ff. de re milita lege prima. §. item illud. de ſenatuſconſult. Sylla. adde tex. in l. j. de curioſis & ſta. lib. xi. C.
b PREHENDANTVR. †Quando con
4 ſtat iudici per informationem delictū eſſe graue, ex quo venit pœna corporalis, vel ſupra religionem imponenda, debet incipere à captura, & reos exhiberi facere, & detrudi in carcerem & hanc carceris pœnam ante ſupplicium rei ſuſtinere debent, nec in hoc iudex parcere poteſt: vt lege diuus la prima. ff. de cuſto. & exhibit. reo. Itaque ex vinculis cauſam dicere debent lege Cornelia, ibi: ſi aperto teſtamēto

serui liberi scripti inueniantur. l.de fi-
car. iudicium fiat, ita vt ex vinculis
causam dicant:vt.l.lege Cornelia.ff.de
senatuscon.Sylla.&.l.ij. ff.de custo. &
5 exhib.reorum.† Sic etiam,vbi ex culpa
contractatur maleficium, reus potest
capi ad corpus indistinctè, & inuitè
duci ad iudicium à iudice, vel eius au-
thoritate, vel etiam de domo extrahi:
vt in authen.vt nulli iudic.§.quoniam
verò contingit. collat.ix. Ioan.Andre.
in. c.romana. §.contrahentes. de foro
compet.in sexto. &.C.de offic. diuer.
iudic.l.j. & not. in.l.plerique. ff.de in
6 ius vocando.† Sed quæro an reus pos-
set capi, & quæri in domo aliena inui-
to domino domus? Dic quòd non: vt
argu.glo.in.l.quosdam de metal.libro
xj.C.&.l.iij. ff.de acquiren.rer.domin.
Aliàs ingrediens teneretur actione in-
iuriarum: vt.l.iniuriarum.§.fina.ff.de
7 iniur. † Propter autem vtilitatem pu-
blicam licitum est quærere, & capere
reum in alieno,inuito domino,nisi do-
minus pateretur damnum: vt.ff.com-
munia prædior.l.venditor.in fine.&.ff.
de damno infecto.l.fluminum. §.fina.
&.ff.de aqua pluuia arcend. l.j. §.deni-
8 que.† Itaque potest iudex incipere à
captura in criminalibus,licet non con-
stiterit ei de delicto:vt.c.si clericos. de
sententia excommu.lib.vj. imò etiam
vbi inuenitur latro famosus, permitti-
tur punire & posteà scribere. Text.in
l.si quis filio exhæredato. §.hi autem
omnes. ff.de iniusto & irrito facto te-
sta.l.constitutiones. ff.de appellationi.
9 †Sed hæc de rigore, sed de vrbanitate
iudex non incipit à captura in duobus
casibus. Primò, ratione loci, vt si reus
sit in domo, cùm domus sit cuique re-
fugium tutissimum,& hoc in ciuilibus:
vt.l.plerique.ff.de in ius vocando. Se-
cus autem in criminalibus: vt dicto.§.
quoniam verò contingit. in authen.vt
10 nulli iudic. † Secundò, ratione perso-
næ, vt quia est mulier, quæ non potest
regulariter capi personaliter, siue in
criminali, siue in ciuili:vt.l.ij.C.de of-
fic.diuerso.iudic.& authentica ibi posi-
ta.& authentica,nouo iure.C.de custo.
reorum. vbi cauetur hodie nouo iure
nullam mulierem pro pecunia fiscali,
seu priuata causa, aut pro crimine
quolibet modo in carcerem mitti, aut
includi, aut custodiri permittimus, seu
concedimus, sed per virum suum, aut
quem alium legitimæ, respondeat. Si
verò tale sit crimen, quòd necesse sit
eam custodiri, siquidem fideiussorem
dare potest, ipsi credatur. Si verò iura-
uerit fideiussorem dare non posse, iu-
ratoriam cautionem præstet de iudicii
obseruatione. Sed si crimen grauissi-
mum sit, quo accusatur, in monaste-
rium, vel asisterium mittatur. vel mu-
lieribus tradatur, per quas custodiatur:
vt dicta authentica. ratio enim est, ne
per huiusmodi occasiones inuenian-
tur mulieres circa castitatem iniuria-
tæ:vt in authentico:vt nulli iudi.§.ne-
cessarium. in fine. collat.ix. fœminæ
enim, quas morum honestas mentis-
que solertia commendat, propter pu-
dorem ac verecundiam fœminarum
cœtui pub.demonstrari non coguntur:
vt.l.omnes.C.de his, qui veniam ætat.
11 impet. † Secus autem in mulieribus
meretricibus, & inhonestis non coniu-
gatis, quia possunt capi personaliter:
vt Bar.

vt Bald.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudi.& Bald. in authenti. vt nulli iudic. §. necessarium. si tamen tales meretrices sint vxoratæ, non possunt etiam capi, vt in addit. ad Barto.
12 in dicto §.necessarium. † Sed si per informationes.aut inquisitionem non cõstaret iudici reos culpabiles delicti per indicia, aut aliàs, iudex nihil decernere posset aduersus reos prætensos, nec quid mandare posset.l.hoc autem.ff.ex quibus causis. & l. qui accusa. volunt.
13 C.de edendo.†neminem enim siue causa audit prætor.l.cum his.§.in causa.ff. de transact. sed instandum accusatori, vt id, quod intendit, comprobet, ac sic conuincat vt l.vnius.§.in eo.ff.de quæstionibus.

c LOCVM SACRVM. † Regula-
14 riter, qui sunt in ecclesiis, inuiti extrahi non possunt pœna contrafaciendi criminis læsæ maiestatis imminente: vt l.ij.C.de his, qui ad eccle.confug. Fallit in homicidis, adulteriis, virginúmque raptoribus: quia ab ecclesia extrahuntur, & supplicium eisdem infertur. Nõ enim talia delinquentibus parcere cõpetit. sed hoc patientibus, vt non talia à præsumptoribus patiantur, Deinde templorum cautela, nõ nocentibus, sed læsis datur: & non erit possibile tueri vtrunque cautela sacrorũ locorum & lædentem, & læsum, vt.§.neque autem homicidis.in authen.de mandat.princ. Neque enim poterit contra te legẽ inuocare, vel iustitiam, quam contẽpsit:
15 vt.l.auxiliũ.in fi.ff.de minor.† Quod autem his tribus casibus dicitur, idem dici potest, si pro quocunque alio maleficio delinquẽs ad ecclesiam fugerit: vt glo.in.d.§.neque autem homicidis, & in authẽ.de monach.§.si verò.ad hoc facit nouissima regis ordinatio articu. clxvj. Ad hoc in authen.de mand.principium.§.publicorum, & decis.capel.
16 Thol.q.ccccxxij.† Quis ergo pro debito ciuili potest ab ecclesia extrahi per iudicem, aut eius mandato, saluo iure restituendi, intra.xxx. dierum inducias, ne ex hoc infinitæ sint hominibus adinuicem contentiones. Ita vt si iudex aliquid sub nuncupato verbo fecerit, habita causæ cognitione, deinde aliquis adierit aduersus eum couenien do ciuiliter, debet iudex examinare negotium verbo vbique seruato de restituendo. Et si contra eum necessaria sit sententia, condemnabit eum. Et duorum iudex præponet electionem reo, vtrum velit dato verbo de restituendo absolutè abrenuntiare, & agere, quæ iudicata sunt: an non. Certè si hoc non fecerit, scilicet verbo dato absolutè non renuntiauerit, & non egerit quæ iudicata sunt, sacris eum terminis iudex restituet, & ibi executionem inferet temperatè, faciendo missionem in possessionem pro mensura declarati debiti, & hoc ante litem contestatam, cum debita tamen venerabilibus locis reuerentia, vt §.sed neque hæc.iuncta gloss. in verbo: temperatè.in authen. de man da.princip.colum.iij.& in authenti. de exhi.& intro.reis.§.si vero.col.v.&.C. de his, qui ad eccle.confug.l.fina.§. iij.
17 †Si verò iam lite contestata aufugit, sententiam diffinitiuam dare poterit, siue in tempore, quando erat sub dato verbo, siue vbicunque sit: vt.C.de iud. l.properandũ.§.cũ autẽ.& missio tunc

fiet in poſſeſionem rerum primò mobiliũ,poſteà immobiliũ,& tertiò nominum:vt.ff.de re iudica.l.à diuo Pio.&
18 glo.in.d.verbo:temperatè.† In criminalibus autem ſecus.Nam ſi iudex verbum nuncupatum dederit,atque ſecuritatem promiſerit,de reſtituendo reũ extractũ ab eccleſia,non tamen ſeruabit:vt.d.glo.§.neque autẽ homicidis.d. authen.de manda.princip.vnde ſi pro quocunque maleficio reus propter ſuũ vitium ad monaſterium venerit, & adparuerit propter eiuſmodi cauſam monaſticam ſimulatus conuerſationem, aut propter turpitudinem vitæ fortè diffugiens, & non pro veritate ſanctimonii hunc habitum concupiſcens,debet reddi,cum quibus forſan arripuit: in authẽtico de monachis.§.ſi verò intra triennium collat.prima. Tres etiã ſunt caſus ſecundum canones quibus, quis priuatur immunitate eccleſiæ.
19 † Primus.ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum:vt capit.j.extrà de homicid.vbi dicitur,ſi quis per inſidias occîderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum,vt moriatur.& Exo.xxj. c. & ita per Senatuſcon.ſiue arreſtum Curiæ parlamẽti Pariſijs iudicij mei cõfirmatorium,deciſum fuit, cùm eſſem Præpoſitus, & iudex Pariſijs.die.xxij.Aprilis anno Domini millesimo quingenteſimo trigeſimoquinto, contra & aduerſus Ioannem Androy Pariſienſem, qui cùm Ioannem auger ſequanæ Pariſijs portitorem, paruo cultro penſatis inſidijs occidiſſet in ludo palmæ, prælibatum Androy ab altari principali ſanctorum Innocentium eccleſiæ dicti loci, ad quod fugerat,extrahi mandaui à ſeruientibus meis,quem extractum dictæ eccleſiæ immunitate priuaui, necnon patibulo affigi,& vitam finire cõdẽnaui. Necnon dicta die ad mortem
20 exequi feci.† Secundus caſus,quando eſt publicus latro,vel nocturnus depopulator agrorum,qui dum itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſidet agreſsionis inſidijs,ab eccleſia extrahi poteſt immunitate non præſtita:vt cap.inter alia,extrà de immunita. ec-
21 cle.† Tertius,quando quis ſub ſpe immunitatis in eccleſia vel cœmeterio delinquit,vt capit.fin.extrà de immu. eccle.quia ſub ſpe veniæ,nemo peccare debet:vt extrà de cler.excom.miniſtra.cap.illud.& de conſecrat.diſt.iiij. cap.quando quis.aliâs facilitas veniæ, præberet incentium delinquẽdi,quod fieri non decet.xxiiij. quæſt.iiij.capit. eſt iniuſta.& extrà de vita & honeſta. cleri.vt cleri.& ita fuit deciſum per arreſtum Curiæ iudicij mei confirmatorium,Anno domini milleſimo quingenteſimo trigeſimotertio die octauo Octobris, contra Carolum de ſancto Vincentio, quem pro ſacrilegio per eum commiſſo patibulo affigi, & extremum diem claudere mandaui, &
22 exequi feci.† Sed quare publicus latro,& depopulator agrorũ potius extrahitur ab eccleſia,quàm alius malefactor,qui fortè eſt deterior.dic quia plurimum intereſt illos puniri, quã alios malefactores,cũ plura exitia cogitent, quàm alij:vt.xxiij.quæſt.iiij.ca.eſt iniuſta,& glo.in cap.fin.extrà de immunita.eccle.in alijs autem caſibus quantumcũque quis grauia delicta ſiue ma-

leficia

leficia perpetrauerit, non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde debet damnari ad mortem, uel ad pœnam, quia ab omni genere pœnarum est interim securus: vt.xvij.quæst.iiij.
23 capi.id constituimus. † Et debent rectores ecclesiarum sibi obtinere membra, & vitam: super eo tamen, quo iniquè fecit, est aliàs legitimè puniẽdus: vt.d.capitu.In te alia, extrà de immu. eccle.

d Ad carceres. † Nota, quòd
24 carcer inuentus est non ad puniendos, sed ad continendos homines.l.aut dãnum.§.solent.ff.de pœn.non solùm in criminalibus, sed etiam in ciuilibus.
25 † quia quando quis est ciuiliter condemnatus, ad factum, tenetur præcisè, & poterit detineri in carcere, & in compedibus, vt.l.stipulatio. §. siue. ff. de noui ope.nuntia.iuncta glo. in verbo, siue, & pro hoc est.tex.in.l.sed & hæ.§. prætor.ff.de procur.&.l.fideicommissa.§.fina. ff. de legatis.iij.& Bald.in.l. eos.C.de exec.rei iudi.& hoc ne eludatur authoritas prætoris, vel contemnatur, vel turbetur publica vtilitas: vt gl. in.d.l.stipulatio.§.siue, quod si is, qui tenetur præcisè ad factum, contumax est, iuratur in litem, si hoc actor maluerit, glo.in.l.si hi.C.locati, &.l.si cui.
26 §.j.eodẽ † Sequitur ergo dicere, quòd vbi quis præcisè ad factum tenetur, erit electio actoris, an velit agere ad factum præcisè, vel ad interesse: vt.d.l. stipulatio.§.siue, iuncta glo.in verbo: placuerit.&.l.sed & hæ.§.fin.ff.de procurato.&.l.si cùm exceptio.§.perinde. ff.quod metus causa, & Barto.in.l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex.&.x.distin.c.si quis autẽ.&.xxiij. q.c.administratores, in fine.&. ff. de re
27 milita.l.iij.§.si ad diem.† Sed quæro, an in ciuilibus quis pro causa possit pecuniaria intrudi in carcerem? In hoc est aduertendum, aut est debitum fiscale, & potest personaliter capi, vt.l.cum eo.ff.ad.l.Iul.pecul.non tamẽ in carceribus ponitur, nisi persistat in cõtumacia in nõ soluendo: vt.l.nemo carcerẽ, de exac.tribut.lib.x.C.si verò sit debitum priuatũ, & aliquo tempore fuerit in iudicio, & de stãdo iuri promisit debitor, & nõ stetit, debet capere, vt in authen.de exhiben.reis.§.si verò quidem, colla.v.vel etiã si fuerit reus obligatus per captionẽ sui corporis, & bonorum, vt.l.consentaneũ.C.quomodo & quãdo iud. & ibi.Bart.Sed si nunquã reus fuit in iudicio, nec cautionẽ dedit, tunc iudex nõ cogitur, si velit, eũ capi face-
28 re, nisi eũ prius citet.† Nec potest cogi iudex à parte agẽte capi facere reum, nisi cõstituatur in contumacia: vt Bar. in.d.l.consentaneũ.nu.xviij.Potest tamen iudex reũ capi facere, si velit, vt veniat, nõ vt in carcerẽ ponatur: vt no.
29 doc.in.l.plerique.ff.de in ius vocã.† Si autẽ condẽnatus sit reus pro debito ciuili, iudex potest eũ poni facere in carcerẽ: vt.l.j.C.qui bonis cedere possunt. à quo liberabitur cedẽdo bonis: vt ibi-
30 dem dicitur.† Et ideò cõsiliũ est, quãdo debitorem tuũ non potes facere capi: quia nunquàm exit de domo, quòd facias eũ cõdẽnari de contẽptu mandati, & sic fisco tenebitur, & poterit tunc capi in domo, quia ꝓ criminali capitur vt no.in.l.plerique.ff.de in ius vocan.
31 &.l.nemo de domo.ff.de reg.iu.† Et cũ

erit incarceratus, poteris ibi pro delicto pecuniario eum in carceribus recō mendare: secundum Bart. in. l. ij. §. qui exhibendi. in. ij. not. ff. de custo. reorum &. l. vltima. in. §. fin. quod met. causa. ff. & Bar. in. l. ij. C. de exact. tri. C.

CONQVERENTIBVS, ET PROCVRATORE FISCI.

33 †Ad instantiam plurium scilicet accusantium pro priuato, & fisci pro publico interesse, aduersus reos delatos, per iudicem corporis captio, & reorum exhibitio decernitur. Nanque alterum vigor publicæ disciplinæ postulat. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & vecti

33 gal. & commis. †Ex delictis si quidem resultat vindicta, scilicet pœna, quo ad fiscum, & persecutio damni siue iniuriæ, quo ad priuatum: vt in institu. de in iur. §. penulti. & . l. iniuriarum. ff. eodē.

34 †Persecutio autem vindctæ, siue pœnæ criminalis contra reum delatum fit per fiscum pro interesse, & vindicta publica: vt not. in. l. agraria, ff. de

35 termi. amot. †cùm intersit reipublicæ, ne crimina remaneant impunita. l. ita

36 vulneratus. ff. ad. l. Aquil. † Persecutio verò iniuriæ, siue damni, competit homini priuato pro interesse particulari, & ciuili: vt. l. item apud. §. si quis seruo verberato. ff. de iniur. vti etiā in actione iniuriarum, quæ descendit ex. l. Corne. de iniur. quæ competit in tribus casibus: vt si quis pulsauit, verberauit, vel domum introiuit: ff. de iniur. l. lex Cor

37 nc. †Potest autem priuatus de iure eligere actionem criminalem ad vindictam, vel actionem ciuilem ad persecutionem iniuriæ, vel damni: vna tamen via siue actione electa: cessat alia: vt. ff. de iniur. l. quod senatusconsul. & . l. præ-

38 tor. §. j. eodem. †Ita, vt si agat ciuiliter, restet tantùm actio, seu persecutio dāni. vt. d. l. item apud. §. si quis seruo verberato, tunc in illa persecutione damni venit refectio expensarum: vt. l. cùm quidam. & ibi Baldus, de fructibus, &

39 litium. expensis. C. † Si autē delator criminaliter agat ad vindictam, scilicet pœnam, & vincat, victoria erit fisci, nō sua: nec poterit dicere reum accusatum sibi obnoxium, sed fisco: vt not. in. d. l. agraria. ff. de termi. amot. & . ff. de popu. actio. super rubri. & . l. iij. in princi. ff. de sepul. viola. & Bald. in. d. l. cùm quidam de fruct. & lit. expen. C. nec tunc veniet

40 refectio expensarum: †quia vbi criminaliter agitur ad pœnam, & pœna consistit in supplicio, nunquàm venit refectio expēsarum: vt nota. in proœ. insti. post princip. & . c. calumniam, extra de pœ. & . C. de fideiuss. l. j. ff. de capit. diminutio. l. tutelas. §. si libertate. & Bald. in l. non ignorat. C. de fruc. & li. expensis.

41 lib. x. †Idò quotiescunque iudex procedit per inquisitionem super accusatione alicuius delatoris, reus potest cō demnari ciuiliter, & criminaliter respectu duorum, scilicet priuati, & fisci. Nē pe in criminali causa pecunia danda est læso: vt. C. ad. l. Iul. repetund. l. vlt. & . d. l. in. §. qui sepulchri. ff. de sepultu.

42 viola. †Ita etiam pœna pecuniaria potest infligi reo, fisco applicanda: vt ff. de præua. l. iij. §. vlt. & melior tex. qui est vnicus. in. c. j. §. si quis aliquem. de pace tenend. in vsib. feudo. vbi dicit textus. si quis capillos, vt barbam alicui extraxit: licet sanguis non exiuerit, mulctatur in quadraginta libras parti applicā

43 plicandas,&.xx.fisco.† Et perinde est vindicta in pecunia & fortuna,sicut in corpore & fama:vt leg.si ex.C.qui accu pos.vbi dicitur,ꝙ pœna potest infligi,vel in corpore,vel dignitate,vel fama,vel etiam in ablatione bonorum:
44 vt.ff.de iure primipil.l. prima.†Nota tamen quòd causa dicitur criminalis,cum finis tendit ad vindictã publicam,vt delictum puniatur de pœna debita, & naturali. sed si agatur de delicto,vt imponatur alia pœna minor,quam pœna naturalis ipsius delicti,dicitur agi ciuiliter:licet vindicta, siue pœna tendat ad bonum publicum & non ad commodum priuatum:vt Ab
45 bas,in.c.super his extrà de accu.† vnde si agatur contra clericum,vt priuetur benefi.propter crimen,non dicitur criminalis:quia finis accusationis, non tendit ad depositionem ordinis,sed ad priuationem officij tantum, tanquam sit immeritus,& damnosus, & pro hoc est tex.expressus in.c.per tuas.lo.j. extrà de simo.ver.tales.qui est tex.sing. secundum d.Ab.in d.c.super his. idem Abb.in.c.illa.extrà de acus.&.c.ex par
46 te.j.extrà de testibus.†Si autem prosecutio delicti tendat ad vindictam: & pœnam naturalem ipsius criminis,tũc dicitur criminalis, siue pœna tendat ad bonum publicum tantùm siue ad publicum & priuatum: vt in authentico vt iudices. sine quoquo suffragio.§.necessitatem.vbi iudicibus malè se habentibus imponitur pœna exilij, quæ non imponeretur,nisi criminaliter ageretur,imponitur etiam pœna pecuniaria,nam ibi dicitur:læsis damnum re-
47 sarciat.†Et sic ĩ qualibet actiõe populari,vbi respublica inuenitur offensa, medietas pœnæ est actoris,alia medietas est fisci:vt Bartol.in.l.legato.§.hoc
48 edicto.ff.ad sy la.†Quo autem ad id, quod suprà dictum est,quòd ciuilis, & criminalis actio non possunt simul, & semel intentari per priuatum,hoc verum est,quando vtrunque petitur per modum actionis principaliter intentatæ,& tẽdunt ad vindictam.Sed si quis accusat criminaliter,& per iudicis officiũ petit restitutio rei ex ęquitate,hoc posset fieri:vt dixi suprà in.§. accusat. Verùm de consuetudine regni Francię nemo priuatus admittitur ad accusandum criminaliter, sed instandum est procuratori fiscali:vt id crimen, quod probatum est,prosequatur: aut iudex ex officio in contumaciam procuratoris non prosequentis vlciscatur:per iura superius allega.in.§.inquisitio.l. prima.si verò priuatus agat tantùm criminaliter.poterit suũ consequi interesse: vt in authentico vt nulli iudicum.§. si per hoc.collatione nona.

f PRAESENS RESPONDEAT.

49 †A vocatione in ius iura incipiunt, causa iuris experiendi:vt.§.finali. institutioni. de pœna temer.litig.&.l. pri-
50 ma.ff.de in ius vocando.†iudicium autem constat his quatuor,scilicet iudice electo,accusatore idoneo,defensore cõgruo,atque testibus legitimis. Iudices æquitate vti debent,accusatores intentione ad amplificandam causam,testes veritate, defensores extenuatione ad minuendam causam:vt capitulo nul-
51 lus.tertia quæstione quarta. † Quando ergo per informationes iudex cognoscit modicum esse delictum respe-

ctu alterius delati, ex quo non potest subsequi mors, vel debilitatio membrorum: tūc potest citari facere reum personaliter compariturum coram se, quoties necessarium, oportunum, aut vtile sibi videtur: vt. l. finali. C. de procuratoribus. maximè, quando pœna citra relegationem tantùm venit imponenda. argumento. l. diuus. la prima. ff. de
52 custodia & exhibitione reorum. † potest si quidem iudex ex multis animū suum informare patris principalis ministerio, quod non posset procuratoris medio, & in his non potest certa regula dari, cùm ex arbitrio dependeat iudicantis: vt notatur. in. c. pastoralis. extrà de iudicijs. & c. finali. & ibi gloss. & doc. res. extrà de procuratoribus. & l. prima in principio. ff. eodem. & C. de his, qui veniam ætat. impet. l. tertia. & ff. ex quibus causis. in possess. eat. l. ait prętor.

SVMMA CAPITA.

1 *Citatio realis fit per iudicem ordinariū tantùm.*
2 *Citatio realis non habet locum in matrefamil.*
3 *Citatio realis etiam adhibenda, vbi petitur proferri absolutiuè vel diffinitiuè.*
4 *Iudex si quem iniustè trudi in carcerem mandet, an agi posit aduersus eum tanquam priuatum, ad damna & interesse. & nu. 6.*
5 *Iuris executio, iniuriam non habet.*
7 *Magistratus si damnum iniuria dederit, potest Aquilia. l. teneri.*
8 *Magistratus si quid violentius tractarit resistentem & repugnantem, non eò tenetur lege Aquilia.*
9 *Iudex, in quo dolus, fraus, vel concussio, tenetur iniuriarum actione: & litem suam facit. nu. 10.*
11 *Citatio fieri debet per nuntium.*
12 *Iudex inferior potest mandare citationem nūtio superioris iudicis.*
13 *Iudicis mandatū regulariter regulariter requiritur ad quē exhibendum & prehēdendū. Quod fallit irenarchis, in notorio. numero. 14. 15. & multis casibus, qui patent per discursum.*
16 *Irenarchis an credatur in grauibus delictis & nu. 17. & 18.*
19 *Monetam falsam cudentem authoritate propria comprehendere licet. Item furem. numero. 20. 21.*
22 *Perquisitio in domo aliena pro rebus inanimatis an posset fieri domino inuito, ad priuatum vtilitate. & quod ad publicam, cum damno domini. nu. 23 & quid si appareant indicia. nu. 24.*
25 *Libellum dare, non licitum est, quando indicis officium imploratur.*
26 *Malefactor capi potest sine iudicis mandato, in flagranti crimine. item in fuga. numero. 27.*
28 *Iudex an quolibet tempore mandatum dare posit capiendi malefactorem.*
29 *Latrones, insidiatores, grassatores & id genus hominum, possunt etiam diebus Dominicis & profestis capi, torqueri, & mitti ad furcas.*
30 *Deo non potest pinguior victima mactari, quàm reus iniquus.*
31 *Depopulatorem nocturnum agrorum, & agellorum itinerum, cuique licet propria authoritate occidere.*
32 *Percussio illata, non potest reparari.*
33 *Mortem & interitum minantem, modo ex tempore liceat occidere.*
34 *Offenso permissa est vltio authoritate propria,*

Reſcripti rogatorij formula.



EDicto hoc decreto actuarius accuſantibus edicti epiſtolam ſeu reſcriptum, quo rogantur præfecti iuriſdictionis, in qua aufugerunt accuſati, hac forma. C. Paulus eques & dominus alti montis, præ-
a poſitus [a] & cuſtos præpoſitu-
b ræ primo viatori, [b] prædictæ præpoſituræ, aut cuiuſuis al-
c terius rogato, [c] rationibus ad
d id nos mouẽtib. mãdamus, [d] & committimus quatenus poſtulabunt Antonia Diana vidua defuncti Ioãnis Pluti tam ſuo nomine, quàm adminiſtratrix corporum, & bonorum ſuorum, & dicti defuncti Ioannis Pluti liberorum, annis minorum, & auguſtinus Plutus dictorum defuncti, & viduæ filius annis maior: Benedictus Craſſus defũcti magiſt. Chryſoſtomi Craſsi, dũ eſſet apud viuos, in Lutetiano ſenatu aduocati, frater: Maria Martha relicta defuncti Iuliani Xenii, Clemens Xenius dicti defuncti frater: Dionyſius Dauus magiſtri Chryſoſtomi Craſsi nuper famulus, & procurator regis nomine dicti domini prehendatis vbicunque prehendere poteritis, etiam in loco ſacro, Bernardum Traſonem, Claudium Caligulam, principis noſtri legionarios, Deſyderium, Girardum Milonem, AEgidium Gnatonẽ, Ferdinãdum Paraſitum, Anippi famulos, Henricum Nebulonem, Iacchum Ebrionem, Milonis & illos prehenſos adducatis ad ditionis noſtræ carceres. Ad hæc Andreæ Irocerdoni certus præſtituatur dies, quo coram nobis compareat, & ſe præſens defendat cõtra dictos accuſatores, aut eorum pro ipſis procuratorẽ, ſimiliter regium procuratorem, interrogentur ſuper criminibus, & in quiſitionibus contra illos conceptis, apud acta prolatis, & per nos ea de cauſa lectis, reſpondeant petitionibus dictorum accuſatorum ciuiliter, & procuratoris publici publicè: quas proponere & intendere voluerint, ſiſtantque

in iudicio. Quòd si prehendere minime poteritis, illos citetis trino die vno edicto contractim, & omissa iteratione pœna proscriptionis, & exilii publicationis corporum & bonorum, more solito. Et quia nobis relatum est, quosdam ex illis reis migrasse eò nostro territorio in aliud, rogamus
e omnes, [e] & singulos iudices, in quorum iurisdictionem aufugerint, quatenus ad subsidium
f iuris [f] & iudicii pertinet, eiusmodi reos à nostro viatore aut a
suorum primo permittant pre 1
hendi, prehensos in nostræ præpositurae custodiam perduci quemadmodum nos ab illis rogati commodè, & legitime facere vellemus, quod 3
etiam offerimus. Omnes autem præfectos iuridicos, ma- 4
gistratus, & officiarios dicti domini nobis mancipatos, alios rogantes, nobis id agentibus patere volumus, & iubemmus. Datum Parisiis sub dictæ præpositurae sigillo, die decimosexto. Octobris. M. D. X L.

Sic signatum.

Viator, cui commissum erat rescriptum, actuario renuntiat ad eius nomencaturam citasse nobilem Desyderium Anippum, & Bernardum Trasonem, Claudium Caligulam, principis legionarios, Andræam Irum, cædis reos, vt sequenti exemplo patebit.

Exscriptum ab actis præpositurae diæ lunæ. xviij. mensis Octob. M. D. X L.

PRAEPOSITVS. † Citatio realis fit per iudicem ordinarium tantùm: vt in authen. de exhi-
2 ben. reis. §. si verò etiam collat. v. † Et semper habet locum citatio realis, nisi in matrefa. vt. C. de offic. diuer. iudic. l. prima & gloss. in d. l. consentaneum.
† habet etiam locum, vbi petitur proferri absolutiuè, vel diffinitiuè, vt glos. in d. l. consentaneum. in versicu. cogendû. C. quomodo & quando iudex. † Quæritur autem, an iudex inquirendo, & aliquem iniustè incarcerari mandando, posset capi in partem priuatam ad instar priuati, & contra eum agi actione iniuriarum ad damna, & interesse? Dic quòd non, nisi sit dolus, vel fraus. Is enim, qui iure publico vtitur, non videtur iniuriæ faciendæ causa hoc fa-
5 cere. † Iuris enim executio iniuriam non habet vt l. iniuriarum. §. is, qui. ff.
6 de iniur. † Nam cura. & solicitudo potius

tius in dubio præsumuntur iudicem so licitasse, quàm odium aduersarii. Bald. in lege secunda. C. qui accusa. non pos.

7 †Magistratus verò si damnum iniuria c dederit, poterit. Aquilia teneri, veluti si putat ex lege capere pignus & non ex lege cæperit, & res tritas, corruptasque reddiderit. Si ergo illicitam capturam fecit, tenetur ad damna & interesse, vt dicta lege quemadmodum. §. magistratus. §. ad legem Aquiliam. Si quid tamen magistratus aduersus resistentem violentius fecerit, non tenebitur. Aqui-

8 lia. †Nam & si cùm seruum pignori ce pisset, & ille se suspenderit, nulla datur d

9 actio, vt dicta lage. §. penul. † Si autem dolus, fraus, vel concussio sit in iudice, poterit teneri teneri actione iniuriarũ, vt cap. fin. extrà de calum. & l. vnica. C. de sumpt. recupe. libro. x. & in dicta l. iniuriarum. §. magistratus. ff. de iniur.

10 †Tunc enim litem suam facere iudex intelligitur, cùm dolo malo in fraudẽ legis sententiam dixerit. dolo autem malo hoc facere videtur, si euidenter eius sententiam arguant vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, vt veram æstimationem litis præstare cogatur. l. si filiusfamiliâs. §. iudex. ff. de iudic. & C. de pœna iudic. qui malè iudi.

b PRIMO VIATORI. † Dirigitur

11 hæc commissio primo seruiẽti exequẽda. †Nam in criminalibus citatio siue sit realis, vt captio corporis, siue verbalis, vt citatio, siue ad ornamentum personale (de quibus loquitur Ioannes Andræ. in capitulo Romana. §. contrahentes. de foro competenti. in sexta.) debet fieri per nuntium, seu seruientem, vt capitulo cùm parati, extrà de appella. & cap. quoniam contra falsam. extrà de probatio. & Specul. in titu. de citatio. §. sequitur.

C. VIVSVIS ALTERIVS RO-

12 gato. † Iudex inferior potest committere nuntio superioris officialis, siue iudicis, licet nuntius sit iuratus, & deputatus ad seruiendum vni curiæ vnius iudicis superioris, & citatio facta per dictum nuntium superioris ad instantiã inferioris, valet, vt Bar. in extrauagan, ad reprimen. in verbo per nuntium, quomodo in læsæ maiestatis crimini. procedat.

MANDAMVS. Hîc est mandatum

13 iudicis, sine quo rei regulariter nõ possunt, aut debent exhiberi, siue capi ad corpus: vt l. neminem. C. de exhib. reis. Fallit pluribus causis illa regula, per quam quis potest capi personaliter, & exhiberi in criminalib⁹ & hoc sine iudicis mandato. Primò, quando reus exhibetur per officiales ad hoc destinatos, & deputatos. Nam ea quæ per officium præsidis denuntiantur, & citra solennia accusationum posse perpendi in cognitum non est. l. ea quidem. C. de accusa. † Solent enim nonnulli officiales ad hoc deputari, vt dicit glos. in dicta lege ea quidem. &. ff. de offic. præfect. vrb. l. prima. §. sanè. & de decurio. l. prima. lib. x. C. Et hoc maximè quando proceditur super notorio, quod est notorium omni populo, vel maiori parti, vt dicta gloss. l. ea quidem. & argument. ff. qui satis cogantur. l. si verò pro condemnato. §. fina. & secunda quæstione cap. de manifesta. & l. congruit. ff. de offi. præsi. & cap. euidentia, extrà de ac-

16 cusa. † Oportet autem probare ad minus

nus illud esse notorium, vt dicta gloss.
16 l.ea quidem. † sed hoc in leuibus delictis intelligendum, in quibus his officialibus ad hoc deputatis creditur arg. dicta lege prima. §. si quis. ff. de offic.
17 præfect.vrb. † In grauioribus autem delictis secus esset, quia his non creditur, vt cap. cùm parati. extrà de appella. &
18 dicta l.ea quidem. † Nam vtique credā dum non est epistolis, aut relationibus eorum, qui quasi damnatos ad præsidē remiserint. Sed debent irenarchæ cùm apprehenderint latrones, eos interrogare de sociis & receptoribus, & interrogationes literis inclusas, atque obsignatas ad cognitionem magistratus mittere. Igitur, qui cum eo elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt etiam si per irenarchas perducti fuerint, vt l. diuus Adrianus. ff. de custo. & exhibit.
19 reorum † Secundò fallit in falsa mone-
20 ta, vt l. j. C. de falsa monet. † Tertiò, licitum est furem ducere ad iudicem, sine iudicis mandato, vt l. interdum, la
21 secunda. §. qui furem. ff. de fur. † Et possunt & fur, & res furto subtractæ ob publicam vtilitatem in domo aliena perquiri, vt Bartol. in lege requirendi. C.
22 de seruis fugit. † In rebus inanimatis nō potest fieri perquisitio in domo aliena, inuito domino ad vtilitatem priuatam, vt l. tertia. ff. de acquirend. rerum dominio aliâs ingrediens teneretur actione iniuriarum, vt. ff. de iniuria. l. iniur. §. fina. & lege si quis do-
23 mum. eodem titu. † Ita nec etiam ob vtilitatem publicam potest fieri perquisitio in domo aliena, inuito domino vbi dominus pateretur damnum. text. & gloss. in l. quosdam. de metalla. & metalla. libro vndecimo. C. alleg. leg. venditor. in fin. ff. communia prædio. & l. flu minum. §. fina. ff. de damno infect. & l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuia. ar-
24 cend. † Si autem appareant indicia, quòd in domo aliena deberent esse res subtractæ, tunc propter indicia officio iudicis perquiritur domus, quia propter indicia peruenitur ad missionem in possessionem personæ, multò magis in perquisitionem domus, vt Bartol. in dicta lege requirendi, allegat leg. pri-
25 mam. ff. de quæstioni. † Nec licitum est dare libellum, quando imploratur officium iudicis, quia illud misericorditer imploratur, vt Bartol. ibidem, & nota. in simili. ff. interroga. actio. super rubri. Nec debet pars vocari ad hoc ne detur causa subtrahendi reum criminis secundum Paul. de Castro in dicta lege requirendi. Quartò in flagranti crimi-
26 ne potest malefactor capi, † & ad iudicem duci per eum, cuius interest. dummtamen ducatur ad iudicem infra tempus statutum, scilicet viginti horas nocturnas vt l. capite quinto. ff. ad legem
27 Iuliam, de adulteriis. Potest etiam capi malefactor per quemlibet alium, si aufugiat: quia aliquid permittitur ratione fugæ, quod aliâs non permitteretur, vt lege prætor ait. §. si debitorem ff. quæ in fraudem credito. nota. in lege penultima. C. de feriis. per quem
28 textum dicit Baldus. † quòd iudex quolibet tempore potest dare licentiam aliis, qui malefactorem capiant, & ad hoc facit lege Pedius. ff. de incendio, rui. & naufrag. Adde nota per scribentes. l. dies festos. C. de feriis. & gl. in d. l. penul. vbi dicit quòd latrones, in fidiato

de cast.in dicta leg. requirendi. C. de seruis fugiti.& idem dixi suprà, in decreto infor.glo.prehenderetur, & hoc
40 ad instar serui fugitiui, † nec marit* debet quoquo modo deserere vxorem: licet non se corrigat, etiam si vitæ illius insidiaretur, & hoc sub pœna excõmu. vt trigesimasecunda quæstione quinta capit.quicquid mulier, excepta tamen
41 fornicatione. † Quia si vxor in eũ peccauerit, potest eam corrigendo iudicare: vt.xxiij.quæstio.iiij.c. duo ista.in forma autem iudicii non potest eam iudicare: vt glo.in captul.sicut alterius.
42 vij.quæstio.j. † Sed potest eam tenere in vinculis in domo, & eam verberare, castigare, ac ieiunare facere, & præter necem, eam corrigere, maximè clericus cùm hoc sit ei permissum: vt. xxxiiij. quæstio.v.cap.hæc imago, & gloss.in c. quemadmodum.§.fina.extrà de iureiu.
43 † immoderatè autem eam verberare nõ licet, cùm verbera illa sunt aliena ab ingenuis; vt.l.consensu.C.de repud.sed
44 temperatè eam potest castigare: † quia est de familia sua: vt.d.xxxiiij.quæst.v. capi.hęc imago.sicut dominus seruum: vt.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur.l.j. §.fin.vel etiam sicut mercenarium suũ: vt.ff.de pœn.l.respiciendum. §. furta domestica. & gloss.in.d.ca.sicut. septi-
45 ma quæstio.prima. † Etiam si dominus fuerit inuasus, nec tamen occisus à seruis, poterit in familiam suam animaduertere.l.& si certus.§.fi.ff.ad senatusconsul.Sylla.videlicet occidẽdo de seruis, vel bestiis, cum causa sit iusta, vt.ff. de legatis primo, lege quid ergo.§.si hæres, &.ff.de verborum obligationi.l.qui
46 seruum. † Si autem atrocitas facti, ius domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos, dedi iudicis notioni: vt.l.vna.C.de emendat.propinq.
47 † Viris ergo fœminas subditas, & penè famulas lex esse voluit: vt capitu.satis.
48 trigesimatertia quęstiõe quinta. † Ideò mulier debet velare caput suum: quia non est imago Dei, sed vt viro ostendatur subiecta: vt quia præuaricatio per eam inchoata est, hoc signum debet habere, nec habet caput liberum, sed velamine tectum: nec habet potestatem loquendi, propter peccatum originale subiecta debet videri: vt capit.mulier, trigesimatertia quæstione quinta. non enim de eadem terra, in qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adæ costa facta
49 est mulier. † Euidentissimè itaque apparet ita virum esse caput mulieris: vt nulla nota abstinentiæ, vel religiosę cõuersationis liceat sibi sine sui mariti licentia Deo offerre, etiamsi viro permittente repromisso fuerit, non licet ei votum opere complere, cùm vir voluerit promissum reuocare: vt capit.nec illud d. trigesimatertia quæstione quinta.
50 † Est ergo vxor semper restituenda viro, nisi in tribus casibus. Primò, quando est publice adulterata. Secundò quã do timetur de sæuitia viri: vt c.fine.trigesimatertia quæstioue secunda. Tertiò, quando dicuntur vir & vxor esse in gradu indispensabili, & incontinenti probatur exceptio: vt extrà de restit. spo.capi.literas.& tamen in eodem casu fit restitutio quo ad omnia, nisi quo ad carnale commercium, vt ibidem. Quartus potest esse casus.quãdo vxor propria voluntate recedit à viro, vt vigesimaseptima quæstione secunda. c.

Agathosa. Vel cùm vir de licentia vxoris recedit ab ipsa, glo. in. capitu. primo trigesimatertia quæstione secunda. His ergo tribus casibus vxor non debet restitui, sed reddi ad tempus suæ potestati, & consanguineis propriis liberè so-
51 ciari. †Itaque etiam locus ei prouidendus est, in quo nulla vis multitudinis formidetur, ne sit difficile testes producere, vel cæteras personas, scilicet aduocatus, qui in huiusmodi controuersiis requiritur: vt. d. ca. siue trigesimatertia
52 quæstione secunda. †Iudex ergo debet de loco iudicii prouidere partibus, vt in eo loco debeat cognoscere de causa, vbi partes liberè & securè valeant conuenire: vt. ff. de rebus dub. l. vbi. & secũda quæstione secunda. capitulo vltim. quod si non fecerit, licitè appellabitur: vt extra de appellatio. capi. ex parte, &
53 glo. in. d. capitu. siue. †Mulier nam que si se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) afficientem maritum extra causas à lege expressas probauerit, tunc repudii auxilio vti poterit: vt dicta leg. consensu, & leg. vir quoque. C. de repu.
54 †Et punitur maritus in pecunia, quia dabit ei tertiam patrem donationis, quam dedit propter nuptias: vt in authen. vt lice. mat. & auiæ. §. si quis autẽ, collat. octaua. Si autem quis non dedit donationem propter nuptias, in quarta parte totius substantiæ suæ, si eius substantia non excedat trecentos aureos: si excedat, dabit centum: vt. C. de repud. leg. vltima. & gloss. in capitul. placuit. trigesimasecunda quæstione se-
55 cunda. †Sed quæro, an vxor alterius adulterari ab aliquo, vel iudicari, aut disponi possit, & permittatur? Dic quòd non, nisi à proprio viro eo viuente. Vnde ait apostolus: allegata est vxor legi viri, quandiu vir eius viuit. Eo verò defuncto, soluta est à lege viri: vt. c. sicut alterius. septima quæstione prima.
56 †Non tamen licet marito adulteram coniugem occidere: vt cap. si quod trigesimatertia quæstione secunda, cuius virginitati violatio in primo coitu dignoscitur, & probatur per aspectum linteaminis sanguinolenti: secundum gloss. in capitul. satis. trigesimatertia quæstione quinta. Affert enim illud Salomonis. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo gutture eius: nouissimè autem quasi gladius biceps, pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. Vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Longè fac ab ea viam tuam. & ne appropinques foribus domus eius. prouer. v. c. Dic ergo sapientiæ: soror mea es, & prudentiam voca amicam tuam: vt custodiat te à muliere extranea & ab aliena, quæ verba dulcia facit, de fenestra (inquit) domus meæ per cancellos prospexi iuuenem, & video paruulos, consydero vecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obscuro aduesperascente die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiedas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians: apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: vi-

ſtimas pro ſalute noui,hodie reddidi
vota mea.Idcirco egreſſa ſum in occur
ſum tuum,deſyderans te videre,& repe
ri.Intexui lectulum meum funibus,&
ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto:
aſperſi cubile meum myrrha,& aloe,&
cinnamomo Veni.In ebriemur vberi-
bus:& fruamur capitis amplexibus, do
nec illuceſcat dies.non eſt vir in domo
ſua:abiit via longiſsima.Sacculum pe
cuniæ ſecum tulit,in die plena Lunæ
reuerſurus eſt in domum ſuam. Irreti-
uit eum multis ſermonibus, & blandi-
tiis labiorum protraxit illum. Statim
eam ſequitur,quaſi bos ductus ad victi
mam,& quaſi agnus laſciuiens,& igno-
rans,& neſcit quòd ad vincula ſtultus
trahatur,donec tranſfigat ſagitta iecur
eius:velut ſi auis feſtinet ad laqueum,
& neſcit,quòd de periculo animę illius
agitur.Ne ergo abſtrahatur in viis il-
lius mens tua, neque decipiaris ſemi-
tis eius.Multos enim vulneratos deie-
cit,& fortiſsimi quique interfecti ſunt
ab ea.Viæ inferi,domus eius, penetran
tes interiora mortis.Hæc Proue. ſepti-
mo capitul. Et idem Salomon inquit
inſuper,A tribus timuit cor meũ,& in
quarto facies me metuit delaturã ciui-
tatis,& collectionem populi:& calum-
niam mendacem. Super mortem om-
nia grauia:dolor cordis,& luctus, mu-
lier zelotypa.In muliere zelotypa fla-
gellum linguæ omnibus communi-
cans.Sicut boum iugum, quòd moue-
tur,ita & mulier nequam.Qui tenet il-
lam, quaſi qui apprehendit ſcorpio-
nem.Mulier ebrioſa.ira Magna,& con
tumelia,& turpitudo illius non tege-
57 tur.†Fornicatio mulieris in extollen-
tia oculorũ,& in palpebris illius agno-
ſcetur.Eccle.vigeſimoſexto capitu.Nõ
eſt caput nequius ſuper caput colubri,
& non eſt ira ſuper iram mulieris Cõ-
morari leoni ac draconi placebit,quàm
58 habitare cum muliere nequam. †Ne-
quitia mulieris immutat faciem eius
& obcæcabit vultum ſuum, tanquam
vrſus:& quaſi ſaccum oſtendet in me-
dio proximorum.Ingemuit vir eius, &
audiens ſuſpirauit modicum. Breui
omnis malitia ſuper malitiam mulie-
ris.Sors peccatorum cadat ſuper illam.
Mulieris ira,irreuerentia, & confuſio
59 magna.†Mulier ſi primatum habeat,
contraria erit viro ſuo Cor humile, &
facies triſtis,& plaga mortis,mulier ne
quam.Manus debiles,& genua diſſolu
ta,mulier quæ non beatificat virum
ſuum.A muliere initium factum eſt pec
cati,& per illam omnes morimur. non
des ergo mulieri nequam veniam pro-
deundi.Si non ambulauerit ad manũ
tuam,confundet te in conſpectu inimi
corum.Et,vt paucis rem perſtringam,
mulierem creaturarum(referente iure
cõſulto in.l.ſi ſtipulata.ff.de vſuris.)
auariciſsimam flagitiorum omnium &
initiũ & finẽ eſſe à variis rerũ ſcriptori
bus proditum eſt.Quid? quod viros à
ab vxoribus ſuis circũſcriptos paſsim
60 videmus.†A carnibus tuis ergo abſcin
de illã,ne ſemper te abutaĩ,vt Eccleſi.
xxv.c.Quæ vtinã olim Salomonis au-
thoritate monitus,attentius perpendiſ
ſem,quã vera eſſent,& poſteà meo ma
lo expertus nõ didiciſſem,aut nũc quas
patior moleſtias diſsimulare,& aliorũ
infortuniũ ſimulare poſſem.Pro dolor,
ea ſiqdẽ magis ꝑcipimus,atq̃ ſentimus,
quæ

quæ nobisipsis aut prospera, aut aduersa euenerunt, quam illa, que cæteris, quæ quasi longo interuallo interiecto
f videmus, aliter de illis, ac de nobis iudicamus.
61 dicamus. † E diuersò autem, mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illorũ duplex. Mulier fortis oblectat uirum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona: in parte bona timentium Deũ dabitur uiro pro factis bonis: diuitis autem & pauperis, cor bonum. In omni tempore vultus illorum. Hilarius. Gratia mulieris sedulæ, delectat virũ suũ, & ossa illius impinguabit, Disciplina illius, datum Dei est, Mulier sensata, & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata: omnis enim ponderatio non est digna continentis animæ, sicut sol oriens in mundo in altissimis Dei: sic & mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Lucerna splendens super candelabrum sanctũ, & species faciei super ætatem stabilem. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super planta stabilis mulieris. Fundamenta æterna supra petrã solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. Eccle. xxvj. cap.

e Rogamvs omnes. † Sunt nõ
62 nulli comprehensorum criminum, qui latent, aut relinquunt prouinciam, in qua delinquerunt & in alia prouincia degunt. Ideò solent præsides prouinciarum, in quibus delictum est commissum, uti publica epistola, & scribere ad collegas suos vbi factores, scilicet rei agere dicuntur, & desyderare, aut cum fidis custodibus ad se remittantur: vt. l. solent. ff. de custo. & exhib. reo. & in authen. vt nulli iudi. §. si verò quis.

Ad svbsidivm. † Iudex, qui
63 has publicas susceperit literas, debet periculo suo, & officij sui, huiusmodi reos comprehendere, & ad iudicẽ prouinciæ transmittere, in qua peccarunt, supplicis legitimis subijciẽdos. Quòd si hoc facere, aut officium eius tradere neglexerint, tunc & ipsum iudicẽ tres auri libras, & officium eius alias tres pro pœna facere decebit. & si talis iudex, aut aliquis officialis eius propter lucrum huiusmodi personam nõ comprehendat, aut comprehẽdens nõ trãsmittat, & hoc agens conuincatur, spoliatus cingulo exilio tradetur, vt dicto. §. si verò quis. in authen. vt nulli iud. &. C. de his, qui latro. uel alijs crim.
64 reos occul. cũ leg. secunda. † videtur, quòd iudex requisitus debeat habere aliqualem cognitionem aduersus reũ, antequàm eum remittat, aliàs dictus reus posset siue causa infamari: qui sic statim remitteretur ligatus, ad hoc. ff. de custod. reorum. l. diuus, &. ff. de exhib. & transf. reis. l. fin. C. vbi de crimin. agi oportet. leg. prima. Sed hoc puto esse verum, quando reus esset captus, antequàm requireretur: quia deliquit in iurisdictione iudicis requisiti. Non enim dubiũ est, quin cuiuscunque est prouinciæ homo, qui ex custodia producit, cognoscere debeat is, qui ei prouinciæ præest, in qua prouincia agitur. Illud obseruari solet, vt cum cognouerit, & constituerit, remittat illum cum elogio scilicet scriptura ad eum, qui ei prouinciæ præest, vnde is homo est.

est.quod quidem ex causa faciendum est,&.l.non dubium.iuncta glo.in versicu.prouinciæ,& dicta.l.solent. ff. de custod.& exhib.reorum.& ita consuetudine practicatur,&.l.solet.ff.de offic.
65 proconsul.& legat.† Si autem reus,qui requiritur,non est captus,iudex requisitus debet eum remitere sine aliquali cognitione,Tum quia est præsumptio pro iudice requirente,vt capit.in præ-
66 sentia.extrà de renuntiatione.† Tum quia iudex requisitus est merus executor,vt extrà de offic.delega.capitu.pa-
67 storalis.§.præterea.† Et merus executor de viribus causæ nõ cognoscit nec pronuntiat, nec pronuntiatum valet: vt.l.si vt proponis. C. de executio. rei iudica.&.l.si cui.§.fina.ff.de accusatio.
68 † Quo autem cognitionem causæ,potest delegari,non quantum ad decisionem.d.l.solet.ff.de offic.procon.& leg.
69 † Quæro,quid si reus requirat à duobus iudicibus diuersis, scilicet à iudice domicilii rei,& à iudice,sub quo deliquit,cui illorum sit remittendus? Dic quòd de iure Codicis debet remitti ad iudicem,sub quo deliquit:quia ratione delicti quis sortitur forum, vt authen.qua in prouincia.C.vbi de crimine agi oport. de iure autem Digestorum debet remitti ad iudicem domicilij,siue originis:vt.d.l.nõ dubium.ibi: remittat illũ,cum elogio ad eum, qui ei prouinciæ præest,vnde is homo est, &.l.iij.ff.de re milit.& ita obseruatur
70 de consuetudine.† Ratio potest esse, quia præses prouinciæ in suæ prouinciæ homines tantùm imperium habet: & hoc dum in prouincia est. Nam si excesserit, priuatus est. Habet interdum imperium,& aduersus extraneos homines,si quod malum commiserint. Nam & in mandatis principum est, vt curet is,qui prouinciæ præest,malis hominibus prouinciam purgare, nec distinguitur vnde sint. l. præses prouinciæ.la secunda.ff. de offic. præ-
71 sid.† Sed hoc potest esse ratione atrocioris delicti, vt eodem loco, quo rei deliquerũt,ibi subijciantur supplicio, & conspectu deterreantur,alij ab ijsdẽ facinoribus:vt.l. capitalium. §. famosos.ff.de pœnis.&.l.tertia.ff.de re milita. ibi,præter,quàm si quid grauius ille desertor in ea prouincia,in qua repertus est admiserit.Ibi enim eum plecti debere, vbi facinus admissum est
72 † vel etiam potest dici in vagabundis,qui nullum habent domicilium,& possunt vbilibet conueniri: vt. C. vbi de curia.vel cohortali.l.j.& in auth.vt nulli iudic.§.si verò quis cõpreh.collat.nona.& gloss. in.l. hæres absens.§. proinde.si quis,in verbo debebit. ff. de iudic.vbi enumerantur casus, quibus
73 quis sortitur forum.† Cùm igitur remissio petitur à foro seculari ad forũ seculare,illa debet fieri ex toto orbe, cùm vnus sit dominus orbis de iure communi:secundum Bald.in.l.executorem.C. de executio.rei iudica. Sed Imol.& Francisc.post Paul.in cle.pastoralis.§.denique.de re iudica.ita distinguunt,aut petitor remissio de his locis,quæ sunt eiusdem iurisdictionis vniuersalis inter subditos eidem imperio,& tunc de necessitate debet fieri. Aut petitur remissio à iudice vnius regni ad iudicem alterius regni,& non fit:vt Bald. in.l. secunda. C. de seruis

fugiti.per nota.in dicta clementi.pastoralis.& idem Bald.in.l. secunda ff. de hæredib.instituen.&.l.prima.C. vbi de crimi.ag.opor.& Oldr.cōsi.cxxiiij. & ita quotidie videmus de facto,quòd delinquentes in isto regno Franciæ, secuti sunt in Bearnio. Adhuc distinguendum est, scilicet quando petitur remissio in materia criminali,siue crimen sit atrox,siue leue,si agatur ciuiliter non fit remissio. Siue petatur fieri de iudice laico ad iudicem ecclesiasticum:vt notat Car.in capitulo. j. extrà de rapto. Siue petatur etiam remissio à iudice laico ad iudicem secularem, siue laicum,non fit remissio. Vnde si aliquis Rothomagensis aliquem Parisijs percusserit,aut iniuriam intulerit,& Parisijs ciuiliter cōueniatur coram iudice laico, aut ecclesiastico, si sit clericus,non habebit ius reuocandi domum : nec poterit declinare fo-
74 rum,si Parisijs inueniatur. † quia sicut non habet locum remissio in contractibus,si contrahens inueniatur in loco contractus,vt.l.fina. ff. de lib.homine exhib.& melius in capitu. Romana.§.contrahentes,de foro compe-tent.in sexto.Ita nec in delictis,si ciuiliter agatur, vt nota. colligitur in capitu.postulasti, extrà de foro competen. Si autem delinquens Parisijs non inueniatur,non poterit ibi conueniri,vt ibidem dicitur. Et Cyn.in di-
75 cta authen.qua in prouincia. † Si autem criminaliter agatur pro delicto, siue leui siue attroci,& petatur remissio ad iudicem Ecclesiasticum,seu iudicem secularem,illa debet fieri de necessitate:vt glo. in clementi. pastoralis.§.denique.de re iudic.& ibi Imo.& Francis.post Paulum & Cyn.in dicta authen.qua in prouincia.& Bald.in.l. secunda.C.de serui fugitiui.& alijs iu-
76 rib.suprà alleg.† Causa criminalis igitur altero de tribus locis tractari potest,scilicet, aut vbi crimen est commissum, aut causa inchoata, aut vbi reus deprehenditur habere domiciliū: vt leg.prima.C.vbi de crimi.agi opor. Quo ad primum, si ciuiliter agatur pro crimine de iudice requisito ad iudicem requirentem, non fit remissio, vt suprà dictum est,& ideò reus eo casu sortitur forum iudicis aliâs incompetentis,vt not.in.d.c.postulasti.Quo ad secundum,vbi causa criminalis est inchoata coram aliquo iudice,nec fuit opposita præscriptio fori, cùm reus sciret non suū esse iudicem,illic subire debet iudicem, vt.l. prima. C. vbi
77 de crimine agi oport. † Nam post litem contestatam opponi non potest: vt.C.de probatio.l.exceptionem.&.C. de exceptioni.l.si quis aduocatus. Secus autem,si ignorasset eum esse iudicem incompetentem : vt . C.si à non competen.iudic.l.fine.& hoc contingit propter regulam quòd vbi cœptum est iudicium,ibi finem accipere debet:
78 vt.ff.de iudi.l.vbi.† Sed quid si nesciuit,posteà sciuit & litigauit? dic quòd iudicium tenet propter ratihabitionem,vt.ff.de iudi.l.licet.Secus autem, si sua voluntate non potuit facere iudicem,quia eius erat conditionis in principio,vt iudex esse non posset.Nam licet mutata sit eius conditio: non tamen tenet sententia:vt glo.in dict.l.C. vbi de crimi.agi oportet. Quo autem

ad

ad tertium, vbi reus reperitur habere domicilium, ibi iudicium subire debet: vt.d.l.non dubium. ff.de custod.& exhib.reor. Iuxta illud: vbi te inuenero, ibi te iudicabo.vt glo.in.d.l.j.C.vbi de crimi.agi opor.&.l.ij.C.de iurisd.omn.
79 iud.vbi de vagabūdis tractatur.†Præterea actor debet sequi forum rei:aliàs actione propositi negotii mulctatur.l. in criminali.C.de iurisdict.omni.iudi. Nec itidem reus potest actorem ad extraordinarium iudicem trahere, etiam per rescriptum.quod si fecerit,pro condemnato habebitur; vt dicta.l.in criminali. iuncta glo.in verb.habeatur.&
80 dicta authent.qua in prouincia.† nec quis vllo modo, etiam scholaris potest in delictis aliquo vti priuilegio: vt in authen.de manda.princip.§.si quis autem.ibi: non permittas priuilegiis, &
81 cætera.† Sed quæritur,quia suprà dixi, quòd si reus non opposuit præscriptionem fori, cùm sciret suum non esse iudicem, illic subire debet iudicium: vt dicta.l.j.C.vbi de crimi.agi opor. An reus iuri fori sui ordinarii renuntiare possit, cùm regula sit, quod priuatorū consensus, facit iudicem eum, qui iurisdictioni præest.l.priuatorum. C.de iurisdict.omnium iudicum. Dic quòd renuntiare potest, quo ad sui præiudicium: vt iur.suprà alleg.& hoc propter ratihabitionem:vt.d.l.licet. ff.de iudic.
82 †Nam iuri, quod est introductum in fauorem aliquorum, quis potest renuntiare tacitè, vel expressè: cùm omnes habeant licentiam his, quæ pro se indulta sunt, renuntiare: vt.l.si quis in conscribendo. C.de epis.& cle. Sed hodie in regno Franciæ iurisdictiones sunt patrimoniales,quod est ius introductum in fauorē quorundam pro publica vtilitate ipsorū, & odio aliorum, cui iuri nemo renuntiare potest: vt.ff. ad Maced.l.sed & si pater.§.fi.& glo.in c.si diligenti. extrà de foro competen.
83 †Ideò vbi quis est de iurisdictione alicuius iudicis perpetui ordinarii, non potest prorogare iurisdictionem alterius non sui iudicis,nec litigare coram extraneo iudice sine consensu domini sui,saltem in præiudicium domini.glo. not.in.c.imperialē.§.prætereà in verb. duos.de prohib.feud.aliena.per Fed.in
84 vsib.feu.†Quoniā vbi sint iudices perpetui, qui habēt iurisdictionem magis appropriatam,illorum requiritur consensus,sicut episcopi in clerico: vt.c.j. extrà de foro cōpet.Bar.in.l.j.§.& post operis. ff.de oper.no.nun.Bal.in.c.vnico.de feu.marchiæ.in vsibus feu. Et ita fuit decisum per arrestū curiæ Parlamēti,die Iouis.xxj.Iulii. M. D. XXX. domino Gulielmo Poyeto tunc tēporis regis ibidem aduocato, & nunc cancel-
85 lario agente.† Idcirco vbi remissio habet locum,& petitur per dominū iustitiarium.siue eius iudicem,aut procuratorem fiscalem, illa debet fieri in quacunque causa, siuè principali, siue in causa appellationis. Ita quòd si iudex requisitus,vel eius vicarius,aut locumtenens cognoscens se incompetētem,& declinatū est eius forum,si suam executionem interdictam huic negotio præbuerit, capitalē animaduersionē subibit:vt.d.l.in criminali. C.de iur.omni. iudi.qui tex.non reperitur alibi:secundum Pau.de cast.cui concordat glo.in c.super.extrà de rescrip.

SVMMA CAPITA.

1 Citatio facta, in actis scribenda.
2 Citati non possunt forum declinare.
3 Citationi scriptæ in actis publicis fides adhibetur, citra testium etiam subscriptionem.
4 Gesta translata in publica monumenta, ppetuam & immortalem firmitatem habent. & secundum ea debet successor in iudicio pronũtiare. & nu. 5.
6 Tabellio vni tantum, an pluribus æquiualeat testibus. & nu. 7. 8.
9 Tabellionis scripto num potius fides adhibeatur, quàm iudicis.
10 Tabellionis iurati instrumento credendum.
11 Principis instrumento creditur ex cõsuetudine.
12 Reis sese absentantibus, citatio vbi facienda.
13 Reus vagabundus qualiter citandus. & nu. 15.
14 Libelli oblatio & porrectio coram iudice, sufficit citando vagabundo.
16 Aetas ex aspectu colligi potest.
17 Vagabundo citando sufficiunt ea, quæ præstari possunt.
18 Vagabundi citandi nomen ignorari: nihil interest: modo de corpore constet.
19 Demonstratio adiecta in citatione, fungitur vice proprij nominis citandi.
20 Rei exhibendi, absentes per contumaciam, quomodo citandi.
21 Citatio fieri debet iudicis mandato, & in in scriptis. Alias nuncius officio suo fungi nec debet nec potest. nu. 22.
23 Citatio habetur pro non facta, si citandus legitimè non fuerit citatus.
24 Citatus illegitimè, an teneatur comparere, ad allegandum suum priuilegium. & numero. 37. 40.
25 Citationem quæ reddant irritam & vitiosã laté per discursum. n. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. & 36.
38 Citatione etiam sæpe nulla & illegitima, proceditur contra citatum, nisi defendatur. & nu. 39.
41 Reus restituendus ad personã, si inueniatur: vel ad domicilium.
42 Citatio fit per nuntium. Quandoque tamen verbalis per iudicem, ipso eius ore. nu. 43.
44 Citatio fit quandoque per tabellionem. Quandoque per partem, in vim prouocationis ad causam.

Formula citationis.



CITATI[a] ad hũc diem per Mattheũ Choronta huiusce iurisdictionis stato rẽ nobilis desiderius Anipp9, Bernardus Thraso, Claudius Caligula, legionarij, absentes, compellatis vicinis[b] Ioanne, & Frãcisco Normanis, quòd absentium ædes essent clausæ vna denuntiatione vice trium ad nomenclationem actuarij, siue ad tres breues dies:[c] quorum primus hodiernus est alij duo sequentes, vi rescripti[d] cõtra eosdem decreti, super certis criminibus, & inquisitionibus in eos factis, ad hunc finẽ, ipsis ad postulationem, & querimoniam Antoniæ Dianæ viduæ defuncti Ioannis Pluti,

ti, tam suo nomine, quàm vt corporum & bonorum ad-ministratricis, ipsius. & defuncti libellorum annis minorũ, & Augustini Pluti dictorum[a] defuncti, & viduæ filij annis[1] maioris, Benedicti Crassi iam defuncti discreti viri magistri Chrysostomi Crassi, dum viueret in supremo senatu aduocati, eius fratri, Mariæ Marthæ relictæ defuncti Iuliani Xenij, & Dyonisij Daui nuper dicti defuncti Crassi famuli, & procuratoris Regij nomine ipsis regis subscribentis de cæde defunctorum, & vulneribus illatis dicto Dauo: qui citati certissimis cædis admissæ premuntur argumentis, & ea causa non ita pridem veterunt solum.

Necnon Andreas Irus ad hũc
e diem citatus fuerat[c] præsens[f]
f per eundem Caronta: quo omnes his petitionibus, & criminibus obiectis, & si quid aliud obiecturi essent accusatores, & regius procurator per se responderent, in ius venirent inquisitionibus satisfacturi apud acta prolatis. Hisce gestis adhibiti sunt Medardus Coruus & Marcellus Asinus testes.

CITATI. †Hîc tabellio recitat: & refert citationem factam, quam in actis scribere debet: vt hîc, aut appareat per hoc, quòd perpetuata sit iurisdictio, si hoc negaretur, vel reuocaretur in dubium: vt extrà de officio. dele. c. gratum. & c. licet.
2 †Et sic per conuentionem solam non possent posteà declinare forum transferendo se ad alium locum. vt extrà de foro compet. c. proposuisti. &. ff. de iudic. l. si quis postea. glo. in. c. quoniam contra falsam. extrà de probationibus.
3 †& tali scripturæ tabellionis creditur circa acta iudiciaria, si inueniatur in actis publicis: licet non habet testium: subscriptionem. vt. C. de fide instrumẽ. auth. adhæc. & in authen. de his, qui ingred. ad appel. §. illud etiam, & in auth. de hæred. & falc. §. sancimus. collat. j.
4 †Gesta quæ sunt translata in publica monumenta, habent perpetuam firmitatem, nec morte cognitoris perire debet publica fides. l. gesta. C. de re iudic.
5 †Et successor ex his habet pronuntiare: vt. ff. de iudic. l. mortuo. & C. de iudic. l. properandum. §. illo. & glo. in. d. l. gesta.
6 † Tabellio siquidem æquiualet vni testi, & plus: vt extrà de fide instru. c. cũm Ioannes. iuncta gloss.
7 † Imò videtur æquiualere duobus testibus, ex quo loco tabellionis, debent apud iudicem adhiberi duo viri vt c. quoniam contra falsam, extrà de probatio. iuncta gl. in versi. duos viros.
8 †Et alibi videtur

æquivaleret tribus. xvj.q.iij.versic. is
9 autem.† Et sic videtur,quòd plus creditur scripturæ tabellionis,quàm scripturæ iudicis : quia scripturæ iudicis non creditur , nisi habeat testium subscriptionem: vt extrà de test.c.cùm a
10 nobis.† Et hoc ideò est,quia cũ tabellio iuratus sit,credendũ est instrumento suo,vt extrà de præsc.capi.ad audiẽtiã,& extrà de præsump.c. illud. in fi-
11 ne.† Sic etiam cõsuetudo habet,vt credatur instrumento principis : vt extrà de fide instru.c.cùm dilectus,

b COMPELLATIS VICINIS.

12 † Vbi rei se absentant . citatio debet fieri ad domos illorum,requisitis amicis,aut eorũ vicinis:vt.c.causam,quæ extrà de dolo & cõtu. Et ista forma est seruanda:vt.l.diligẽter.ff. manda.&.c. cùm dilectus.extrà de rescriptis,quòd
13 † si reus citandus nõ habet domiciliũ, nec sit cui denũtietur citatio,quia reus est vagabundus,sufficit citari per libellum lectum,& affixum in æde,vel voce præconis in publico:vt.l.dies cautioni.§.prætor ait,&.§.toties.ff.de dãno infecto.&.l.sancimus.C. de episcopa.audien.& authen.qua in prouincia.
14 C.vbi de crimine agi oportet.† Etiã sola libelli oblatio,& porrectio coram iudice,habetur pro citatiõe:vt.d.l.san
15 cimus. † Et ita de consuetudine solent facere seruientes,siue nuntij,qui si non inuenerunt reum vagabundum citandum,referunt apud acta iudicis,se citasse reum simpliciter:nõ dicendo,vbi citauerint.Si verò nomen reorũ citandorũ nõ tenetur,verum ignoratur,tũc inquirendum erit de illorũ signis,quæ indumenta gerant,quàm faciem, strictam an largam,quos capillos,planos, cincinos,an ceruliores,an sint iuuenes, vel senes.tunc enim secundũ signa seruiens citat dictos reos,sic referẽdo,relatum per me Matthæum seruientem, &c.quod die &c. citaui hos infrà sequentes,ad tres breues dies , &c. s.vnũ vestitum pallio nigro,barbam nõ longam sed copiosam,& puberem,coloris nucis auellanæ præmaturæ,& capillos barbæ concolores habẽtem,discrimen habentem in medio iuxta morem Nazarenorum. Et alium claudum,monoculum,gibbosum,caligas bipertitas gerentem,& alios,&c.Ex talibus enim signis poterunt dignosci rei citandi,secundum Angelum Areti.in.§.quadru-
16 pli.instit.de actio.† per relationẽ etiã aspectus,ætates illorum poterunt probari:vt Barto.in.l.j.de mendic.validi.
17 lib.xj.C.†Et valebit talis citatio,quia sufficit facere quod fieri potest,vt Bal. in.l.si quando.C.de testibus,&.l.si dictum.§.præsente,&.§.sequente . ff. de
18 euictioni.†nec curandum est de nomine,dummodo constet de corpore:vt.l. si quis in fundi vocabulo.ff.de leg.pri
19 mo.† Adiecta enim aliqua demonstratio fungitur vice proprij nominis,vt si specificata sint signa, vel confines: vt glo.ibidem in dicta.l.si quis,&.l.certum.ff.si certum petatur,&.l. penulti. ff.de rebus dub.quem tex. notabi.ibi. Si autẽ ignota nomina seruorũ essent, pistorem legatum videri,perinde ac si nomen ei adiectum non esset.

c AD TRES BREVES DIES.

20 † Quãdo rei exhibendi se per contumaciã absentant,solent de iure citari per triduum,ter per singulos dies:vt.l.

inter. ff

inter.ff.de public.iudic. De consuetu-
dine autem solent citari ad tres breues
dies continuos ad audientiam grapha
riatus coram præside. quæ citatio so-
let fieri vna citatione pro tribus, quod
idem de iure fieri potest, quod appella
tur vnum edictum pro tribus, vt.l.nũ-
quàm.ff.de iudic.
21 VI RESCRIPTI. † Citatio debet
fieri iudicis mãdato, & in scriptis: aliàs
non potest citatio arctare citatum, vt
extrà de electioni.capitu.bonæ memo
riæ. Ita dicit Ioan.Andreæ.in additio.
ad Specu.in titu.de citatio.§.sequitur,
22 versic.sed nunquid credetur.† Nũtius
ergo debet habere commissionem iu-
dicis, de qua constet per publicam scri
pturam, vel authenticum instrumen-
tum, nec potest dictus nuntius capere
aliquem personaliter, & exhibere eum
in iudicem, nisi habeat dictam cõmis-
sionem. Ita tenet Abb.Panor.in capit.
cùm parati extrà de appel.in addi &
Bald.in.l.consentaneum.C. quomodo
& quando iudex.& tex.in.l.neminem.
C.de exhib.reis.qui est sing.ad hoc, &
in authẽ.vt nulli iudicum.§.quoniam
verò contingit exceptis casibus suprà
allegatis.
t CITATVS FVERAT. † Si citan
23 dus non sit legitimè citatus, citatio de-
bet haberi pro non facta: vt capitulo
bonæ memoriæ la.ij.extrà de electio.
24 † nec tenetur reus venire, etiam ad
allegandum suum priuilegium: vt glo.
in.c.si episcopus, tertia quæstione se-
25 cunda. † Sciendum est autem, quòd
quandoque citatio non valet, quia in-
tra angusta tempora fit: vt.d.v. quæst.
26 ij.c.vult.† Quandoque nõ valet: quia
nimis maturatur peremptorium? vt
28 extrà de dila.capitu.dilect.† Quando-
que non valet citatio, ratione tempo-
ris: vt si fiat tẽpore feriato, vt.xv.quæ-
stione.iiij.capitu.j.&.ij.ff.de ferijs.l.j.
29 † Quandoque non valet, ratione lo-
ci: vt si citatur extra prouinciam vltra
duas dietas: vt extrà de rescript. capit.
30 nonnulli.† Quandoque non valet, si
citatur ad locum periculosum, vel in-
honestum: vt extrà de appellationi.ca
pitu.ex parte, &.ff.de arbitris.l.si cùm
31 dies.§.si arbiter.† Quandoque non te-
net, ratione iudicis: vt si euidens est
ipsum non esse iudicem, qui citat: vt
extrà de offi.iudi.deleg.c.ex literis. &
extrà de appellationibus.capit.si duo-
32 bus.† Quandoque non valet, quando
in citatione non inseritur rescriptum,
siue commissio, vt extrà de dilatio.ca.
præterea, & extrà de offic.iud.delegat.
33 cap.cũ in iure.† Quandoque non va-
let, si euidens est iudicem esse inimi-
34 cum: vt quæst.v.cap.quia.† Item non
valet, si ille qui citatus est, spoliatus
est: vt.d.capi.si episcopus.iij.quæst. ij.
35 † Item nõ valet, si ad querelam liberti
citatur patronus.iiij.q.iiij.cap. liberti.
36 † Et generaliter vbicunque euidenti
exceptiõe reus se tueri potest: vt.ff.de
37 iudic.l.nõ videtur.† Sed si dubiũ est,
an citatio teneat, tunc tenetur venire
ad allegandum suum priuilegium: vt
extrà de appel.c.si duobus, &.c.cùm pa
38 rati, &.ff.de iud.l si quis ex aliena.† In
uenitur tamen, quòd citatio quãdoque
nulla est, & tamen nisi defendatur cita
tus, procedetur contra ipsum: vt.ff. iu-
39 di.so.l.si reus.† Inuenitur, quòd citatio
est iniusta ex persona agentis, cũ agẽs

agit calumniosè, & tamen nisi citatus venerit ad iudicium, punitur, aut extrà de accusa. c. veniens. Et argu. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. est vi exi. l. penul.

40 Tutius tamen est, quòd citatus vadat allegaturus priuilegium suum, vel appellaturus, si eum grauauerit, nisi quando cõstat eum non esse suum iudicem Hæc gloss. in dicto c. si episcopus tertia quæst. secunda.

f PRAESENS. † Reus citandus est

41 ad personam, si inueniatur, vt cap. fin. extrà de eo, qui mitt. in poss. cau. rei seruand. vel ad eius domicilium, vt capit. causam, quæ. extrà de dolo & contu-

42 mac. vt suprà dixi. Et fit talis citatio, per nuntium, siue seruientem, vt hîc & extrà de offic. delega. c. prudentiam. & extrà de app. c. cum parati, & Specu. in

43 titu. de cita. §. sequitur. † Quandoque citatio verbalis fit per ipsum iudicem, qui ore proprio citat. l. secunda. C. quo

44 modo & quando iudex. † Quandoque fit per tabellionem, & potest ipse tabellio de tali citatione per ipsum facta te-

45 stificari, & scribere se citasse. † Quandoq; per partem in vim prouocationis ad causam, vt c. cùm sit & c. bonæ extrà de appella.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Citatus personaliter non comparens in termino sibi præstituto, contumaciam incurrit, mulctaq; afficitur iudicis arbitrio, fisco applicanda.*

2 *Contumacia primæ pœna ex consuetudine & unde consequentia.*

3 *Citatus non cõparens, tenetur criminaliter fisco, propter contemptum mandati, & inde potest capi domoq; extrahi. & quid ita nu. 4.*

5 *Contumax an postmodum admittatur ad comparendum per procuratorem. & nu. 6.*

Et quid in obligatione facti descendente ex cõtemptu. nu. 7.

8 *Contumax vbi non potest apprehendi, citatur ad tres breues dies.*

9 *Dies feriati & non feriati in dilationibus computantur, & iudicis officium interim conquiescit.*

10 *Tempus continuum, quod dicatur.*

11 *Restitutio in integrum, tollit è medio obstaculum præscriptionis.*

12 *Tempus vtile, quando non currat.*

13 *Tempus vtile datur ad eligendum, nec currit impeditis.*

14 *Temporis vtilis multa genera. & nu. 16.*

15 *Annus vtilis debetur restitutionibus maiorum & minorum.*

17 *Rei pro triduana contumacia num iure condemnandi, & super hoc quid obtinuerit cõsuetudo. nu. 18.*

19 *Citati non comparentes ad primam citationem, in secunda condemnantur parti ciuili in expensis.*

20 *Acta iudiciaria quomodo sint à tabellione cõscribenda.*

21 *In actionibus criminalibus non agitur ad exhibendum instrumenta. Et quando illa edantur. nu. 22.*

23 *Priuilegia propria quid non tenetur edere parti sua nisi fortè pars in probatione falsi laboraret. & nu. 24.*

Iudicis elogii super rei contumacia formula.



ANdræas Irus in iudicium vocatus, non it sed vadimonium deserit

ſerit poniturque (vt cum vul-
a go loquar) in defectu, [a] quod
in margine ephemeridis inſe-
ritur virtute cuius prehenda-
tur. Citationem tribus diebus
b continuis [b] ſolenniter factam
actuarius iudice pro tribunali
ſedente recitat, ſed præcipue
prima die, & appellantur per
ſtatorem citatorum iuriſdi-
ctionis. Atque poſt tertium
diem iudex edicit vadimoniū
eſſe deſertum, abſolutamque
eſſe contumaciam regis procu
ratori, ſi ſolus poſtulet, aut etiā
delatoribus agentibus pro eo
quod eis nocitum eſt cōtra ab-
c ſentes, nec ſe ſiſtentes [c] in iu-
dicio, virtute cuius interdum
petunt certam, quantitatem
ſubſidiariam, & quod frequen
tius dicitur, prouiſionem ſibi
adiudicari pro medicamentis
alimentis, proſequutionis,
ſumptibus, quam anteà non
petierant, & tunc iubet iudex
elogium renuntiationem chi-
rurgi, citationes, contuma-
ciam, omne denique litis in-
ſtrumentum apud acta pro-
ferri, ea ratione, & vt de prin
cipale, quod æquitas ſuaſe-
rit, demum conſtituat.

Actuarius accuſatoribus,
& procuratori regis contu-
maciam & eius emolumen-
tum petentibus ſub hac for-
d ma edit. [d]

a IN DEFECTV. † Citatus perſo-
1 naliter, non comparens in termino
ſibi præfixo, ponitur in defectu, vir-
tute cuius de iure mulctatur arbitrio
iudicis vt l. prima. ff. ſi quis in ius vo-
cat. non ierit. & talis mulcta datur fiſco
vt. C. de mod. mulctar. l. quinta &. C.
2 eodem. l. eos. † De conſuetudine verò
in ſumma ſeptemdecim ſolidorum Pa-
riſienſium cum dimidio, & inſuper vir-
tute illius primi defectus, ſiue cōtuma-
ciæ ad inſtantiam procuratoris fiſcalis
& actorum iudex decernit citationem
realem, ſcilicet captionem corporis ad
uerſus contumacem, iubetq́; eum exhi-
beri realiter, & de facto, tanquàm penè
ſui accuſatorem per fugam factam. vt
in authentic. de exhiben. reis. §. ſi verò
3 etiam. quinta. † propter enim contem-
ptum mandati tenetur criminaliter fi-
ſco, & idem poteſt capi, & etiam de do-
mo extrahitur doctio. in l. plerique, &
ibi tex. ff. de in ius vocand. & lege ne-
mo, de domo. ff. de regulis iuris ratio ſi-
4 quidem eſt. † quia non debet actori cau
ſa manēte vndique deſolata, iudice ali-
quid agere non valente, eo quòd non-
dum apud eum facta ſit litis conteſta-
tio, illo reo contemnente lègem mani-
feſtatione ſua, & actorem extrà omne
adiutorium relinquente, vt Barto. in l.

ſed & hæ. §. prætor. ff. de procu. Nec poſtmodùm admittetur dictus contumax, ad comparendum per procura. ſi hoc ſederit iudici, per not. in cap. in no-
6 ſtra. extrà de procura. † Imò hoc priuilegium perdit propter eius contumaciam. vt l. ſed & ſi. §. ſed & ſi. ff. ex quib. cauſ. maior. & c. veniens, extrà de accuſa. & hoc ne eludatur prętoris authoritas: vt l. conſentaneum. C. quomodo &
7 quando iudex. † Idem etiam, quando obligatio facti deſcendit ex contemptu vt ſtipulatio. §. ſiue. ff. de ope. no-
8 nunt. & id l. fin. C. de procura. † vbi autem dictus contumax apprehendi non poteſt, citatur ad tres breues dies, vt l. inter. ff. de publi. iudi. facit conſtitutio regia nouiſsima, arti. xxv.

b - DIEBVS CONTINVIS † Dies
9 enim feriati, & non feriati in dilationibus computantur, & interim iudicis officium conquieſcit vt l. ſiue pars. C. de
10 dilatio. † Eſt enim tempus continuum quod cōtinuè currit diebus feriatis, vel non feriatis, ſiue in abſentia, & præſentia ſit copia iudicis, vel nō, vt. C. de pręſcri. long. temporis. l. fina. Poteſt tamen quis reſtitui in integ. vt l. ſi. ff. de reſtit.
11 in integ. † Reſtitutio autem in integrum tollit de medio obſtaculum præſcriptionis, & per talem reſtitutionem tollitur ſolum exceptio, quæ erat parata contra actionem, & intentabitur actio prima directa, Bald. & gloſſ. in l. fin. &. §. ſed quod ſimpliciter. C. quibus ex cau. maior. † Aliud eſt tempus vtile, quod non currit diebus feriatis, & abſentiæ, & diebus, quibus non eſt agendi copia, & iſtud eſt multiplex, ſcilicet cōtinuum, & vtile, quod ad ſui principiū tantùm, non quo ad progreſſum, vt glo. in clementi. vnica. de in integr. reſtitu. vbi gloſſ. remittit ad c. ij. extrà de conceſsio. præben. & c. quia diuerſitatem,
13 in fin. eodem titu. † Vnde tempus datur ad eligendum vtile, quia non currit impeditis, vt extra de electio. c. ne pro de-
14 fectu. † Vtilis autem temporis multa ſunt genera. nam quoddam tempus eſt vtile, quo ad ſui initium, ſed ex quo incipit eſt continuum, vt. ff. de calum. l. annus, &. ff. de ædil. edi. l. cùm ſex. aliud eſt tempus vtile toto tempore vt lege ſuperuacuam. C. de tempor. in integr. reſtitutio. Et illud eſt multiplex. Nam quoddam eſt vtile, vt nec feriati dies computentur, nec abſentiarum, nec mi-
15 norum ætates: † vt erat annus vtilis, qui debetur reſtitutionibus maiorum, & minorum, vt. C. de temporibus in integrum reſti. l. prima. Aliud, quod currebat abſenti, eò quòd potuit procuratorem dimittere, ſed reſtituitur, vt l. ſecunda. ff. de diuerſis & tempo. pręſcrip.
16 † Sed ſi eſt præſens, contra quem currit ſi impediatur agere, non currit. l. prima §. primo. C. de reſtit. milit. & eorum qui reipubli. cauſ. abſunt. & gloſſ. in dicta l. ſuperuacuam.

c NEC SE SISTENTES. † Pro tali
17 triduana contumacia rei non ſunt condemnandi pro delicto, vt d. l. inter. ibi: ne per triduum per ſingulos dies ter citatus reus condemnetur. Pro contumacia autem de iure condemnantur. Nam ſi quis in ius vocatus non ierit, ex cauſa à competenti iudice mulcta pro iuriſdictione iudicis damnabitur, vt l. ſecunda. ff. ſi quis in ius voca. non ierit.
18 † De conſuetudine verò quilibet defectus

ctus in qualibet dictorum trium dierũ importat mulctam septemdecim solidorum Parisiensium cum dimidio. Et talis mulcta siue emenda datur fisco, & non parti, tam de consuetudine, quàm de iure, vt l. quinta & l. eos. C. de modo
19 mulct. † Quo autem ad partem ciuilé, si citati non comparuerint ad primam citationem, condemnabuntur in secunda citatione in expensis, vt l. sancimus. C. de iudiciis, & extrà de procuratoribus. c. querelam, vbi de hoc, & gloss. in cap. quoniam contra falsam. extrà de probationibus.

d EDIT. † Acta iudiciaria compe-
20 tenti ordine sunt per tabellionem conscribenda, loca designando, & tempora & personas, & omnia sic cõscripta partibus tribuuntur, ita quòd originalia penes scriptorem remaneant, vt si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari, vt c. quoniam contra falsam, extrà de probatio. Sed intellige ea tantum acta ea, quæ sunt integraliter edenda partibus, quæ ordinaria, & communia sunt, & nõ extraordinaria, vt dicto cap. quoniam. iuncta gloss. in ver. extraordina-
21 rio. † quia informationes, interrogationes, repetitiones, & conformationes testium non eduntur partibus, quia non sunt cõmunia, sed extraordinaria, nec agitur ad exhibendum pro instrumentis in criminalibus actionibus, fortè nec actione in factum, quia pecuniariter non interest, vt gloss. in lege secunda. §. item diui. in versiculo, non si de capitali causa agatur. ff. de iure fisci. & ff. ad exhibendum. lege liber homo.
22 † Si verò rei admitterentur in processum ordinarium, puta ad comparendum, & se defendendum per procuratores, & ad suas iustificationes, tunc possent edi ad opponendum in dictas, scilicet depositiones testium, etiam post publicationem, vt lege finali, quæ est singularis. C. de testibus. Ex ipsis enim testium depositionibus, testimonium eorum argui potest. lege si quis testibus. & authentico si testis. C. eodem. aliàs si non edantur, licitè appellatur, vt extrà de fide instrumentorum. cap. G. perpetuus. &. C. vt lite pendente lege prima &. C. de edend. lege is, apud
23 quem. † Secus autem in propriis priuilegiis, quæ quis edere non tenetur vt capitulo, contingit, extrà de fide instrumentorum &. ff. de edendo. lege prima
24 §. editiones. † Et hoc, nisi aduersarius vellet illud probare falsum, vt extrà de fide instrumentorum capitu. inter. dilectos & lege optimam. C. de contrahend. & committen. stipulatio. Fisco autem omnia edi debent. l. ne quisquam ff. de edendo.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Apparitor, quis dicatur & quod sit eius munus. Et quàm variè appelletur. nu. 2.*
3 *Apparitores an possint remoueri pro iudicis voluntate.*
4 *Apparitorum officium, publicum est nec potest per seruos exerceri limit. nu. 6.*
5 *Apparitoribus creditur.*
7 *Executor siue nuntius quot annos natus esse debeat.*
8 *Apparitor, executor siue nuntius, esse non potest mulier, nec clericus, nec pauper ac vita improbata. Qui secus elegerit, in cui*

in culpa est.nu.9.10.& .11.& .16.

12 *Apparitorem quilibet Iudex potest iure eligere.*

13 *Apparitoris siue executoris officium.*

14 *Iudicum potestas in apparitores siue executores officium suum indignè & malè exercẽtes,*

15 *Apparitor falsum referens, qua pœna puniatur.*

17 *Executor an possit vim inferre. Et vim adferens, teneatur crimine concussionis.nu.18.*

19 *Domicilium prouincia metiendum, non ciuitate.*

20 *Domicilium nusquam habens, um habeatur pro præsente.*

21 *Absens vel præsens potest quis dici ratione prouinciæ,*

22 *Citandus si absit, citatio quomodo & vbi facienda.*

23 *Larem collocasse matrimonio, quis dicatur.*

24 *Vicinorum citandi copia si defuerit, quid agẽdum nuntio.& nume.25.*

26 *Præsens, non est citandus ad domum.*

27 *Absens dici potest is, qui extra domum est.*

28 *Absentiæ quinque genera.*

29 *Reus contumax non legitimè defensus vel nullo modo, an admittatur ad appellatione suo iure.& nume.30.*

31 *Contumax verus, quis dicatur quis fictus.*

32 *Iudicis officium quod, visa actorum productione, hincinde productis scripturis.*

Formula contumaciæ.



Niuersis præsentes literas inspecturis, Ioannes Vlpianus legum magistarii insignitus, aduocatus in supremo senatu, præpositus & custos præposituræ &c. Salutem Notum facimus, quod anno domini M D X L. die lunæ.xviij. mensis Octob. nobis renuntiauit ac fidem fecit Matthæus Charon, nostræ iurisdictionis apparitor[a] se.xvj. dictorũ mensis, & anni citasse, vt per actuarium appellarentur, & coram nobis comparerẽt, pœna proscriptionis corporum & bonorum suorum quorumcunque, séque sisterent tribus continuis diebus, quorum primus cessit Lunæ die. xviij. secundus Martis.xix. tertius Mercurii.xx. mensis Octob. nobilem Desiderium Anippum, Bernardũ Thrasonem, Claudium Caligulam, principis nostri legionarios in eorum domiciliis[b] alloquendo Ioannem & Benedictum Normanos vicinos[c] aduersus Antoniã Dianam viduam defuncti Ioannis Pluti, tam suo nomine, quàm vt corporum & bonorum dicti defuncti Ioannis, & ipsius filiorum annis minorum administratricem, Augustinum Plutum dictorum defuncti, & viduæ filium annis maiorem,

benedi

Benedictum Crassum defuncti discreti magistri Chrisostomi Crasi,dum foret apud superos in supremo Senatu ad uocati,fratrem Mariam Martham relictam defuncti Iuliani Xenii, & Dionysium Dauum nuper defuncti Crasi fa famulum conquerentes, & procuratorem regis nomine dicti domini:vt iure essent,per se responderent impositis criminibus,& elogio contra eosdem cõcepto,atque apud acta prolato,deinceps procederetur iudice,vti constat renuntiatione dicti executoris. Quibus diebus magister Claudius Cantiuncula procurator dictorum conquerẽtium,& pro curator regius in iudicio affuerunt aduersus prædictos absentes,qui indicta etiam pœna nec comparuerunt his diebus,nec quisquam alius pro il
d lis,ita absentes,[d] & contumaces à nobis pronuntiati sunt expectati,& vocati solenniter per Ioannem Harpium appa ritorem nostrum.Cõtra quos absentes,& contumaces idem magister Claudius Cãtiuncu la nominibus, quibus suprà postulauit ratione vadimonii deserti, ac contumaciæ cuilibet conquerentium mille libras Parisienses,aut aliã summam iustam arbitrandam in dictarum viduarum & liberorum victum & alimentum, impensasque huiusce accusationis ob dictos ab illis absentibus & contumacibus confossos institutæ,& quod ad Dauum pertinet,pro medicamẽtis & curatione vulnerũ, quæ eodem conflictu & die iuxta crucem Tirouerì absentes con tumaces socii & participes intulerunt,& quę quotidie à chirurgis curantur: sicque curari non possunt, vt in posterum aliquo opificio victum suum exercere queant. Ac postulat idem procurator regius,vt dicti contumaces vocantur iterum per edicta,ac per se respõdeãt pœna conuicti & confessi,necnon confiscationis suorum corporum & bonorum. quibus postulationibus auditis ediximus,ac statuimus iure eremodicii criminationes, inquisitiones postulantibus di

ctis

ctis conquerentibus confectas apud acta proferendas, cum renuntiatione chirurgi ditionis nostræ iurati: qui dicti Daui vulnera curauit, vnà cum triũ denunciationum contumacia, atque ob eam arbitrandæ quãtitatis petitione. Et tandem, vt ratio iuris poscet, cõstituetur [c] Actum die vigesimo mensis Octobris, & anno, quo suprà.

In cuius rei testimonium sigillum dictæ præpositurae his præsentibus duximus apponendum.

Si signatum.

Hoc edictum conquerentes ab actis exscriptum iri, curãt vt ponatur vnà cum inquisitionibus renuntiatione chirurgi, reliquo litis instrumento, & quod æquum erit, iudex iudicet.

a 1 APPARITOR. †Est officialis, vel executor, per quem litis executio, & ipsius causæ præparatio iubente suo iudice expeditur: vt l.ea quidem.C.de accusationib. quarta quæstione quarta.§. aliquando, & extrà de appellatio capitul. cùm parati.exequitur enim lites, & eas præparat, quia facit partes in iudicio comparere, & testes conuenit, & reliqua facit, quæ causis expediendis proficiunt vsque ad earum finem: vt. C. de iudiciis.leg.antepenult.& leg.final.&.C. de sportul.leg.prima.& in authen.de iudiciis.§.is, qui causas præparant. colla.

2 sexta.† & tales officiales siue seruientes pluribus modis vocantur. Quando que vocantur missi: vt extrà de immu. ecclesi.capitu.primo. Quandoque nuntii, vt capitul.prudentiam.extrà de officio de legat.& dicto capitu.cùm parati. Quandoque officiales: vt d.quarta quæstione quarta.§.aliquando.in princip.&.C.de accus.leg.ea quidem. Quãdoque notarii.vigesimaoctaua quęstio. v.capi.circumcelliones, in princip. Quãdoque apparitores: vt extrà de homicid.c.tua.prope fin.& de apparit. libro. xij.C. Quandoque executores: vt.C.de

3 sport.l.secunda & ibi dicitur, † quòd tales possunt pro iudicis voluntate remoueri. Quandoque deportati dicuntur: vt extrà de priuig.capit.cùm olim.pro pter. Quandoque Cæsariani, siue catholicani: vt.C.de bonis proscrip.leg. penultim.in fine. Quandoque ministri, vt trigesimatertia quæstione quinta, capitul.si homicidæ, & capitu.cùm mini-

4 stri.eodem. † isti enim officiales, siue nuntii debent esse liberi, & non serui: quia publicum est eorum officium, quod per seruos expediri non potest: vt ff.de regulis iuris.leg.in his officiis, & argumen.C.de tabul.scrib.leg.in.§.final.libro decimo, & leg.in testamento.

5 §.seruus, ff.de testam, † ipsi certè sunt, quasi testes, imò plus, quia illis solis creditur: vt quarta quęstione quarta.§. aliqu

aliquando.& secunda quæstione quarta.§.Item in criminali,versicu.iter do-
6 mini.†Si tamen seruus esset de facto ad hoc electus,& publicè pro executore habitus,dum pro libero habetur,gesta per eum valent.argumen.ff.de offi. prætor.leg.barbarius,& tertia quæstio
7 ne octaua.§.tria,prope princip.†Item executor,siue nuntius,debet esse maior vigintiquinque annis,non minor:argument.ff.de muneris.& hono.l.ad rem. Sed videtur,quod sufficiat ætas viginti annorum,sicut in arbitro:vt.ff.de arbit.leg.cum lege.Et fortè sufficit, quòd sit maior septemdecim annis.ff.de postula.l.j.§.pueritiam.Item,quòd possit esse minor:est argumen.ff.de re iudi.l. quidam.& argumen.ff. de testamen.l. qua ætate,&.ff.de testibus.l.testium.§. lex Iulia,quæ est.quarta quæstio.tertia.§.item in criminali. Et quidam tenēt,quòd sufficiat in ministeriali ætas xiiij.annorum,ad similitudinem testis:
8 vt præalleg.§.lex Iulia.†Item debet esse masculus,non fœmina,vt.ff.de reg.
9 iur.l.fœminæ.†Item laicus,non clericus.C.de testa l.cōsulta.& extrà ne cle
10 ric.vel monch.cap.ij.&.iiij.†Item debet esse locuples,& vitæ probatę:vt nō sit verisimile eum velle peccare: aliâs non ipse,sed eius elector posset pro eo teneri:vt in authen.de iudic. §.is,qui causas præparat.aliàs est versi.sub. §.
11 nullo.†Nam mala electio est in culpa: vt.ff.ad municipa.l.quid ergo,&.ff. de
12 nego.gest.leg.clàm seruus.§.fin.†& generaliter quilibet iudex potest eum eligere de iure:vt extrà de appell.c. cùm parati.& de officio.de lega.capitul.pru
13 dentiam.†Officium autem eius est im plere,quæ sibi iniuncta sunt,siue decreta fuerint circa lites expediendas per iudicem,cui fuerit deputatus:vt in authen.de defensio.ciuita.§.ex prouincia
14 &.de iudiciis.§.is qui.†Ita quòd fas est iudicibus,& maiores pœnas & corporales maculas imponere executoribus, si malè fuerint versati circa lites, vt sciant causas non esse deludendas, nec lucri gratia aliquod eis vitium imponendum: vt.C.de sportul.leg.prima in
15 fine.†Quæro autem,qualiter,& quomodo,& quo iure puniri debeat officialis falsum referens? dic quòd videtur puniri leg.Corne.de fal. nam falsitas, est immutatio veritatis:aut in authentic.de instru. caute.in princip.&.ff. ad leg.Corne.de fals.l.Paulus.&.leg. prima eodem titu.versicu.sed si quis ob renuntiandum,cuius pœna est deportatio,& omnium bonorum publicatio.d.
16 l.j.§.finali.†Et eligens etiam teneri videtur:vt.ff.de custo.reo. l. diuus. Vel dic,quòd si pecuniā recipit, vt falsum renuntiaret,tunc tenetur lege. Corne. de fals.vt in principi.versicu.sed si quis ob renuntiandum,si verò non pecunia corruptus, sed aliâs id fecit, tenetur actione in factum ad interesse:vt. ff.ad leg.Corne.de fal.l.qui nomine prætoris.Sic & in iudice refert.an ferat pretio,vel gratia sententiam:vt.C. quando procur.non est necess.l.venales.quę est secunda quæstione.vj.§.diffinitiua, &.ff.ad treb.l.seruo inuito.cum.§.præ-
17 tor.†Quæro adhuc, an executor possit vim inferre.& quid iuris sit: circa hoc nōt secundum ea, quæ ponit Abbas extrà de priuilegiis capitu.cū olim
18 propter. †Sed nunquid potest teneri

crimin

crimine concussionis: vt. ff. de concus.
l.j.&.ij.quæst.j.eadem.l.&.l.concussio
nis. Dic quòd non obstat hoc, quod re-
tulit se citasse, cùm non citauerit, sed si
occasione sui officij aliquid recepit, tūc
tenetur, vt in præallega. concord. &
xxiij.q.j.c. militare.in fine.

b DOMICILIIS. † Domicilium
19 enim non concluditur ciuitate, sed ma
gis prouincia: vt.l.fin.C.de præscrip.
long. tempo. Domicilium si quidem
quis dicitur habere, vbi maiorem par-
tem fortunarum suarum habet, vnde
cùm recedit, peregrinari videtur: vt.l.
20 ciues.de incol.libro.x. C. † Sed quid
si quis nullo loco habeat domicilium?
Respond. quo ad omnes pro præsen-
te habetur, nam in nullo loco, & in plu
ribus locis potest aliquis habere domi
cilium: vt. ff. ad municipa. l. adsump-
ptio.§. penulti.&.l. eius.§. penulti. eo-
21 dem. † Quis ergo potest dici absens,
vel præsens ratione prouinciæ: vt gl.
in.d.l.fin.C.de præscrip.long. tempo-
22 ris. † Si ergo non sit copia persona-
rum citandarum, sufficit ad earum do-
mum denuntiare citationem.l.j.§.per-
mittit.ff.de lib. agnosc.&.C. de anna.
excep.l.vt perfectius.§.fin.domum ve-
rò accipere debemus hospitium, si in
ciuitate maneant, Quòd si non sit in
ciuitate, sed in villa, vel in municipio,
illic vbi larem matrimonio collocaue
23 runt.d.l.j.§.domum, † collocasse autē
larem dicitur quis, vbi sedes, & tabu-
las, & res suas constituit: vt. ff. de ver-
borum significa.l.in lege, & idem.C.de
incol.l.ciues.libro.x. aliâs aliter acci-
pitur domus: vt.ff.ad legem Iul.de a-
dulte.l.nec in ea.§.ius occidendi, &.ff.
de iniur.l.lex Cornelia.§.domum.

c VICINOS. † Vbi citandorum non
24 habetur copia, sufficit legi per seruien
tem literas, siue commissionem cita-
tionis publicè præsentibus, qui inue-
niuntur: glossa in capitu.bonæ, id est,
versicu.singulares. extrà de electio.&
capitu.ex tuæ.extrà de cleric.non re-
25 sid. † & interrogandi sunt vicini, siue
parochiani si volunt defendere: vt.ff.
ex quibus cau.maio.l.ergo, &.l.iiij. §.
prætor, suprà alleg.ff.de damnoinfec.
26 † Quandiu autem quis copiam sui fa-
cit, non est citandus ad domum, quia
ad citationem ad domum recurritur,
quasi ad vltimum refugium: vt not.
Hostien.in capit.causam, quæ.extrà de
dolo, & contumac.

d ABSENTES. † Quis enim potest
dici absens, qui extrà iudicium est: vt
ff.de damno infect.l.iiij.§.abesse.&.ff.
de fideicommissariis libertati. l. non
tantum.§.abesse, & in authenti.de te-
stamen. §. penultimo, collat. vij. aliâs
quis audiri non potest: vt.ff.de verbo-
rum obligatio. l. prima. in principio.
Tertiò, qui est extrà hortos, vt.ff.de
verborum significatio.l.absentem.&.ff.
de procuratoribus.l.præsens. & glo.in
l.fina.C.de præscriptio.long.temporis.
28 † Sunt autem quinque genera absen-
tiæ. Prima, probabilis, & necessaria, vt
militiæ. Secunda, probabilis tàntùm,
vt studiorum. Tertia, necessaria tan-
tùm, vt in relegato. Quarta, volunta-
ria sine contumacia, vt mercator, vel
alius non contumax. Quinta, vt per
contumaciam. In prima ergo si fuit
quis legitimè defensus, restituitur ad
appellandum: vt.l.fina.ff.de restitutio.
in

in integrum. Si autem non fuit legitimè defensus, vel nullo modo defensus restituitur ad heremodicium, id est ad totam causam : vt.C.de procuratorib. l.qui absente.&.ff.de iudiciis. l.si prætor.in fine.&.C.quibus ex cau.maior. restit.in integr.l.prima.&.ff.eodem.l.si ab hostibus.In secunda scilicet probabili tantùm legitime defensus,ad nihilum restituitur : vt.ff.ex quibus causis maior. l.nec non. &.ff.quando appel-
29 landum sit.l.prima.§.finali. † Non legitimè autem defensus, vel nullo modo defensus, ad appellandum auditur suo iure non per restitutionem : vt.C. quomodo & quando iudex.l.ab eo. vbi autem nullum relinquere procuratorem potuit, vel reliquit, & est defunctus, & tunc in totum restituitur: vt dicta.l.necnon.In tertia verò vbi scilicet necessaria causa tantùm etiam cognita subuenitur : vt si procuratorem non potuit relinquere,vel reliquit,sed mortuus est : vt.ff.quibus cau.maior.l.sed. & si per.§.primo. in fine.&.l.necnon. eodem.&.ff.de iniuriis.l.Papinianus.&
30 sic videtur idem in his duobus. † In quarta vbi non contumaciter, sed voluntariè abest,nec dicitur restitui:quia nec lædi per sententiam potest:vt.ff.de re iudicata.l.de vnoquoque. in quinta. ibi : scilicet contumaciter, si est fictè contumax, auditur appellans : vt.ff.de iudiciis.l.& post.in fine.Si verè contumax, non auditur appellans : vt in authent.de iudiciis.§.audiant.collat.sexta.nisi veniat iudice sedente pro tribunali:vt.l.diuus. ff.de restitutione in
31 integrum. † Verus autem contumax dicitur, qui apertè dicit se non venturum : ad quem sufficiat vna denuntiatio : vt.ff.ex quibus causis in possessionem eatur. l.Fulcinius. §.finali. Fictus verò ille,qui inuenitur, & dicit se venturum. vel nihil dixit, non tamen venit,ad quem debet ter nuntiari:vt.ff.de re iudicata.l.contumacia.§.contumax. Si autem non inuenitur, dicunt quidam non posse fieri cõtumacem, etiam fictè, vt.ff.quæ sententiæ sine appellatio. l.prima. §.item. Contrarium tamen sustinetur:sufficit enim si denuntietur ad domum : vt argumen. C.de annal.exceptio. l.penultima. in fine.& ff.de damno infecto. l.iiij. §.abesse. & glos.in dicta.l.finali.ff.de restitutio.in integrum.

c VT RATIO IVRIS POSCET,
32 constituetur. † Iudex visa productione actorum & omnibus ab vtraque parte productis scripturis, tam eá parte accusatoris, quàm ex parte rei, diligenti considerationе examinatis, interloquendo æstimare solet, & pronuntiare,vtrum in carcerem recipienda sit persona personaliter citata : vel si à primordio, an relaxanda sit, & militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi suæque fidei (si iterum in ius vocetur, denuò comparitura) relinquenda sit. Hoc autem pro criminis, quod obiicitur, qualitate, & perpetrati flagitii circunstantiis reum aggrauantibus, vel etiam eum, pro loco & tempore immunem indicantibus arbitrabitur iudex.Vel etiam hoc propter honorem,aut propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ,vel pro dignitate eius, qui accusatur facere solet:vt.l.prima.ff.de

custod.& exhibitio.reorum.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Annotatio bonorum quando adhibenda.*

2 *Banni termino lapso, indistinctè rei, habentur pro confessis: & tanquam confessi condemnantur.*

3 *Custodes mittuntur ad custodiam bonorum annotatorum, & nu.4.*

5 *Gesta à nuntijs & custodibus bonorum annotatorum, edi debent tabellioni.*

6 *Gesta in publica monumenta translata, perpetuam firmitatem habent. Nec mortem cognitoris perire debet publica fides.*

7 *Fiscus non occupat bona annotata ante annum, de iure. Et quid de consuetudine. numero.8.*

9 *Decedens in reatu, integri status decedit.*

10 *Crimen morte extinguitur: excepto crimine læsæ maiestatis.*

11 *Bona mobilia reorum annotata, venire debent: pretiumq; in deposito esse.*

12 *Rei iam præmeditātes fugam, an possint quid ex bonis alienare & nu.13.*

14 *Bonorum annotatione decreta, ad inuētarium eorum Franciæ consuetudo progreditur.*

15 *Reus, si quam molestiam aut inquietudinem ei fiscus adferat pendente controuersia, est defendendus.*

16 *Nuntijs principis non creditur, sine literis. Et eis volentibus alienis bonis manus adferre, potest quilibet, cuius interest, resistere.*

18 *Notarij, serui conditionales dicuntur. Et quid ita. nu.19.*

20 *Inuentarij bonorum annotatorum forma.*

21 *Notarij pœna, qui fraudulētum officium præstiterit in confectione inuentarij bonorum annotatorum, quæ sit.*

Formula annotationis bonorum absentium & contumacium.

INterim mittuntur viatores custodes a ad domos absentium & fugitiuorum in bonorum præsidium, vt illa obsignent, statuto iudicis ad libellum procuratoris publici præscripto. Quod fit interdum in primo decreto inquisitionum pro delicti magnitudine. Et describuntur b bona per actuarium, aut quæsitorem. Pendente hoc iudiciali calculo cōquerentes possunt persequi ius suum contra dictum Irum, & edictum ab actuario de contumacia accipere, vt manus in eum iniiciantur, & prehendatur. Formula autem eiusmodi edicti erit talis,

CVSTODES. † Post contumaciam triduanam, & adiornamētum ad tres breues dies, de consuetudine, & etiam de iure debent bona reorum absentium annotari, id est saisiri, & poni ad manum regis per iudicem, aut eius seruientum alterum eius mandato ad instantiam fisci: vt.l.j.de offic.procon.Cæsar, sic dicendo:

do: Omnia bona nobilis Desyderii, Anippi, & aliorum absentium pono in banno fisci, nisi venerint infra annum, & hoc de iur. vt. l. j. & l. fin. ff. de requiren. reis. & describuntur bona: vt glo. in dicta. l. prima. De consuetudine autem non dicitur, infra annum, sed tantùm,
2 donec aliter ordinatum fuerit. † Quia elapso termino banni indistinctè rei habentur pro confessis, & tanquàm confessi condemnabuntur: vt Barto. in dicta. l. inter. ff. de publicis iudic. Item prædicta bona obsignantur, id est, sub sigillo ponuntur, ne diminuantur: vt dicta. l. fina. iuncta glo. ff. de requiren. reis. Affert illud Danielis. xiiij. capit. Claude ostium, & signa anulo tuo &c. Et iterum egressi clauserunt ostium, & signantes anulo regis, abierunt, &c.
3 † Item mittuntur etiam custodes, scilicet seruientes ad custodienda bona saisita, siue annotata: ne quid fraudetur, neve debitores tempore liberentur: vt
4 d. l. fina. ff. de requiren. reis. † Ad custodienda enim ea, quæ sine custodia salua esse non possunt, mittendi sunt custodes: vt. l. j. §. idem ait. ibi: item si periculum est, ne interim res vsu capiantur. ff. de vent. in possess. mittend. facit ordinatio regia nouissima hoc anno millesimo. d;9. publicata arti. xxv. circa finem.
5 † Hæc autem omnia gesta debent referri à nuntiis, & seruientibus tabellioni, scilicet graphario, qui hæc redigat in actis coram iudice, vel si tabellio referat iudici hæc facta fuisse, iudex ei iubebit gesta in scriptis testibus appositis, vel non redigere, scilicet facere processum verbalem, vt perpetuam habeant fidem: vt glo. in. l. gesta.
6 C. de re iudicata. † Gesta enim, quæ sunt translata in publica monumenta, perpetuam firmitatẽ habent, nec morte cognitoris perire debet publica fides. vt dicta. l. gesta. & capit. quoniam contra falsam. extrà de probationibus.
7 † Et nota, quòd fiscus non occupat bona, nisi post annum de iure: vt dicta. l. j.
8 & fina. ff. de requirendis reis. † De consuetudine verò occupat ea post adiudicationem tantùm, quo casu irreuocabiliter confiscantur, ita quòd rei posteà superuenientes reperti nocentes puniuntur, innocentes verò absoluuntur, nec propterea bona recuperant: vt dicta. l. j. in fine. ff. de requiren-
9 dis reis. † Si verò intra annum, vel tempora edictorum, & ante condemnationem redierint rei, & post intimationem, id est repręsentationem, obierint, quamuis nondum se purgauerint, ad hæredes proprias res transmittunt: vt l. j. C. de requirendis reis. Nam is, qui in reatu decedit, integri status decedit.
10 † Extinguitur enim crimen morte: excepto crimine læsæ maiestatis: vt. l. fi-
11 na. ff. ad legem Iuliam maiesta. † Quæro, quid si ex bonis annotatis sint aliqua mouentia vel res mobiles reis spectantes? Dic quòd ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, vendi, & vænire debere, pretiúmque eorum in deposito esse, iure sancitum est. Inter mouentia fructus quoque haberi oportet: curãdúmque ne quid his, qui profugerunt, medio tempore à debitoribus eorum soluatur, ne per hoc fuga eorum instruatur: vt. d. l. fin. ff. de requir. reis. & ita de consuetudine obseruatur. & bona glo. in. l. ij. C. si pend.

12 appellatione. † Quæro adhuc, vtrum rei præcedente fuga, aut eorum absentia possint sua bona, aut aliquid ex eis alienare? Respon. quòd de iure canonico vbi inquisitio est incepta contra aliquem criminosum, est ei interdicta potestas vendendi, dandi, infeudandi, seu quomodolibet alienandi bona sua: vt capitu. prælatorum. §. fin. extrà de accusat. De iure verò ciuili ex die commissi criminis læsæ maiestatis, & repetundarum, reus nihil ex bonis suis alienare potest, vt. l. ex iudiciorū. ff. de accusa. vbi glosa enumerat octo alios casus ante litem contestatam.
13 † Sed in alijs casibus nō exceptuatis post litem contestatam, pœna transit ad hæredes, & prohibetur alienatio bonorum: vt gloss. in dicta, l. ex iudiciorum. & ff. de manumissio, l. qui pœna. & facit. ff. de donationibus. l. donationes. §. fina. & l. post contractum, & C. ad legem Iuliā maiestatis lege fina. & ff. qui & à quibus. l. quæsitum.

b DESCRIBITVR. † Bonis reorū
14 annotatis de consuetudine, & communi obseruantia regni Franciæ, proceditur ad confectionem inuentarij bonorum, Ita tenent gl. in. l. j. ff. de requirendis reis. De iure verò ante condemnationem, & confiscationem, & controuersia pendente, non debet fieri inuentarium.
15 † Verùm defensionis facultas danda est, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert: & interim facultates eorundem adhuc controuersia pendente, inquietari, describique fas non est, sed tunc demum res persequi licet, & super modo facultatum ac rerū interrogationem haberi: quæ per conditionales seruos, scilicet notarios inuestiganda est: vt lege defensionis facultas. & l. prohibitum, de iure fisci, libro decimo. C. vbi dicit text. prohibitum est cuiuscunque bona, qui fisco locum fecisse æstimabitur, capi, priusquàm à nobis forma fuerit data. Et vt omni prouisionis genere occursum sit, Cæsarianis scilicet officialib. fisci sancimus licere vniuersis, quorum interest, obijcere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint, qui succubuerint legibus: quia
16 † nuntijs principis non creditur sine literis. Et ipsis volētibus aliorum bona in manus capere, quilibet, cuius interest, potest de facto resistere: vt in authen. vt nulli iudic. §.
17 fin. † Et sic officialibus principis resistitur, si excedant in suo officio. Ad qđ C. de appel. l. quoniam. & l. deuotum, de meta. & epide. libro. xij. C. & l. j. quando lic. vnic. sine iudic. se vindic.
18 † Inuentarium ergo conficiendum est per notarios, qui serui conditionales vocantur: vt dicta. l. defensionis, & . ff.
19 de adoptio. l. non aliter. † Conditionales ideò vocantur, quia hominum conditiones, & contractus faciunt: vt. C. qui potio. in pignor. habean. l. scriptu-
20 ras, & C. de pigno. l. si tibi. † Inuentarij autem forma fit secūdum tenorem legis si quis intra. C. de bonis proscri. vbi dicitur, si quis intra prouinciam pro qualitate delicti sententiam proscriptionis, scilicet cōfiscationis, incurrerit, per ordinarij officij sollicitudinem, bonorum eius indago diligentissimè celebretur, ne quid priuatæ rei commodis per gratiam, atque colludiū furto subducatur, & plena descriptio compre

compre

comprehendat. Quod spatium est, & quot sit rus iugerum, quid autem cultum sit, aut colatur, quid in vineis, oliuis, aratorijs, pascuis syluis fuerit inuentum. Quæ etiam gratia, & quæ amœnitas sit locorum: quis in edificijs, & possessiōibus sit ornatus, queve mācipia in prædijs occupatis: vel rustica: vel quarum artium generibus imbuta teneantur, Quot sint censuarij vel coloni Quot boum exercitijs terram, atque vomeribus instruentium. Quot pecorum, atque armentorum greges, & in qua diuersitate sunt dinumerati. Quātum auri, & argenti, vestium ac monilium, vel in specie, vel in pondere, & in quibus speciebus. Quidve in apothecis sit repertum. Tunc demum omnia ea, quæ velle nos perspicis, inquisitione conscripta rationalis rei priuatæ tradantur officio aut palatinis super hac causa missis, nostro nectenda patrimonio. Mox verò ad nos sub literis publi. sigillatim de omnibus nominatimque referatur, proculdubio negligētia mul-
21 ctanda.† Nam si quid post factam à prædicto officio inuestigationem rationalis rei priuatæ, cui inquisitio secunda mandata est, amplius fortassis inuenerit, officium fraudulentum ea condemnatione ferietur: vt aliud tantum, quantum fuerat subtractum, ex proprijs facultatibus inferatur. &. ff. de censi. l. forma. &. C. de apo. publi. l. j. & l. fi. de bo. vac. lib. x. C.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Mandatum continere debet nomen consulis seu Iudicis.*

2 *Effectus inducuntur per salutationem & benedictionem.*

3 *Captus in loco sacro, restituendus est pristinæ libertati, tanquàm non ritè captus.*

4 *Captus in loco sacro, & restitutus, an iterum per eundam capi possit.*

5 *Nuntij seu officiales iudicum decreta qui tenentur.*

6 *Nuntij seu officiales, vice asini funguntur. & numero. 7.*

8 *Nuntij seu officiales, baiuli dicuntur apud Tuscos.*

9 *Nuntij seu officiales nullam per se iurisdictionem habent. Et qualiter delinquentes puniantur. ibid. & nu. 10.*

11 *Ecclesiarum immunitate qui priuentur. & numero. 12.*

13 *Proditio, auget delictum.*

14 *Veneno quem necare, grauius est, quàm gladio interimere Venenum verò, est proditoris species.*

15 *Ecclesiæ loca contigua & adiacentia, siue ab ea dependentia, an immunitate gaudeant.*

16 *Sacramentum altaris, immunitatem adfert.*

17 *Christi corpus praferēdū est corpori ecclesiæ.*

19 *Citatio fieri potest etiam in ecclesia.*

20 *Mandatum seu rescriptum sine die & consule, non valet.*

21 *Sigillum quod dicatur authenticū: quod faciat fidem. & nu. 22. 23. & 24.*

25 *Sigillum authenticum gerit vicem publici instrumenti.*

25 *Litera sigillata, quando fidem faciant.*

27 *Sigilli ratione an possit quicquam exigi à partibus per nuntios & apparitores.*

28 *Instrumentum publicum, notarij manu subsignandum.*

29 *Iudicis ordinarij literis credendum, donec contrarium probetur.*

30 *Literis Regis standum, donec contrariū probetur*

betur. præsumuntur enim vera, donec de re secus constet nu. 31. 34.

32 *Principi nihil nisi iustum & verum placere præsumitur.*

33 *Principis actus pendet à iustitia & fori.*

35 *Notarij instrumento standum, donec contrarium constet. Et num eius etiam dicto. nu. 37.*

36 *Instrumentum, est probatio probata. Et quid idipsum. nu. 38.*

Edicti Formula.

VNiuersis præsentes
literas inspecturis
a Ioãnes Vlpianus,[a]
legum candidatus
in supremo consessu aduoca-
b tus præpositus. Salutem.[b] No
tum facimus, quòd quum ad
hanc diẽ. xviij. mensis Octob.
M.D.XL. citatus fuisset ad
causam ore proprio dicẽdam
Andræas Irus cerdo Parisi-
nus, per Matthæum Caron-
ta, viatorem dictæ præpositu-
ræ, eũ alloquendo in suis ędi-
bus, præsentibus Medardo
Coruo, & Marcello Asino, te
stibus vocatis, virtute certi ma
dati de ea re scripti & impetra
ti ab Antonia Diana vidua,
&c. & alijs conquerentibus. &
cętera. & procuratore fisci no
mine domini, vt per se respon
deret, ac iuri satisfaceret: pro-
pterea quòd per inquisitiones
contra eum, & eius socios no-
stro decreto factas, postulãti-
bus ac instantibus dictis con-
querẽtibus, is Andræas Irus
necis obnoxius esset, aut saltẽ
omnino non careret suspicio-
ne, qui pręsens interfuerat ho
micidio defunctorũ Ioannis
Pluti, magistri Chrysostomi
Crassi in palatio Lutetiano
aduocati, Iuliani Xenij, &
vulneribus illatis Dionysio
Dauo eodẽ conflictu, ac opem
præstitisset. Ad quã diem ma-
gister Claudius Cantiuncula
procurator dictorũ cõqueren
tium, & procurator fisci vene
runt, & adfuerunt in iudicio
corã nobis contra dictũ Irum
absentem & cõtumacem: qui
nec ipse, nec quisquam alius
pro eo comparuit, Ideò absen
tem, & contumacẽ illum pro-
nuntiauimus, palàm vocatum
per Ioannem Harpium appa
ritorem nostrum solito more.
Itaque dictis conquerentibus
contumaciam, atque eremodi
cium postulantibus, vi cuius
dictus Irus prehẽderetur pro

vsu,

vsu, consuetudine, stylo communiter omnibus obseruato dictæ præpositurae, concedimus, & edicimus edicto legitimo eremodicium esse cōtractum aduersus dictum contumacem ratione cuius statuimus, ac iubemus illum ex-
c tra locum sacrum [c] prehendi, & traduci ad carceres dictæ præpositurae: vt interrogetur, per se coram respondeat dictis inquisitionibus apud acta prælatis, iurique stet. Qui si minus prehendi poterit, citabitur tribus denuntiationibus vno contextu factis ad nomenclaturam actuarij dictæ præpositurae pœna æris, corporis. Propterea à primo
d viatori [d] huiusce ditionis rogato mandamus, quatenus instabunt dicti conquerentes, & procurator Regis, dictum Andræam Irum prehendat, vbicunque eum prehendere poterit, extra tamen locum
e sacrum, [e] & vinctum perducat ad nostros carceres, causis superioribus recitatis.
Quòd si prehendere non po-
f terit, citet eum [f] trinundino die, simili pœna æris & corporis: cuius rei exequendæ potestatem facimus, iusque damus, Mandamus autem, & iubemus, ad quos attinebit, alios dicto viatori id exequēti parere rogantes. Datum
g anno & die [g] quibus suprà. In cuius rei testimonium, si-
h gillum [h] dictæ præpositurae his pręsentibus curauimus affigendum.

i Sic signatum. Neapolin [i].

Virtute huius edicti Hugo Asebus viator dictæ præpositurae, cui commissum fuerat eiusmodi rescriptum, decimanona nouembris. M. D. XL. prehendit dictum Andręam Irum, quem quum ligatū teneret, & adduceret in carceres, nonnulli alij cerdones Parisienses eripuerunt, & vi exemerunt è manibus, & vinculis dicti viatoris, vt plerunque fieri solet. Ideò dictus viator citauit dictū Irum vna denuntiatione pro tribus, rēque omnē renuntiat actuario, qui ad acta ad hūc modū refert.

Die.xx.Mensis Nouem-
bris M.D.XL.

a IOANNES VLPIANVS.† In mã
1 dato debet apponi nomen consulis.
lege si qua beneficia. C. de diuers.
rescriptis.

b SALVTEM.†Per salutationem, &
2 benedictionem inducuntur effectus, vt
in proœ.vj.& multos not. Rebuffus in
in forma mandato.in gloss. salutem.in
concorda.

c EXTRA LOCVM SACRVM.
3 †Quia si caperetur in loco sacro captura,non esset ritè facta. Ideò captus, pristinæ libertati restitui deberet. Bar. in l.præsenti.C.de his,qui ad eccle.con fug.per id, quod habetur in l. prima & ij.ff. de liber.homi. exhib. quod placet Panormi.in c. inter alia. de immunita. eccle. Pro quo dicit esse text.in cap.miror. decimaseptima quæstione quarta.
4 Et taliter debet relaxari, † vt non possit per relaxantem de facili iterum capi.no.Barto.in l.j.§.j.per illum text. cũ sequen.ff.de acqui.re.do.

d PRIMO VIATORI.†Mandatur reus hic capi ad corpus per seruientem istis nuntiis prætorum seu potestatum terrarum, mandantur exequi decreta iudicum. Et licet hi officiales non sint subiecti iudici,pro veritate tamen suæ præsunt voluntati, quibus si quidem permittere non debet subiectos prouinciales impellere authenti. de mandat. princip.§.præcipuè verò.collat. tertia. & dicit Bald.in cap.grauis.numero decimonono. in fine extrà de restitutione
6 spoliatorum.†quod ipse nuntii fungun tur vice asini, qui sedentem super sel-
7 lam magistrum portant. † Et ista asina deportatio competit viatoribus nun-
8 tiis.vt.ff. de iudiciis. l. fin. † Hinc est, quod in vulgari Tuscorum isti vocan tur bauli,à baiulo,absque eo,quod habeant aliquam authoritatem iurisdictionis,vt l.is cui.§.missum.ff.vt in pos
9 sessionem legat. † Et ita neque de iure neque de consuetudine aliqualem habent iurisdictionem, vt tenet Ioannes Faber in l.& si non cognitio,sed executio.& ibi Iason. C.si contra ius vel vtilitatem publicam, vbi dicit idem Faber. quòd curia Franciæ ita obseruat, quod si dicti executores,scilicet seruien tes in eorum delinquant officio debent de stylo curiæ Franciæ, remitti ad eorum iudices puniendi, vt d. Ioan. Faber.in lege quod promulgatis.C.de of-
10 fic.præfect.vrb. † Qualiter autem puniantur dicti seruientes,siue nuntii publici, qui falsum retulerunt, decidit Bald.in cap.fin.de dolo & contuma.extrà.& in authen.de armis.

e EXTRA TAMEN LOCVM SA
11 crum.† Ista est regula.c. inter alia, de immunita.eccle.vbi est tex.distinguens aut fugiens ad ecclesiam causa immunitatis,est liber,aut seruus, vt videre licet.Et ibi excipiuntur duo casus ab ipsa regula:videlicet, quando est publicus latro fugiens,vel nocturnus depopulator agrorum, Aliam exceptionem vide in capitulo finali. eodem titulo. videlicet, qui sub spe immunitatis in eccle.vel cœmeteriis delinquunt, quia tales immunitate non gaudent,quia ea se fecerunt indignos,& eo præsidio. Et ideò si fuerunt stulti in culpa, sint sapientes in pœna,dicit ibi gloss.fi. idem dic,

dic, si fuerit delictum commissum prope ecclesiam, vel cœmeterium, quia quod prope est, in hortis est. Est quædam præsumptio iuris, quòd in in loco proximo delictum perpetrauit spe immunitatis, aliàs non perpetraturus dicto cap. fina. intellige etiam de ecclesia nondum consecrata cap. penulti. de im munita. eccle. quia dicit ibi textus, obsequiis domus dedicata nullis est ausibus temerariis profananda. Istud dic probari per text. in dicto capitulo fin. inquantum loquitur de cœmenteriis, quæ non consecrantur, & tamen in eis
12 est immunitas. † Quartam exceptionem habes in regula in capitulo primo de homicid. cuius sunt verba, si qui, per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari meo euelles eũ, vt moriatur. [illegible] dic per insidias, id est, proditoriè, quod est, quando aliud gerit animo, quàm quod gerit in actu, vt l. fina. de delat. libro. x. C. & aliud mente gerit. vt not. in l. prima. ff. de præuarica. & in l. prima. ff. ad Iulia. maiesta. Bartol. in l. respiciendum. §. delinquunt ff. de pœnis vt si veniens tecum tanquam socius, in itinere te percutit. Ita declarat Petr. de Anchara. in dicto ca-
13 pitulo primo. † Et potest esse ratio, quia propter illam proditionem delictum est grauius, vt probatur in l. prima. C. de malefi. & mathemat. vbi grauius est necare hominem veneno, quàm gla-
14 dio, † & venenare est species proditionis: vt inquit Ioan. Butr. & Bald. in l. nemo. C. de summa trinita. Bald. & Salyce. in l. cùm fratrem. C. de his, quibus vt indi. Pro hac exceptione attende de ea, quæ tradit Alexan. in consilio. cxlv. numero. vj. viso themate. volu. vij. vbi
15 tractat quæstionem, † an domus monasterii, putà dormitorium & huiusmodi habitacula, dicantur habere priuilegiũ immunitatis huiusmodi? & decidit illud
16 multipliciter, firmando quòd sic. † Si quæras, an dabilis sit immunitas aliis in locis? dic quòd sic pone, quidam flagitiosus, qui mortem meruit, confugit ad sacramentum altaris, dum portatur in via. Ille gaudebit immunitate, perinde ac si esset in ecclesia, quia nihil est maius hoc sacrificio, & nullum habet ecclesia priuilegium, nisi ob honorem Dei multò fortius & ipse Deus vt authen. multò magis. C. de sacrosanctis ec
17 clesi. † Corpus enim Christi, est corpori eccle. præferendum. Ioan. Faber in fi. de his, qui sunt sui. in insti.

f CITET EVM. † Quia qui in ec-
18 clesia est, potest citari l. præsenti. C. de his, qui ad eccle. confug. vbi vide remis siuè apostillam ad Bar.

g ANNO ET DIE. † Hîc ponitur
19 data anni & diei quia mandatum siue rescriptum sine die & consule, non valet, vt l. si qua beneficia. C. de diuers. rescrip. & gloss. in c. quoniam contra falsam, extrà de prob.

h SIGILLVM. † Mandatum siue
20 rescriptum authenticum alicuius firmitatis robur habere non videtur nisi factum fuerit per manum publicam. Ita quòd adpareat publicum, aut authenticum sigillum habeat, per quod possit probari: vt capitulo secundo. extrà de
21 fide instrumen. † Sigillum autem dicitur authenticum, quando est sigillum alicuius principis secularis, cui creditur de consuetudine, vt gloss. in dicto

capitulo secundo. extrà de fide instru.
22 & c. cùm dilectus. eodem. † Sigillum etiam alicuius iudicis facit fidem: vt xcviij.dist.c.primo.& secundo.& argu. decimononæ quæstionis tertiæ capit. statuimus.&.ff.de custo.& exhi.reorum. l.diuus ibi,& interrogationes literis in clusas,atq; obsignatas ad cognitionem
23 magistratus mittant.† Item dicitur authenticum sigillum episcopi,& ei creditur,quandiu contrarium non ostenditur: vt extrà de probatio. cap. post ces-
24 sionem.† Item sigillum capituli vt extra de procur.c.iij.&.lxxiij.distin. c. in
25 nomine patris.in fin. † Habet igitur sigillum vicem publici instrumenti: vt gloss.in dicto capitulo post cessionem. Vide quæ de sigillo latè scribit Bertachinus de firmino in tractatu de episc. in tertio libro.collat.v. & sequentibus.
26 † Et quando literæ sigillatæ faciant fidem,attende ad Soci.consilio.cxx.coll. vij.cùm in præsenti. & latius in consil. cclviij.in causa vicariæ.Alexan.in consilio clem.in causa appellationis, volu. quinto & consilio.xxxvj.versicu.tertio quia non est probatum incipiente, læ-
27 tatus sum. volum.vij.† Si autem quæras,an ratione sigilli possit aliquid exigi à partibus? Dic quòd sic, pro quo clementi. ij. de elect. vide Petrum de Anchara.consi.ccviij.iuxta.ordinem.

1 SIGNATVM NEAPOLI.

28 † Scriptum publicum dici non potest, nisi per subscriptionem; scilicet per manum publicam,id est per notarium, scilicet tabellionis factum vt in authenti.de instrumen.caut.& fi.§. sed & si instrumentum,&.§.seq.collat.vj.cap.quoniam contra,extrà de probatio. iuncta
29 glo.† Literis ergo iudicis ordinarii standum est, donec probetur contrarium, vt dicto c. post cessionem iuncta gloss. extrà de probat. dummodo ostendatur originale: aliàs exemplo non crederetur.authé. si quis in aliquo documento, C.de eden.& l.sancimus.C.de diue.resc. & glo.in l.sicut iniquum. C. de fide in-
30 strument.† Item standum est equidem à fortiori literis principis, quia plus valet testimonium regis, quàm notarii, dicit Andræ.de Ysern.in cap. sancimus ad fi.princip.quo tempore miles. & idé meminit Iason.in consi. lxv. Henricus
31 volum.iij.† Ea quidem quæ continentur in literis princi.præsumuntur vera donec contrarium probetur, etiam si non dependeant ex facto principis, vt not.Pau.de Castr.in consil.ccccxxxvij.
32 in fin. in quæstione part[illegible]ima. † Ratio,quia non præsumitur aliquid placere principi,nisi iustum, & verum.
33 † Cuius nempe actus principis regulatur à iustitia poli,& fori:& no.Neapo-
34 li.decis.cceiij.nu.xl.catholica.† præsumendum est,quòd literæ regiæ processerint de iustitia: iuxta not. in c. quæ
35 in ecclesiarum.de constitu. † Præmissa extende ad instrumentum notarii: vt illi stetur, donec contrarium probetur Quod probat Alexand.in consi.xcviij. breuiter.volumine.j.Deci. consi.ccccliij.nu.vij.in causa.Bald.post text. in l. cùm precib. C. de prob. idem Deci. in consil. cccclxxxvij. coram magnifi. & consi.cccclxxxviij. nu.j.in causa & lite,
36 vbi subdit, † quòd Instrumentum est probatio probata,& probat illud, quod cantat.not.Angel. in l. interest. in vltimo.C.de sol.Ias.in consi.cxxxvij.nu. v. in

37 In causa.volumi.iiij. vbi subdit, † quo ad rogatum notarii, si à duabus partibus fuerit rogatus, & id ipse notarius afferat, eidem creditur.§. nos autem.cũ gloss.in authen.de tabel. collat. quarta

38 † Et dic, quòd est probata id est habet probationem paratam per qua facillimè præcluditur via aduersario excogitandi probationes falsas. gloss. not. vbi Ang.& Alexand.in l.ita tamen.§.si pater.ff.ad Treb.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Graphario asseuerante reum citatum, nuntio negãte, vtri potius credendum & nu.2.*

3 *Graphario acta scribenti maior fides adhibetur, quàm iudici.*

4 *Nuntio seu officiali creditur in his duntaxat quæ ad eius officium & functionem pertinent & quid in magnis & præiudicialibus.nu.5.*

6 *Nuntius duos mittere ad citandum reum, consultius esse.*

7 *Nũtius seu executor, nullã habet iurisdictionẽ.*

8 *Franciæ consuetudo circa nuntium delinquentem in suo officio.*

9 *Captum eripientes è manibus nuntiorum seu officialium, ad quid teneantur. & nu.11.*

10 *Captum eripientes è manibus officialium, non eo obligatione & debito illum soluunt.*

12 *Lege iulia de vi priuata, tenẽtur, qui impediunt quem vocari in ius.*

13 *Legis iuliæ de vi priuata. pœna est tertiæ partis bonorum ademptio, Dignitatis etiam & famæ.nu.14.*

15 *Legis iuliæ de vi publica, pœna quæ sit.*

16 *Condemnatum ad mortem eripiẽs è manibus familiæ lege, iulia maiestatis tenetur.*

17 *In ius vocans, quem non debuit nũ delinquat. Et quid si illũ quis è manibus familiæ capiat.*

28 *Defendere se an licitè possit, qui mandatur licitè capi. Et num vicinorum vti auxilio. nu. 19.20.21.& .25.*

22 *Iudici modum excedenti, & iniquè exequenti potest licitè resisti. & nu.24.*

23 *Iudicis et officij imperitia, nõ debet parti obesse.*

26 *Executori seu nuntio in dubio est obediendum nisi constet actum esse nullum.*

27 *Iudici iustè officium exequenti resisti non potest & quid ita.nu.28.*

29 *Rei resistentes nuntio seu executori, si fortè occidantur, impunè fit nec de eorum morte accusatio admittitur. modò nõ potuerit secus illos viuos apprehendere.nu.30.*

31 *Nuntio seu executori assereti reum sibi ereptũ an credendum. & nu.32.*

33 *Verba sunt accipienda cum effectu.*

34 *Conatus an & qualiter puniatur in volente eripere captum è manibus familiæ.*

35 *Franciæ consuetudo non punit animum, nisi sequatur effectus.*

36 *Pœnæ personales requirunt actum consummatum, minores non item.*

37 *Homicidij delictum, vnde primùm incipiat.*

38 *Actus verbi, item actus facti remotus, minus punitur.*

39 *Affectus non punitur in leuioribus, nisi sequuto effectu. Limit.nu.40.*

Interlo.ob contuma.formula.

a Itatus [a] ad hunc diẽ Andræas Irus certo ab Hugone asello, viatore huiusce sedis, cum alloquente ad recitationem actuarii tribus contractoribus denuntiationibus, siue ad tres breues dies, quorum

rum hic primus,& duo alii sequentes, virtute certi rescripti decreti super certis criminibus,& inquisitionibus contra illum,& illius socios,ac participes apud acta prolatis ad postulationem & supplicationem Antoniæ Dianæ,reliquorumque conquerentium, procuratoris quàm regis super cæde defunctorum & vulneribus Dionysii Daui, quorum reus est, & obnoxius idem Andræas Irus: ratione quorum hinc migrauit ereptus,& exemptus[b] à manibus dicti Hugonis viatoris, auxilio aliorũ cerdonum Parisiensi. contra dictam Dianam, & reliquos conquerentes, & procuratorem fisci dictæ præpositurae iunctum, vt, talibus criminationibus, postulationibus, petitionibus, intentionibus dictorum conquerentium & dicti procuratoris fisci, & quas contra eundem quilibet illorum proponere & intendere voluerit, iuri stet, per se respondeat dictis quæstionibus apud acta prolatis. Huius citationis Ioanne Titio, Thoma Sticho præpositurae viatoribus, & aliis testibus adhibitis.

Vltimo trium dierum peruulgata ex recitatione actuarii citatione delatores aut eorum procurator & fisci postulant contumaciam pronuntiari absolutam, eremodicumque contractum aduersus dictum Irum. Sed magister Antonius Galbula procurator dicti Iri iustam impedimenti causam adfert, affirmans illum in lecto decumbentem in extremis laborare. Ad hæc sistit Simonem Demeam, qui confirmet,& iuret eum tam graui æstuare febri, vt de salute omnes desperent: seque ab Iro missum, vt excusaretur. Tunc iudex edicit contractam esse contumaciam cum hac exceptione, si non laboret,& valeat, Et enim indulget, vt si doceatur de valetudine, circumducatur edictum quod editur à scriba ad hunc prope modum.

a 1 CITATVS. Hic refert grapharius reum citatum fuisse per seruientem.† Quid autem si seru

si seruiens negaret retulisse graphario citasse reum.cui illorum sit potius credendum nuntio,vel graphario? Aut si reus negat se fuisse citatum,quem seruiés refert citatum? Respód.quòd tria sunt attendenda,Nam quandoque est contentio inter partem & nuntium,seu seruientem inter nuntium & graphariam,quia nuntius negat retulisse. Et nihilominus grapharius scripsit nuntium retulisse. Quandoq; est contentio inter partem,& nuntium, non super nuda citatióe,sed super verbis prolatis citato. Primo casu concludit Ioannes Andræ.super Spec.in titu.de citatione.§.sequitur,Versic.sed nũquid crederetur, quod secundum qualitatem personarum,& quantitatem præiudicii iudex arbitrabitur. Nam quandóq; potius creditur simplici assertioni partis,quàm verbo nuntii:vt putà,quia nũtius est vilis persona,& pars est indignitate constituta & laudabilis vitæ Quandoq; exiget iuramentum contra assertionem nuntii,quandoque plenam probationem.Et hæc dicta communiter tenentur,& facit à contrario:capit. ad audientiam,extrà de præscrip.& idé Ioan.Andræ.in dicto capit.cùm parati,extrà de appella.& Saly.in.l.tres denuntiationes.C. quomodo & quando

2 iudex.†Secundo casu principali communis conclusio est hæc, vt inspecta qualitate & graphari & nuntii, iudex arbitretur,cui sit magis credendum:vt not.Cyn.in l.si quis decurio.in fine.C. de fals.& Barto.in extrauagan.ad reprimendum,in versicu. per nuntium. Si autem grapharius est suspectus ex anteà gestis,& contra grapharium est assertio nuntii non crederetur graphario sed nuntió.Sed cessante præsumptione contra grapharium, magis crederetur scripturæ ipsius graphari, quàm

3 nuntio.Nam plus creditur graphario acta scribenti seu scripturæ ipsius graphari,quàm iudici:cùm ipse grapharius sit iuratus ad hoc.vt capitu. quoniam contra falsam. extrà de probat.

4 †Tertiò, non creditur nuntio super verbis prolatis à citato:vt si referat citatum dixisse se non venturum,vel ꝙ illi iniuriam intulit:quia nuntio tantũ creditur in his,quæ spectant ad eius officium:quod versatur circa citationem non autem in aliis:vt nota.gloss.in dicto capitul.cùm parati,extrà de appella.& leg.magis puto.§.illud.ff.de rebus eorum.& leg.prima.§.sanè.ff.de offici. præfect.vrbis. dum tamen nuntii portent literas eius,quod asserũt se in mãdatis habere:vt capitul. prudentiã. extrà de officio delega.Bald.in dicta leg.

5 magis puto.§.ne tamé,dicit.† quòd creditur nuntio,quando facit aliquid circa naturam sui officii in modicis, sed in magnis,& præiudicialibus non creditur:vt idem Bald.in dicto capit. cùm parati,extrà de appellatio.Barto.in dicta extrauagan.ad repriméndum.in verbo:per nuntium,dicit secundum Spe-

6 culato.quòd†cautela esset,semper mittere duos nuntios: vt in ore duorum, aut trium stet omne verbum:vt capit. in nomine domini, extrà de testibus.

7 †Vtrum autem dictus núntius,& executor habeat aliquam iurisdictionem? dic quòd non.nec de viribus causæ cognoscit,nec pronuntiat,nec pronuntiatum valet:vt.l.sicut proponis.C.de exe

cutio.

ǫutio.rei iudi.& Ioan.Fabr.in leg. & si non cognitio.C.si contra ius vel vtilita.public,& Boër.in suis commenta.cō suetudi.in.§.xv.in gloss.in verbo:& hu
8 iusmodi.†Vnde si talis executor,& seruiens in suo delinquat officio,debet de stylo curiæ Franciæ remitti ad eius iudicem puniendus: vt Boër:in.d.glos.in verb.vnde si tales.& Ioan.Fabr.in.leg. quod promulgatis.C.de offici. præfecti vrbis & hæc nota. quia quotidie accidunt.

b Ereptvs, et exemptvs. †Eri
9 piunt,& eximunt nonnulli per raptum comprehensos reos à manibus familię, scilicet seruientium,quo casu tenentur ciuiliter, quo ad interesse priuatum actione in factum, inquantum actor æstimauerit per iusiurandum suum: vt l.si per alium.§.in eum.ff.nequis eum, qui in ius vocatus.est,vi exi.& in singu
10 los datur actio.†Et nihilominus manet,qui exemptus est,obligatus,nec liberant exemptum:quia pœnam suam solum.vt dicta.l.si per alium.§.hoc iudicium.l.fin.ff.eod.&.l. tertia de exac. tribut.libro decimo.C.&.l.sed eximendi.ff.ne quis eum,& leg.consiliarios,C. de assesso.& domesti.& gloss.in.§. pœ-
11 nales institu.de actio.†Quo autem ad interesse publicum, scilicet fisci, eximens verberatur & in exilium mittitur:vt leg.si quis in hoc genus.& authentic.sed nouo iure.ibi posita. de episcop.& cleric.Et.C.de his, qui latroni. vel aliis crimi.reos occulta leg. prima.
12 & secunda.†Quòd si cœtum & concursum fecisse dicantur,quominus quis in iudicium produceretur.leg.iu.de vi priuata,crimen commiserunt. vt. l. legis. ff.ad leg.Iuliā de vi priua.&.l.lege. ff.
13 ad leg.Iuliā de vi public. †cuius legis Iul.de vi priuata pœna, ademptio est tertiæ partis bonorum: vt.l.tutoris. C.
14 ad leg.Iuliā de vi priua. † Est etiam emissio dignitatis,& famæ: vt.l. prima. vt.ff.eo & gloss.in capitu. secundo ex-
15 tra de ordine cogn.†pœna etiam legis Iul.de vi pub.est aquæ & ignis interdictio, & deportatio,& omnium bonorū publicatio: vt insti.de publ.iudic.§. itē
16 lex Iul. † Quando autem quis eripit aliquem condemnatum ad mortem, tenetur l.Iul.maiest.vt.l.cuiusque. ff. ad leg.Iul.maiest.& leg.addicto. C.de ap. &.l.addictos.C.de epi.audien.& Barto. in.leg.legis.ff.ad.leg.Iul.de vi priua.& amplè Par.de put.in tract.de syn. ver-
17 bo.rectores, nume. quarto. † Quæro, quid si delinquat,qui in ius vocat, quia non debuit in ius vocare quem vocauit,an delinquat, qui eximit vocatum in ius?dic quòd non: vt.leg.prima.ff.ne quis eum,qui in ius vocan. Nam cùm vterque contra edictum faciat,& libertus qui patronum vocat,& is, qui patronum vi exemit,deteriore tamen loco libertus est,qui in simili delicto petitoris partes sustinet. Eadem æquitas est in eo,qui alio,quam quò debuerat, in ius vocabatur.sed & fortius dicendum est non videri vi eximi eum, cui sit ius ibi non conueniri,cùm iudex sit sibi incompetens: vt.l.ij.ff.ne quis eum
18 qui &c.† Si quis etiam illicitè mandatur capi,potest se defendere, vbi officialis excedit modum in exequendo,& potest euadere manus familiæ.Nec dicitur in hoc resistere,sed defendere se: vt.l.j.§.si ideò.ff.ne vis fiat ei, qui &c.

&.l.

&.l.j.§.Offidius.ne quis eum,qui &c.
19 †Et potest reus conuocare amicos, & vicinos ad resistendum:vt.l.prohibitũ. ff.de iure fisci,&.l.contra.de execu.lib.
20 xij.C.†maximè,vbi executio est irretractabilis:per.d.l.j.§.fin.ff.ne quis eũ &c.Et talis,cui infertur violentia, po-
21 test clamare conuocatis amicis:succurrite,succurrite:vt.l.prætor ait.§.si quis aduentu.ff.vi bono.rapto.& Bar.in.l.si
22 quis in seruitute.in fi.ff.de fur.†Iudici etiam modum excedenti,& iniquè agẽti exequendo.& hoc si manifestè constet,resisti potest:vt.l.deuotum.de meta.lib.duodecimo.C.& gl.in dicta.l.prohibitum.vbi dicitur,quòd officialibus, scilicet iudicibus principis resistitur,si excedant in suo officio.Ad quod.C.de appellationibus.l.quoniam.&.C. quando liceat vnicuique sine iudic.lege pri
23 ma.Ratio enim est,quia†iudicis,& officii imperitia partibus obesse non debet:sic.ff.ad.l.Aquil.l.qua actione.§.fina.&.l.sequen.&.ff.de offic.præsid.l.illicitas.§.sicut.†Pertinaciæ siquidem sui iudicis resistere libera cuilibet resistendi permittitur facultas,siue sit officialis subditus:vt.l.omnes.de decurio. libro decimo.C.siue priuatus.glo. ibidẽ
25 & dicta.l.prohibitum,&.l.deuotũ. † Si verò iniuria possit reparari ciuili modo sine armis,non potest resisti iudici siue executori:vt Barto.& Cyn.in.l. ab executore.C.quorum appellation. non recipiunt.†Et ideò nisi manifestè constet actum esse nullum, in illo dubio obediendum est executori,vt.ff.de in-
27 iur.l.nec magistratus.†Vnde iudex quãdo officium iustè exercet,non potest sibi resistit:vt.l.milites agrum.§. irreue-
28 rens.ff.de re milita.†Nam semper prẹsumitur, quòd vigore officii faciat.l. prætor.§.si publicanus. ff.vi bonorum raptorum. maximè, quando facit ea, quæ sine iurisdictione exerceri non possunt:argumen.l.pro hærede.ff.de acqui ren.hære.& glo.in.d.l.omnes. Quando igitur rei,qui licitè mandantur capi,se defendunt,& in certamine occiduntur à familia,seu seruientibus,impunè occiduntur,nec tenentur occidentes: nec super hoc debet recipi accusatio, vt lege si seruus.de his,qui ad ecclesi. con-
30 fug.& ibi Bartolus. † Si tamen familia possit eos resistentes capere,sine vulnere,& commodè,& sine offensa, non debet illos offendere:& si offendat, tenetur.vt lege quemadmodum.§.magistratus.ff.ad legem Aquiliã.& leg.con-
31 tinet. ff. quod metus causa. † Quæro,an credendum sit nuntio asserenti reum sibi exemptum fuisse? Dic quòd non:quia non est credendum nuntio, si etiam referret citatum dixisse se non venturum,vel quòd citatus intulit illi iniuriam,vel quòd ereptus fuit à manibus eius:secundum Ioannem Andrẹ. in Speculato.in titulo de citatio.§. primo in princip.& mouetur hac ratione,quòd nuntio non creditur, nisi circa officium,quod versatur circa citationem,& relationem citationis. Non ergo est credendum illi in alius. Nec potest dici, quòd fuit annexa citationi: quia citatio valet & est perfecta, quantuncunque citatus nihil dixerit. & pro hoc vide text.singul. cum gloss. in capi.venerabilibus.§.secus,de sententia excommunica.libro.vj.& gl. quam sequitur Barto.in.l.ex consensu,in fin. ff.de

ff.de iudic.& Abb.Panor.in.c.cùm pa-
32 rati.extrà de appellat.† Debet ergo inquiri super ereptione, & exemptione rei, prius, quàm nuntio credatur: vt.l.si per alium.§.docere. ff.ne quis eum, qui in ius &c. ibi: autem docere debet quis per hanc exemptionem factum, quo minus in ius produceretur. Cæterùm, si nihilominus productus est, cessat
33 pœna: † quoniam verba cum effectu sunt accipienda: vt.d.l.§.docere. vide plenè de ista materia, vt breui finiam, per glo.& docto.in.l.vt.vim.ff.de iusti. & iure. &, vt semel omnia comprehendas, per D.Chassa.in consue.Burgund. in rub.des iustices. §.vij.in glo.de sim-
34 ple rescousse. † Sed quia suprà locuti sumus de pœna imponenda ei, qui vi aliquem exemit à manibus familiæ: quæro quid si quis non exemit, sed tantùm conatus est vi eximere? qua pœna veniat plectendus ex illo conatu? Videtur puniri debere eadem pœna, ac si exemisset reum: nam in delictis punitur animus: licet non sequatur effectus: vt.l.si quis non dicam rapere.C. de episcop.& cleri.&.c.furtum.xiiij.q. vj.&.l.j.§.diuus.ff.ad leg.Cornel.de si-
35 car. † Iure autem municipali, & consuetud.regni Franciæ regulariter non punitur animus, nisi sequatur effectus, & punitur homicidium subsecutum: vt Bart.in.l.si in rixa.&.d.l.j.§.diuus.ff.ad
36 leg.Cornel.de sicar. † quia pœnæ personales, scilicet amissiones vitæ & mébri, requirunt consummatum. Sed pœnæ minores non requirunt delictum consummatum, sed inchoatum: vt.ff.de extraord.crimi.l.j.§.qui puero.in verbis: perfecto flagitio, punitur capite: imperfecto, deportatur.& Bald.in.d.l.si
37 quis non dicam rapere. † inchoatur autem delictum statim, quòd conatus transit in alium, id est, in contumeliam alterius, non autem, licet finales effectus non sequantur, & hoc potest contingere dupliciter. Primò, per actum remotum à principali delicto, sicuti est insultus ad homicidium faciendum, vel per actum propinquum, sicuti est
38 vulnus. † Actus ergo verbi & actus facti remotus, minus punitur. Sed actus propinquus acrius punitur. Iudex tamen ibi ex officio mitigat pœnam: vt ff.de pœn.l.si quis aliquid.§.nondum. &.l.aut facta.§.euentus.ff.eod. Nec ob. l.is, qui cum telo. C.ad leg.Cornel.de sicar. quia ibi delinquens punitur eadem lege: non tamen eadem pœna, ac si consummasset delictum. vt not.Guliel.de cug.in.d.l.si quis non dicam ra-
39 pere. † In leuioribus etiam delictis nõ punitur affectus, nisi sequatur effectus.
40 l.j.§.fina.ff.quod quisque iur. † Sed illa regula non procedit in delictis, in quibus lex solùm affectum consyderat: secundum Bart.in.l.generaliter.§.j.ff.de calumnia.& ita practicaui in quodam processu criminali coram me moto inter procuratorem fiscalem fori episcopi, conquerentem ex vna, & Ioannem Ferrant ex altera, eò quòd idem Ferrant conatus fuisset eximere à manibus seruientium Gulielmum courtoys reum nostra ordinatione exhibendum, eundem Ferrant condemnaui ad emendam honorabilem faciendam in nostro prætorio, & in loco delicti, & in certam mulctam pecuniariam erga fiscum, qui appellauit, & tandem per ar-

rectum curiæ parlamenti Parisiis sub data diei quintæ Nouembris. Anno domini M.D.xxxiiij. iudicium meum fuit confirmatum.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Absens excusari potest per procuratorem, qui alleget causam absentiæ.*

2 *Absens excusatus non potest in contumacia constitui. Et si sententia ferretur, reuocaretur, probata iusta absentiæ causa.nu.3.*

4 *AEgritudo diem prorogat citationi præfixũ.*

5 *Absens impeditus negotio publico & necessario. excusatur à pœna contumaciæ.& nu.8.*

6 *Absentis excusatio admittitur, si nitatur æqui tate.*

7 *Absentis excusatio, ad quod vsque tempus protendatur.*

9 *Excusatus bis vel pluries in ciuilibus, si impedimentum non capiat finem, compellitur procuratorem constituere.*

10 *Actoris excusator non admittitur: quia mittere debet procuratorem.nu.11.*

12 *Citatus an teneatur comparere coram iudice incompetenti.*

13 *Iudicium tenet, quo iudex pronuntiarit se esse iudicem competentem, vel secus.*

14 *Iudex etiam incompetens, cognoscet de facto principali, nisi opponatur declinatoria fori.*

15 *Sententia inualida non potest dici eo nomine, quòd ab incompetenti iudice fuerit lata.*

16 *Priuatorum consensus, facit eum iudicem, qui iurisdictioni præest.*

17 *Exempti speciali priuilegio principis, an possint puniri ab ordinario loci, si quid peccent dignum priuatione sui officij aut priuilegij.*

18 *Iudicis ordinarij forum declinare non potest quis in delictis, ne quidem priuilegiatus.*

19 *Inquisitione instituta contra scholasticum per iudicem incompetentem, & deinde lata sententia ab eodem, an illa teneat.*

20 *Principis tanta potestas, vt naturam & substantiam rei mutet: & sententiam inualidam, ratam habeat.*

21 *Præuentioni si locus fuerit inter iudices pari iurisdictione prædictos, cuius sententia præualeat.*

22 *Citatum excusantes à contumacia, quæ sint causæ.*



Niuersis præsentes literas inspecturis, & cętera. Notum facimus, quòd anno Domini. M. D. X L. die mensis Nouembris, nobis renuntiauit Hugo Asebus apparitor pręsentis iurisdictionis, die primo huius hesterno mensis trinundino citatum ad nostrum tribunal Andręam Irum eum alloquendo, vt compareret, & causam ore proprio diceret contra Antoniam Dianam, & alios accusatores & procuratorem fisci: & responderet criminibus accusationibus aduersus eum, & eius correos ad postulationem dictorum accusatorum, & procuratoris fiscalis apud acta prolatis: vt in renuntiatione dicti apparitoris: de qua nobis constitit, ple-

nius continetur: & demùm agatur prout ratio iuris postulat. Vltima trium dierum magister Claudius Cantiuncula nomine, & vt procurator dictorum conquerentium, & dictus procurator fisci venerunt, & comparuerunt in iudicio coram nobis in foro dictæ præposituræ contra dictum Irum, qui nec venit, nec comparuit. eò per nos dictus ac pronuntiatus contumax, vocatus tamen, & solenniter nominatus per nostrum apparitorem Ioannē Harpium. Sed adfuit magister Antonius Galbula procurator præsens in foro dicti Iri, qui nobis dictum Irum in extremis laborare asseruit, misisséque Simonem Demeam, qui excusaret, ac præsens delato iuramento affirmaret dictum Irum sic morbo detineri, vt vix de eius vita speretur: nec venire potuisse.

Propterea contumacem illum pronuntiauimus, dictis accusatoribus & procuratori fisci id postulantibus contra dictum Irum, modò non laboret morbo,[a] & valeat. Datum anno & die, quibus suprà.

In cuius rei testimonium sigillum præsentis iurisdictionis his præsentibus duximus apponendum.

Sic signatum.

Nunc intermittetur dicti Iri criminatio, donec redierit ad sanitatem, & planè confirmatus reualuerit, vbi tunc prehendi poterit, si sanus inueniatur, virtute dictæ contumaciæ, vel seipsum exhibebit, & carceres vltrò subibit, vt se purget, & probet innocentem de sibi impositis criminibus: quod inferius suo ordine monstrabitur. Atque resumetur vltimum edictum suprà die lune. xx. mensis Octobr. M. D. X L. datum contra Bernardum Thrasonem Claudium Caligulam legionarios, & nobilem Desyderium Anippum absentes, & contumaces de fiduciaria medicamentorum & alimentorum præbitione, petita per dictos conquerentes: &

vt de principali pro ratione iuris statuatur. daturque iudicium litigantibus sub hac forma.

a 1 MODO NON LABORET morbo. † Excusari potest absens per procuratorem, & allegari causa absentiæ in causa capitali,& se excusari facere de pœna contumaciæ, sed non à penis criminis: vt l.reos.& ibi Bald.C.de accusationib.& l.inter. ff.de public.deque si cui vel in paucis amici labori consulatur:vt glo. in.l.si seruum.§.publicè. ff. de procur.
2 &.l.tutori. C.de nego.gestis. † Et post excusationem propositam non poterit dari defectus contra excusatum, si infirmitate vel valetudine est detentus taliter, quòd non potest venire ad iudicium: sed oportet excusatorem duo iurare:scilicet,quòd absens infirmatur, & quòd misit eum ad illum excusandum. Et tunc dabitur defectus salua exonia, seu excusatione. Et si exoniatus iterum adiornetur, tenetur iterum affirmare iuramento medio excusationem propositam,fore veram.Et ei creditur, nisi pars probet contrarium:quo probato contumacia suum plenum sortitur effectum: aliâs non valet contumacia. Et pro his, quæ dicta sunt, faciunt cap.cùm dilecti.§.expectantibus.extrà de dolo & contumacia. & ea, quæ tangit Bartol.in.l.quæsitum. ff.de re iudic.& Innocen.in.c.querelam.extrà de procuratorib.&.c.veniens.extrà de accusationib. Bartol.in.l.penult. §. ad crimen.ff.de public.iudi.nume.xvj.

3 &.xviij.†Nec valet sententia inde sequuta, quia reuocaretur, si probaretur iusta absentia: vt glo.in dicto cap.cùm dilecti. extrà de dolo & contumacia. & extrà de re iudicata.cap.cùm Bertholdus.&.ff.de damno infecto. l.si finita.
4 §.si fortè. † Nam ægritudo prorogat diem, & si tunc iudicatum sit, non videtur iudicatum: vt dicta.l.quæsitum. ff.de re iudicata.Vbi etiam si ex causa probabili est absens, non proceditur contra eum diffinitiuè:vt extrà de officio delegati. capit.consultationibus.
5 †Item,vbi absens impeditus est, impedimento publico, & necessario, excusatur: & si non miserit exoniatorem, nec in pœnam incidit cum effectu: vt not.it.in.l.secunda.§.si quis municipalis.ff.si quis cautio.
6 † Et sic omnis excusatio sua æquitate nititur. l.prima.
7 ff.de vacat.& excus.maner. † Excusatus autem videtur vsque ad tempus, quo potuit venire, & habere accessum ad iudicium: quòd si non venerit, reputatur contumax: vt Bartol.not.in.l. ex consensu.§.fina.ff.de appellationib. & in clementi.vnica. extrà de dolo & contumacia. &.l.petitam. §.item veniunt.ff.de petitio. hæreditatis.
8 † Quo probato contumacia suum plenum sortitur effectum:vt dicto.c.cùm dilecti. §.expectantibus. extrà de dolo &
9 contumacia. † In ciuilibus verò si secundò, vel pluries quis fuerit excusatus,& adhuc duret impedimentum,potest compelli,vt constituat procuratorem, ne lis efficiatur, quasi lis immortalis:aliâs reputatur contumax: vt di-
10 cta.l.quæsitum. ff.de re iudic. † Excusator pro actore non admittitur, quia

debet venire cum sacco paratus: vt.l. j.ff.de diuer.& temp.præscri.& ibi gl.
11 & Barto. Ratio: † quia debet mittere procuratorem: vt ibidē dicitur, & not. Cyn.in.l.j.C.de restitu mili.& eorum
12 qui rei publ.causa abfuer. † Quæro, an quis teneatur comparere corā iudic. incompetenti citatus? respon. aut est certum, quòd citatus est de iurisdictione iudicis citantis, & tunc tenetur venire: aliàs punitur; vt.ff. si quis ius dicen.non obtemp.l.j.in princ. Aut est certum, quòd nō est de sua iurisdictione, imò funditus exemptus, tunc non tenetur venire aut comparere: vt.ff.de iurisditio.omniū iudi.l.fi. Aut dubium, an sit eius iurisdictionis, tunc tenetur comparere, vel venire: vt hoc ipsum sciatur, an eius sit iurisdictionis: vt.l. ij.ff.si quis in ius voc.nō ier. Aut quis est exemptus, à iurisdictione ope exceptio. vel sub potestatiua conditione, vel habet electionem iudicum, quia priuilegiatus: vt authen. habita. C. ne filius pro pat.&.l.ij.ff.de iudi.tunc etiā comparere tenetur, allegaturus priuilegium suum, & declinatoriam fori, & Bald.in.l.hi, qui ad ciuilia.C. de app. & Barto.in.l.fin.C.de constitu, princ,
13 † Nam tenebit iudicium, quo iudex pronuntiabit se iudicem esse, vel non esse, vt.ff.de iudi.l.si quis ex aliena iurisdictione, &.l.ij.§.sed & si dubitetur. ff.eo. Et sic veritas de hoc inquiritur,
14 vt.ff.si quis cau.l.si eum in princ.† & si sibi non opponatur, quòd non sit iudex competēs, cognoscet de facto principali.& tenebit illud iudicium ratione dubitationis: vt.ff.ad municip.l. de iure.j.respon.&.ff.de lib.cau.l.ordinata.in fin.j.casus, &.C.si contra ius vel
15 vtil pub.l.ij.C.si aduersus iud.l.ij.† Vnde non potest dici non valere sententia, quasi à non suo iudice dicta: vt.C.si à non compe.iudi.l.fin, cum partium consensu iurisdictio prorogata videatur: vt.l.j.ff.de iudic.& glo.in.l.ij.ff. si
16 quis in ius vo.non ier.† cum priuatorum consensus faciat iudicem eū, qui iurisdictioni præest.l. priuatorum. C.
17 de iuris.om.iudi.† vtrum excempti speciali priuilegio principis, possunt puniri ab ordinario loci, si delinquāt circa priuationem sui officij, aut priuilegij? Dic quòd generaliter non possunt priuari suo priuilegio, nisi à principe. Sed per consequentiam delicti, si redderentur infames, priuarentur à iure: vt.l.iudices, de digni.libro.xij.C. vide quæ not.in authen.qua in prouincia, in fin.C.vbi de cri.agi op.&.ff.de his, qui no.infa.l.ij.§.miles.& Bald.in.l.veteranus.C.quando prouo.non est ne-
18 cess.† Quæro etiam, an in delictis an priuilegiatus possit declinare forū ordinarij iudicis? Dic quòd non. Nam etiā scholaris, qui maximo vtitur priuilegio, & qui aliū de tribus iudicibus optare potest, vt.d. authen. habita. ne fil.pro pat.C.non posset priuilegium fori allegare, & declinatoriam petere: quia in delictis cessat omne priuilegium, vt in authen.de mand.princip.§. si quis autem iuncta glo.tertia colla-
19 tion.† Quid autem, si sit inquisitum contra scholarem per iudicem incompetentem alium, quàm ordinarium, & per eundem lata sententia contra clericum, à qua appellauit, an valeat sententia? Dic quòd non valet sententia

propter

propter iudiciarium ordinem non seruatũ. Tamen iudex superior, ad quem est appellatum in vim notarietatis facti, quod per processum constitit, poterit de nouo punire scholarem de crimine, vt capi. ad petitionem, extrà de accu. Et sic senrẽtia, quæ nulla est ipso iure, rata potest haberi à principe, vel senatu, & hoc propter plenitudinem
20 potestatis, † quia ipse mutat substantiam rei, maximè vbi est ei facta fides delicti: vt glo. in. d. capitu. ad petitionem, nec facta fides, &. C. de rei vxo.
21 actio. † Quando autem est locus præuentioni inter iudices parem iurisdictionem habentes, docto. tangunt in. l. si plurib. ff. de lega j. & Bald. in. l. nul-
22 lum. C. de test. † Quæ sint causæ, quæ excusent citatum à contumacia, vide latè per Felyn. in capit. cum Bertholdus, in princ. vbi ponit doct. cum quinque fallentijs, vide Bolo. in. l. quæsitũ. ff. de re. iudic.

SVMMA CAPITA.

1 *Indicanti seu prosequenti delictum, pro modo substantiæ personæ accusatæ, præmium constituitur arbitrio Iudicis. & nu. 5. Et quid si delictum concernat tantum Rempubli. nu. 9.*

2 *Aduersarius est cõpellendus aduersario prouidere de expensis contra se: alioqui causa expediri nequit. nu. 3.*

4 *Expensæ seu prouisio pendentæ aduersario colligantis, adiudicantur à Iudice, cum summa causæ cognitione.*

6 *Reus si litis initio, non reperiatur in culpa, quis onera. & expensas processus teneatur soluere. Et quid si Iudex ex officio inquirat, nemine instigante. nu. 7.*

8 *Iudex optimæ & integerrimæ vitæ, contentus esse debet stipendijs, quæ sibi à fisco penduntur.*

10 *Coactum, quid differat à spontaneo.*

11 *Respublica & persona priuata, si reperiãtur offensæ simul, vtri damnatæ interesse adiudicentur, aduersario conuicto.*

12 *Expensæ & onera iudiciorum petuntur è bonis rei delati. Et quid desinit, aut nusquam adpareant nu. 13. & 14.*

15 *Accusatus licet redeat in gratiam cum accusatore, crimina tamẽ semel audita, indiscussa nullo modo præteriri possunt.*

16 *Reipublicæ interest, ne crimina remaneant impunita.*

17 *Sceleris patrati euidentia, non indiget accusatore. & nu. 18.*

18 *Rei plures accusati, tenentur insolidum.*

20 *Condemnati pro maleficio vel offensa, non debent carceribus liberari, ante satisdationẽ. Et idem obseruandum in ciuilibus. nu. 21.*

22 *Prouisio decreta offenso multis vulneribus, medicorum consilio & præscripto est temperanda. Et quid si plures medici non reperiantur. nume. 23.*

24 *Iudex quid obseruare debeat in prouisiõe vulnerati: ac etiam sententia.*

25 *Sumptus seu expensæ decretæ vulnerato, à Iudice, an repeti debeant in sententia.*

26 *Alimenta in ventrem erogata, an alias repeti possint.*

27 *Cautio danda est ab actore de prouisione restituenda in diffinitiua sententia.*

28 *Contumacis citandi ratio varia, pro varia regionum consuetudine.*

29 *Franciæ consuetudo in citandis absentibus.*

30 *Citati ad tres breues dies, si non cõparuerint iterum citandi sunt, ante quã condemnẽtur.*

31 *Rei absentes, cur citentur per edicta.*

Vniuer

86 *Vniuersitas potest sibi eligere potestatem, tribunum aut Decuriones. Quod secus in delictis quæ non spectant ad iura residentiæ apud vniuersitatem. nu. 87.*

88 *Vniuersitati debitum non debetur singulis nec econtrà.*

89 *Municipes possidere possunt per liberã p̃sonã.*

90 *Intellectus l. metum. §. animaduer. endũ ff. quod met. cau.*

91 *Vniuersitas, an possit delinquere. & nu 96.*

92 *Vniuersitas, aliud est, quàm homines illã constitutis, iuris fictione. & nu. 97. 98.*

93 *Vniuersitatis corpus, est immortale. & qui de legion. nu. 94.*

95 *Actio nõ põt institui ĩ municipes, ex suo dolo.*

99 *Iuris fictio.*

100 *Iniuriarum actio non competit contra vniuersitatem, si quilibet ex illa, iniuriam adtulerit. & quid vniuersitas.*

101 *Vniuersitas an teneatur, si omnes sublato vexillo, datoque signo ad homicidium processerint. & nu. 102. & 105.*

103 *Factum à pluribus pro indiuiso omnes insolidum obligat.*

104 *Facere videtur omnes, quod conciliũ facit.*

106 *Seueritate detrahendum, vbi strages multorum hominum iacet.*

107 *Pœna minuẽda p̃pter multitudinẽ delinquẽtiũ augẽda ad metũ inferẽdũ ĩ posteru peccãdi.*

108 *Vniuersitas an possit criminaliter puniri: an verò tãtũ ciuiliter cõueniri & n. 112. 116.*

109 *Delictu grauius est in magistratu, quã priuato, libero, quã seruo: summo, quã infimo.*

110 *Vniuersitate delinquente, corporaliter mitior pœna puniri debet maiores, quã minores.*

111 *Serui aliter puniuntur, quàm liberi, ex eisdẽ etiam criminibus.*

112 *Serui & liberi puniendi sunt arbitrio populi, vbi tumultus aliter sedari non potest.*

114 *Vniuersitas ciuiliter cõueniri potest, pro delictu, in eo, quod ad eum pertinet.*

115 *Filius punitur interdum propter patris delictum. interdum minus. nu. 120.*

117 *Henricus Imperator sententiam de Brixia subijciendæ aratro, reuocauit.*

118 *Bonifacius Papa propter delictũ quorundã templariorũ, totum collegium destruxit.*

119 *Caroli V. Imperatoris credulitas in Gandauum, Flandriæ ciuitatem: vt propter paucorũ peccatũ ad omnes vindicta perueniret.*

121 *Pœna pecuniaria quæ cadit in vniuersitatẽ & in singulos, an corpus totum verò afficiat, an singulos tantum, qui fuerint delicti authores, vel adiutores. & nu. 122. & 123.*

124 *Pœna capitalis, quã nõ põt subire vniuersitas mutãda & trãsferẽda est in alterã pœnã.*

125 *Vniuersitatis corpus fictum cur non amputetur, si quid patrarit dignũ pœna capitali.*

126 *Vniuersi ac totã licet superior codẽnet, illi tñ, q nõ deliquerũt, iure nõ tenenĩ cõtribuere.*

127 *Vniuersitas condẽnata ex contractu mutui, emptionis, vel similium, si causa illa respiciat onus vniuersitatis, quilibet tenetur pro viribus patrimonij & q d si q s nõ sit soluẽdo. n. 129.*

128 *Vniuersitas quando collectam imponat per solidũ & librã & quãdo per capita. nu. 132.*

130 *Vniuersitas si habeat nemus cõmune, an creditor possit mitti in possessionem partis nemoris illius, qui reperitur non soluendo. & nume. 131. & 133.*

Subsidiariæ quantitatis, siue prouisionis adiudicatio.


Onspectis criminibus, & inquisitionibus, ad postulationem Antoniæ, Dia

næ viduæ defuncti Ioannis Pluti,tam suo nomine, quàm vt corporum & bonorum Iacobi, & Petri Plutorum eius & dicti defuncti liberorum annis minorum administratricis, Augustini Pluti dictorum a defuncti, & relictæ annis maioris filii Benedicti Crassi defuncti discreti viri magistri, b Petri Crassi, dum viueret, in supremo senatu aduocati, eius fratris & Mariæ Marthæ viduæ defuncti Iuliani Xenii, & Dionysii Daui famuli nuper dicti defuncti Crassi conquerentium, & procuratoris fisci subscribentis confectis aduersus Andræam Irum Bernardum Thrasonem, Claudium Caligulam Domini nostri regis legionarios, & nobilem Desyderium Anippum c absentes & contumaces, conspecta etiam renuntiatione chirurgi huiusce præpositturæ iurati, & authorati super vulneribus, plagis, & morte secuta ex iisdem vulneribus in dictos defunctos illatis, & dictum Dauum: Atque citatione solenni, absolutaque edictis ri- d te succedentibus contumacia aduersus eosdem absentes pronuntiata, consultis denique peritis, ac re diutius deliberata, & expensa. Nos interim dum de principali discutitur, per modum prouisionis [a] condemnamus dictos contumaces absentes, & illorum quemlibet insolidum, [b] in ducentarum librarũ Parisiensium summam erga singulos conquerentes, & ad dictam summam soluendam sub pœna corporis, & pignoris, bonorumque omnium captione, quantum spectat siue ad dictas viduas, & hæredes defunctorrum pro prosecutione præsentis litis, siue ad dictum Dauum pro eadem prosecutione, & curatione vulnerum, modò tamen dicti conquerentes satisdent [c] de dicto pretio restituendo, si ita fieri debere dictum fuerit in exitu litis. Et quod ad principale attinet, ne dicti contumaces, & absentes citationis ignorantiam causari possint, indulgemus adhuc aliquot dies intra quos iterum præconio, [d] & sono tubæ citabuntur

tur iterum[e] ter quaternis denis diebus, & quater ex abundanti. Et hanc noſtram ſententiam eſſe per actuarium noſtrum, quem ad id committimus, legendam, publicandam, & affigendam per ſingulos quaternos dies compitalibus columnis, roſtris, locis, & plateis ad proclamationes, proſcriptiones, & ſubhaſtationes in noſtra præpoſitura faciendas ſolitis, & aſſuetis: quo palàm innoteſcat dictis contumacibus ſic abſentibus, nomine domini noſtri principis, noſtro: qui ſi non venerint in iudicium, & coram nobis comparuerint dicto tempore pendente, nos eos, eorumque bona omnia publicabimus, aut quiduis aliud ſtatuemus, prout iuſtius videbitur, per noſtram ſententiam iudicium, & iure.

Pronuntiatum in prætorio iudicialiter in præſentia dictorum conquerentium, aut eorum procuratorum: & in abſentia dictorum contumacium, die xviij. Nouembris. Anno domini M. D. X L.

Sic ſignatum.

Formula edicti affigendi.



Niuerſis præſentes literas inſpecturis Ioannes Calimachus legum magiſterii inſignitus, in ſupremo ſenatu Pariſienſi aduocatus, vicarius præpoſituræ &c. Notum facimus, quòd ad diem lunæ. xviij. martis. xix. Mercurii xx. menſis Octobris anno domini M.D. X L. citati erant trinis diebus ea lege vt niſi comparerent præſentes & ſe in iudicio ſiſterent, exularent à territorio dictæ ditionis, conuicti eſſent crimine ſibi impoſito, eorumque bona omnia proſcriberentur Bernardus Thraſo Claudius Caligula, principis noſtri legionarii, nobilis Deſyderius Anippus nuper in vico ſancti Martini Pariſiis habitantes, per Matthæum Charonta dictæ præpoſituræ viatorem cõpellando Franciſcum, & Ioãnem Normanos vicinos, quũ dictorum abſentium: ædes

clausas reperiisset, præsentibus Titio Theobaldo, & Thoma Flauio, aliisque testibus adhibitis, virtute certi rescripti nostri compellantis contra Antoniam Dianam viduam defuncti Ioannis Pluti, tam suo nomine, quàm vt corporum & bonorum Iacobi & Petri Plutorum eius edicti defuncti filiorum annis minorum administratricem, Augustinum Plutum dictorum defuncti & relictæ annis maiorem filium Benedictum Crassum defuncti discreti viri magistri Chrysostomi Crasſi, dum viueret in supremo Senatu aduocati fratrem Mariam Martham viduam defuncti Iuliani Xenii, Dionysium Dauum modo dicti defuncti Crasſi seruum, & procuratorem regium nomine dicti regis, iunctum eisdem responsuri in iudicio super eo, quod per inquisitiones eosdem legis præscripto conceptus ad postulationem & supplicationem dictorum conquerentium dicti absentes arguuntur paucis ab hinc diebus occidisse dictos defunctos circa noctis horam nonam iuxta Crucem Tirroueri. Et dictum Dauum eadem vi vulnerasse quibus diebus supra memoratis, & in quolibet illorum magister Claudius Cantiuncula in dicta nostra sede procurator dictorum conquerentium, & dictus fiscalis procurator nomine, quo suprà: venerunt in ius, & legitime coram nobis comparuerunt aduersus dictos absentes contumaces citatos, qui licet dictæ essent pœnę: nec venerunt, nec comparuerunt ipsi, aut quisquàm alius pro ipsis, sed per tres dies in actuarii nomenclatione abundè vocati & expectati pro more, defuerunt. Cæterum, ne eiuimodi citati absentes vllam possint ignorantiæ prætexere causam, edicimus illos iterum voce præconis, ac sono tubæ ter quaternis denis diebus, & quater ex abundanti vocandos. Et hoc nostrum edictum esse legendum publicandum, affigendum, singulis quaternis denis per no

noſtrum actuarium, quem ad id committimus locis ad proclamationes, proſcriptiones, in dicta præpoſitura deſtinatis: debite admonentes, ac palàm facientes ex parte domini noſtri regis, & noſtra, dictis abſentibus, quòd niſi in ius venerint, coram nobis præſtituto tempore comparuerint, proſcriptos illos cum omnibus, aut ſi quid aliud iuſtius fuerit, pronuntiabimus. In cuius rei teſtimonium ſigillum dictæ præpoſituræ his præſentibus curauimus appoſitum iri. Actum die. xviij. Nomemb. M.D.XL.

Sic ſignatum.

Executio huius edicti fit per dictum Actuarium, & Stentorem Gallum præconem, lictorem dictæ præpoſituræ, xiiij. die poſt edictum prima proclamatione ad hunc modum.

Die duodecima Ianuarii anni Domini. Mileſimo quingenteſimoquadrageſimo.

Renuntiatum per nos, Cneum Flauium actuarium: & tabellionem, & Stentotorem.

a
1 PROVISIONIS.† Indicāti ſeu proſequenti delictum, pro modo ſubſtantiæ perſonæ accuſatæ, æſtimatione iudicis pretium conſtituitur, vt.l.lex Cornel. §. fina. ff. de iniu. & c.pe.§.fi.extrà de accuſ.& cap.ex par
2 te.eodem & l.fina.C.de ordi.cog.†quia aduerſarius aduerſario compellendus eſt in expenſis prouidere contra: ſe vt gloſ.in dicto cap.ex parte,& argu.ff.de inoffic.teſta.l.ſi inſtitu. §. tertio. &. C.
3 de Carbo.edic.l.vlt.& ſecunda.†& iſtæ expenſæ neceſſariæ tantùm erunt, ſine quibus cauſa explicari non poteſt, vt gloſſ.in dicto cap.ex parte.& c.præterea.extrà de offi.delega.& extrà de dol. c.fin.&.ff. de iu.delibe. l. filius.& plura iura allegat. in gloſſ. dicta l. fina. C.de
4 Carb.edic. † Hæ autem expenſæ, ſiue prouiſio adiudicantur, cum ſummaria cauſæ cognitione, quæ fit per iudicem ſine partium præſentia: vt Specul.in titu.de expen.accuſa.&c.ver.& not. alleg.in arg.c.ſuper hoc.extrà de renunt. & gloſſ.in dicta lege finali.C. de Carb. edict. quæ dicit ſufficere ſemiplenam probationem, & ſummatim procedere & pro hoc bonus textus in l. tertia. §. cauſæ. ff. eodem. de Carbonia. edicto.
5 Si quid verò ex publico erogatum ſit in proſecutione ſceleris, reus ſuſpectus tenetur refundere: ſi ſit ſoluendo: vt l.Circenſium. de decurio.libro decimo.C.vbi caueť l. grauitas tua faciat neceſsitatem conditionis vrgeri vt qua

quascunque pro his expensas ciuitas prorogauerit, refundere protinus, ac
6 repræsentare cogantur, &c.† Si autem reus non reperiretur culpabilis ab initio, vbi esset aliquis instigans, & delator, ille, ad cuius commodum spectat se qui vindicta, tenetur exoluere onera, & expensas processus: vt. l. cùm sæpe, de erogat. milit. anno. lib. xij. C. ibi: vel talia alia causa nostro nomine deputati sunt, vel fuerint, ac per eorum translationes circa annonarum vel capitum eis præhendorum erogationem publicis rationibus quædam læsio ingeratur, eandem rem de proprio personam, seu etiam personas, cui vel quibus deputati sunt, vel fuerint, hæc modis omnibus agnoscere, & gloss. ibidem in ver
7 bo, imputando. & ibi Barto.† Si autem ex officio iudex inquirat, tunc ei imputandum, nisi probet: quia nullam annonam, siue stipendium consequetur: vt in authen. de coll. §. ad hoc iubemus, colat. ix. ibi: ad hoc iubemus prouinciarum iudices, & officia eorum, si quando de ciuitate in ciuitatem veniunt, neque angariis, neque descriptionibus, aut aliis expensis sigillatores grauare: sed ex de putatis sibi à fisco annonis, scilicet salariis, & stipendiis expensas fa-
8 cere &c.† Debet itaque iudex optimus & purus vndique esse contentus his, quæ à fisco dantur. quod si quid præter spem accesserit, & inuentus fuerit, non custodiens iustam fidem, venit expellendus, & alter in eius locum subrogandus: legem & iustitiam cum puris seruans manibus: vt authen. de manda.
9 princip. §. festinabit, colla. iij.† Et si delictum concernat tantùm rem publicã offensam, & non personam priuatam, delator percipiet præmium à fisco iudice statuente: vt. l. ij. C. quibus ex cau. serui pro præmio liberta. accip. vbi dicitur, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes, in publicum detulerint, præmium à fisco percipiant. Ille igitur solus, qui vltrò ad accusationem prosiluit, præmio dignus est: non autem is, qui cùm accusaretur, ipse in aliũ detorsit crimẽ quia is solus videt vĩdicasse, vel arguisse, qui ad hoc prosiluit vltrò: vt. l. iij. §.
10 vtrum. ff. de Senatuscon. Silleia. &† sic differt spontaneus à coacto: vt. l. qui cũ maior. §. si libertus. &. §. si patris. &. §. fi.
11 ff. de bon. liberto.† Vbi autem respublica, & persona priuata inueniuntur offensæ simul, tunc victoria conuicto aduersario pretium reportabit, non ex ipso facto, sed à ditione, & sententia iudicis: vt. l. j. C. quib. ex caus. serui. pro. pręmi. liber. acci. iuncta glos. fina. in fi. ibi, & non puto reddi pretium fisco, cùm
12 domini negotium gesserit.† Sic de iure onera, & expensæ iustitiæ, primò debent fieri de bonis rei delati, si inueniatur suspectus de crimine. d. l. circensiũ, de decu. lib. x. C. l. leg. Cor. §. fi. ff. de in-
13 iu.† Secundò de bonis eius, ad cuius vtilitatem vindicta patitur. d. l. cùm sæ-
14 pe, de eroga. milit. ann. lib. xij. C.† Tertiò, de publico, vbi delator, & delatus non sunt soluendo: vt. l. lex. Cornelia. ff. de senatuscon. Silleia. vbi dicitur. l. Cornelia cauetur de præmio accusatoris, qui requisiuit, & renuntiauit, eos seruos, qui ex ea familia, ante quæstionem fugerint: vt in singulos seruos, quos cõuicerat, quinque aureos ex bonis occisi, aut

si,aut si inde redigi ea quantitas non
possit,ex publico accipiat Huic accedit
statutum domini nostri regis Francisci
publicatum anno domini millesimo.
15 xxxix.arti.clxj.†Et ea videtur esse ra-
tio:quia licet accusatus cum accusato-
re in gratiam redeat:tamen crimina se
mel audita,indiscussa nullo modo præ
teriri debent:vt.c.crimina.extrà de col
16 lus.detegen.†Nam interest reipublicæ
ne crimina remaneant impunita.l.ita
17 vulneratus.ff. ad.l.Aquiliã.†Euidentia
siquidem patrati sceleris, non indiget
clamore accusatoris.c.euidentia, extrà
18 de acc.†ita quòd etiam si nomen adie-
ctum non sit eius,in quem facta est in-
iuria ,& tunc sit difficillis probatio:
vult tamen senatus publica quæstio-
ne,scilicet querela,& accusatione cu-
iuslibet de populo rem vindicare,tunc
criminaliter debet quis puniri,licet nõ
appareat, ad cuius iniuriam factum
fuerit delictum,l. quod senatusconsul-
tum.ff.de iniur.&.ff.ad legem Aquiliã.
l.item mela.§.sed si seruum plures . &
d.l.ita vulneratus.& gloss.in.d.l. quod
senatusconsult.

b Insolidvm. † Et si plures sunt rei
19 accusati,tenentur insolidum,vt.l. item
mela.§.sed si seruum plures.ff. ad leg.
Aquiliã.& hoc per incarcerationem,&
detentionem suarum personarum.
20 †Nam quotienscunque aliqui sunt cõ
demnati pro maleficio vel manifesta
offensa,non debent prius relaxari à car
ceribus, quàm satisfecerint: vt.xxiij.
quæstio,vltim.capi, pessimam,& c.ex
parte,iuncta gloss.in versicul.contuma
cia,& capitul.sequenti,extrà de verbo.
21 significatione.†Hoc etiam in ciuilibus
obseruatur.Nam quotienscunque quis
est cõdemnatus ad factum,tenetur pre-
cisè,& potest detineri in carcere, & in
compedibus,donec satisfecerit: vt. l.sti
pulatio.§.siue,iuncta gl.in verbo:siue.
ff.de no . ope.nun.& Bald.in.l.eos . C.
de exec.rei iudic.&.l.sed & hæ.§. præ-
ter.ff.de procura.& leg. fideicommis-
sum.§.fi.ff.de leg.iij.& hoc,ne eludatur
auctoritas prætoris:vt glo.in.d.l. fidei-
22 commi.§.fina.†Si suprà d.prouisio, si-
ue expensæ petentur simul pro medica
mentis,& curatione vulnerum,& per-
cussionum,recurret ad iudicium medi-
corum,qui relationem percussionum
fecerunt:vt Barto.in.l.si in rixa.ff. ad
leg.Corne.de sica.& cap.significasti. ex
23 trà de homicid.†Et si plures medici nõ
reperiantur, statur dicto vnius:vt in
authen.de non alienand.§.quod autem
collat.ij.& ibi nota . consulendos, qui
sciunt,&.l.semel.de re milita lib . duo-
24 decimo.C.†Et debet iudex computare
mercedes medicis præstitas, cæteraq;
impendia,quæ in curatione facta sunt
aut facienda.Prætereà,operarum , qui-
bus læsus caruit,aut cariturus est ob
hoc,quod est inutilis factus l.cùm libe
ri.ff.de his,qui deiecer.vel effud.& leg.
qua actione.ff.ad leg.Aquiliã.& leg.ex
hac.ff.si quadrup.paup.feciss.dic.& ca-
pitul.primo extrà de iniur.Hoc etiam
25 in diffinitiua obseruari solet . † vtrum
dictà prouisio,siue sumptus repetantur
in diffinitiua? Dic quòd non: secundũ
gloss.fina.in d.l.fina.C.de Carbo. edic.
&.ff.si mulier vent.nomine.l.prima.§.
26 interesse,vbi dicitur,quòd † alimenta,
quæ in ventrem sunt erogata,nõ aliàs
repetuntur,nisi per calumniam in pos-
sessio

ſeſsionem venerit.Cæterùm,ſi res calumnia careret,nihil præſtabit mulier, quæ quaſi ſine cauſa alita eſt,&.d.l. fina.C.de Carb.edict.in his verbis, ſine inquietudine rebus vtatur interdum alienis.

c SATISDENT. †Cautio ſiue ſatiſdatio datur ab actore,de dicta prouiſione, aut ſumptibus reſtituendis in diffinitiua,ſi hoc dictum fuerit fieri debere, & hoc propter calumniam: vt.l.j. iuncta glo.in verſic.impleta.C.de carbo.edic. ff.de colla.bono.l.iij.§.emancipatus & l.ſed & ſi is,qui.§.an autem.ff.de Carbo.edict.

d PRAECONIO ET SONO TVBAE.

28 †Fit ergo vocatio,ſiue citatio per quatuor edicta ad ſonum tubæ,cornu, vel campanæ,ſecundũ morem locorum:vt not.gloſſ.in.l.ij.C.de decre.decur. lib. x.C.& facit quod not.glo.in.l.j.C.quæ ſit longa conſuet.& idem dicit Angel. de malefi.in verſicu.qui iudex commi

29 ſit.nume.iij.†De conſue.verò Franciæ citantur regulariter abſentes ſono tubæ:de conſuetudine autem,& ſtylo fori epiſcopi Pariſienſis citantur per edicta loco tubæ:licet antiquitus fierent banna ſono tubæ nomine epiſcopi, & regis:vt glo.in.c.quod clericis.extrà de foro competent.

e CITABVNTVR ITERVM. †Vbi rei citati ad tres breues dies non comparuerunt,in tribus diebus ex illa contumacia non veniunt condemnandi:vt d.l.inter.ff.de pub.iud.ſed iterum ſunt citandi,& vocandi per edicta: ſcilicet tres quater denas,& quartam ex abundanti:vt.d.l.j.ver.præſides. iuncta glo.

31 ff.de requi.rei.†Ratio,quare vocantur tur per edicta rei,ideò eſt,quia vox præconis paucis innoteſcit.vt in authentiqua in prouícia.C.vbi de cri.agi opor. in gloſſ.ibi:præconia.& authent.at qui ſemel.C. quomodo & quando iudex.

32 †Ad peremptorium autem edictum de iure,& conſuetudine hoc ordine venitur,vt primò petatur poſt abſentiam aduerſari edictum primum:mox ſecundum per interuallum non minus decẽ dierum:& tertium, Quibus propoſitis tunc peremptorium impetret,quod inde hoc nomen ſumpſit, quòd perimat diſceptationem,hoc eſt,vltra non patiatur aduerſarium tergiuerſari.In peremptorio autem comminatur iudex, qui edictum edit etiam diuerſa parte cogniturum ſe,& pronuntiaturum. Et poſt edictum peremptorium impetratum,cùm dies eius ſuperuenerit, tunc abſens iterum,& quartò ex abundanti citari debet,& ſiue reſponderit, ſiue non,agetur cauſa,& pronuntiabitur nõ vtique ſecundum præſentem,ſed & interdum vel abſens, ſi bonam cauſam habuerit,vincet:vt.l.ad peremptorium

33 cum lege ſequenti.ff.de iudiciis.†Et licet de iure inter edicta ſit interuallum decem dierum:de conſuetudine tamen eſt interuallum quatuordecim dierum & in hoc eſt tantum diſcrimen.Et quãuis iura hæc allegata loquantur in ciuilibus:tamen eædem ſunt dilationes incriminalibus, ſicut in ciuilibus: vt Barto.& gloſſ.in.d.l.inter accuſatorem

34 ff.de publi.iudic.†Quatuor ergo proponuntur edicta.Primum dicitur admonitorium: vt in authen.de hæred. & falcid.§. quis autem non. collatio. prima.Secundum,conuentionale. Tertium,

tium,citatorium.Quartum,peremptorium,quod comminatorium dicitur:vt gloss.in dicta lege ad peremptorium, & leg.in peremptorio.ff.de iudic. Quæro autem, vbinam proponi & affigi solent talia edicta? Dic,quòd de consuetudine solent affigi in quadriuiis ad cridas,& proclamata fieri solitis : de iure autem solebant fieri in quadam dealbatione in prætorio.Item , fiebant per voces præconum,sicut adhuc obseruat consuetudo Parisiensis ad sonum tubę, Item,per nuntium:vt in authentic.de litigio.§.omnem,collatio . octaua constitu.septima Et talia edicta affiguntur in scriptis in prædict . quadriuiis, ideò quòd vox præconis paucis innotescit, quia audientibus tantum , &
35 quibus hi dixerint . † Sed edictum sic per multos dies positum , omnibus liquet, vt in authentic.qui semel , iuncta gloss . C . quomodo & quando iudex.
36 † Et not.quòd antiquitus banna solebant Parisiis proclamari nomine episcopi,& regis:vt gloss.in dicto capitul. quod clericis.extrà de foro competent.
37 Hodie autem secus , † Sed quærebat gloss.in dicta authentic.qui semel,quo modo totiens scribebantur talia edicta ? & respondet quòd abradebantur primò scripta,vel scribebantur diuersis locis.Fiebant etiam alia generalia banna in eodem albo:vt.ff.de iurisdi.omnium iudicum.l.si quis id quod
38 vbi etiam dicitur , quòd † contra corrumpentem album propositum , vel quod in albo proponitur , datur actio popularis in quingentos aureos. Sed & in eos , qui inopia laborant , corpus torquendum est,quod est generale in omni crimine publico,vel etiam priuato:vt.ff.de pœn.l.prima.§.fin.&.C. de seru.fugiti.l.quicunque.§.quod si,&.ff. de min.l.quod si minor.§ .si seruus.ff.
39 de in ius vocando.l.fin.† Primitus ergo rei absentes requirendi sunt per adiornamentum ad tres breues dies:vt . d.l. inter.ff.de public.iudic.&.l.tres denūtiationes.C . quomodo & quando iu-
40 dex.† Secundò bona reorum annotantur.i.ponuntur ad manum regis: vt.d.
41 l.j.& fin.ff.de requiren. reis . † Tertiò, requiruntur iterum rei per edicta.nam præsides prouinciarum circa requirendos annotatos hoc facere debent , vt eos,quos annotauerint, edictis adesse iubeant: vt possit innotescere eis,qui annotati sunt.Sed & literas ad magistratus,vbi rei consistunt , mittere debent: vt per eosdem magistratus possit innotescere requirendos reos esse annotatos: vt.d.l.prima ibi:præsides,& cętera.ff.de requiren.reis.hæc glo.in di-
42 cta lege prima . † Sed quæro , quando vniuersitas deliquit,quomodo citari debet,& puniri?an quilibet de vniuersitate debeat citari realiter,& exhiberi, siue capi,vel personaliter citari,vel simpliciter,vel corpus vniuersitatis tantū citari debeat ? Ad quod respondero potest , quòd aut vniuersitas deliquit in rebus & negotiis vniuersitatis , aut extra res,& negotia ipsius vniuersitatis.Primo casu,si deliquit in rebus vniuersitatis,sufficit requiri & citari rectores vniuersitatis,vel maiorem partem, vel syndicum,vel præsidens vniuersitatis:vt.l.municipibus.ff. de conditio. & demonstr.Ibi itaque iurabunt , per quos municipii res geruntur,per quos

etiam

etiam conditioni pareri potest: vbi glo.
43 dicit, quòd † vbi rectores iurant, videntur omnes de vniuersitate iurare, &.l.
44 municipes.ff.ad municipa. † Nam refertur ad vniuersos, quod publicè fit per maiorem partem: vt.l.aliud. §.re-
45 fertur.ff.de regul.iur. † Maior autem pars dicuntur, duæ partes ex tribus: vt l.nulli.&.l.sequé.ff.quod cuius.vniuer.
46 † hodie autem loco municipum habemus consiliarios, siue scabinos, more nostro Gallico: prout etiam dicit glo. in.l.sed si ex dolo. §.de dolo. in verbo: de dolo autem decurionum.ff.de dolo.
47 † Et tales municipes scabini, siue consiliarii debent citari ad domum residentiæ eorum personaliter, non ad domos singulorum: secundum Bar.in.l.fi. ff.quod cuius.vniuersi. & Bald.in authen.sed cùm testatori.in.j.collat.in fi. C.ad leg.Falcid.& idem Bald.in.c.j.in verbo: an vniuersitas. de milit.vasal. qui contu.est.in vsib.feudorum.& in.l. etiam.in.iiij.collũ.in verbo: Item possunt facere suum procuratorem.in fin. C.de execut.rei iudic.& glos.in.l.non potest.in verbo: pone in officiali.& ibi
48 Bart.ff.de regul.iur. † Itaque vbi duæ partes decurionum adfuerint, is, quem decernunt, adnumerari potest.d.l.nul-
49 li.&.l.sequen.ff.quod cuius.vniuer. † & ideò in decurionibus, vel aliis vniuersitatibus, nihil refert vtrum omnes immutari sint, etiam si vniuersitas ad vnũ rediit, magis admittitur posse eum conuenire, & conueniri: cùm ius omnium in vnum reciderit, & stet nomen vniuersitatis. d.l.sicut. §.in decurionibus. ff.quod cuius.vniuer, Sed vbi plures adfuerint decuriones, quod maior pars eorum, qui præsunt vniuersitati facit,
50 ipsa vniuersitas facere videtur: † quia loco vniuersitatis habentur. d.l.nulli. &.l.municeps.&. l.quod maior. ff. ad
51 municip. † Quod etiam habet locum in electione, & in contractib.& etiam in commissione pœnæ, si veniant contra contractum pœnalem, vel etiam vadant, vel delinquant: vt.C.de sacrosanc.eccle.l.iubemus nullam. ideo sic fingit.l.aliud.§.refertur.ff.ad regu.iur.
52 † Ratio est, quia non possunt facilè omnes consentire: vt.ff.de liber.vniuer. l.j.ff.de acquir.possess.l.j.in fi.cum difficultate autem consentire possunt: vt ff.de offic.quæsto. l.j.&. ff.quod met. cau.l.metum.§.animaduertendum. vbi cauetur, quòd siue sit singularis persona ea, quæ metum intulit, vel populus, vel decurionem, scilicet vel collegium, vel corpus edicto, quod metus caus.locus erit, vbi glos. etiam dicit, quòd si vniuersitas potest committere metum: ergo & dolum. Nam eum, qui metum intulit, de dolo teneri certum est, & concurrit actio, quod metus causa cum
53 actione de dolo, † sed vna tollitur per alteram: vt.l.si cum exceptione.§.eum.
54 ff.quod metus causa. † Committunt ergo dolum, qui regunt vniuersitatem, quibus & talia videntur esse mandata: vt glo.in.§.animaduertendum.&.ff.de vi & vi arma.l.si vi me. vbi si quis vi me deiecerit nomine municipum in municipes, mihi interdictum erit, si quid ad eos peruenit, vbi cauetur per glo.ibidem in verbo: ad eos. quòd si municipes ratam habuerint illam deiectionem, tunc tenẽtur insolidum. Nam quoties verus procurator deiecerit, cũ

vnol

vtrolibet eorum, id eſt ſiue cum domi-
no, ſiue cum procuratore agi poteſt, &
alterius nomine alterum eximitur, ſci-
licet liberatur, ſi tamen ab altero illo-
rum litis æſtimatio fuerit præſtita,
55 † non enim excuſatus eſt, qui iuſſu al-
terius deiecit, non magis, quàm qui
iuſſu alicuius occidit: vt.l.j.§.quoties.
56 ff.de vi & vi arma.† Si autem munici-
pes ratam non habuerint deiectionem,
tunc non tenentur interdicto directo
de vi, & vi arma.vt.l.cùm à te. ff.de vi
57 & vi arma. † vtili tamen tenentur, in
quantum ad eos peruenit: vt.l.j.§.ſi fi-
liusfamilias.&.§.ſi quis tamen. ff.eod.
58 & glo.in dicta.l.ſi vi me. † Si quid igi-
tur peruenit ad eos municipes ex dolo
eorum, qui res eorum adminiſtrant, da-
tur actio vtilis de dolo in municipes
non habentes ratum: vt.l.ſed ſi ex do-
lo.§.ſed an in municipes.in fi.ff.de do-
59 lo.† De dolo autem decurionum loco,
quorum habemus hodie conſiliarios,
ſiue ſcabinos, in ipſos decurio. ſiue con-
ſiliarios dabitur actio de dolo. Nam re-
ctores eorum de proprio dolo tenebun-
tur.d.l.ſed & ſi ex dolo. §.de dolo.iun-
cta glo.in verbo: de dolo autem decu-
60 rionis. † Similiter ſi quid ex dolo pro-
curatoris, ad dominum peruenit, datur
in dominum actio vtilis de dolo, in-
quantum ad eum peruenit: procurator
verò ex ſuo proprio dolo proculdubio
tenebitur: niſi dominus ratum habeat.
Ideò in hac actione deſignari oportet,
cuius dolo factum ſit, quamuis in metu
non ſit neceſſe.d.l.ſed ſi ex dolo.§.pe-
nult.& fi. Item exigit prætor, vt com-
prehendatur, quod dolo malo factum
61 ſit. † Scire enim debet actor, in qua re
circunſcriptus ſit, nec in tanto crimine
vagari oportet. l.item exigit. ff.de do-
62 lo. † Vniuerſitas igitur non tenetur de
dolo officialium, niſi ratum habeat:
quia non videtur mandaſſe officiali,
vt delinquat: vt.l.ſi procurator. ff.de
condi.indebi. & eo caſu officialis cita-
63 tur, ſiue conuenitur. † Nec obſt.l.iube-
mus nullam nauem. C.de ſacroſan.ec-
cle. quia vbi officialis negligit non fa-
ciendo aliquid. Si tamen vniuerſitas
ratum haberet, id quod dolo factum eſt
per procuratorem, teneretur de dolo
procuratoris, ſiue officialis inſolidum:
vt ſæpe alleg.l.ſed ſi ex dolo.§.de dolo.
&.l.j. §.deieciſſe. ff.de vi & vi arma.&
64 latius Cy.in.d.l.iubemus nullam.† Et
eo caſu debet citari vniuerſitas, ſiue
conueniri, cùm deſignat cuius dolo fa-
ctum ſit.d.l.ſed ſi ex dolo.§.penul.& fi.
65 † Quando autem vniuerſitas ipſa de-
linquit extra res, & negotia vniuerſita-
tis, tunc debet citari, ſiue euocari per
tubam vel campanam voce præconia,
edicto ſolenniter facto, & in albo pro-
poſito: ita vt poſſit in eius notitiam
peruenire: vt.l.j.§.item, cùm ex edicto
peremptorio.ff.quæ ſent.ſine appel.re-
ſcind.& glo.in.l.aliud. §.refertur. ff.de
regu.iur.& Inno.in.c.humilis.extrà de
maior.& obed.& glo.in.l.j.§.moniti.&
§.quod ſi nemo. in verbo: ſyndicum.
66 † vbi etiam ponit differentiam inter
ſyndicum, œconomum, & actorem.ff.
quod cuiuſque vniuer.no.&.l.ſi hac le-
ge.§.qui manumittitur.&.§.fin.ff.de in
ius vocan.& quod not.in.l.non poteſt.
67 ff.de regu.iur. † Itaque omnes de vni-
uerſitate citandi ſunt: vt glo.in.§.ſpor
tularum. in verbo: cōtingat. in authen.

de sanc.episc.vt plerunque fieri mandaui,cum in forestarum reformationis genere agerem circa communitates villarum, siue rurium docturas de vsu nemoris,& pascuorum prætenso iuxta iura superius allega.&.c.in causis. extrà de electione.ibi:sequenti die campanam pulsari fecerunt,sicut moris est ad capitulum congregandum, iuncta
68 glo.ibidem. † Et licet non omnes veniant : videntur tamen omnes facere, quod faciunt, qui venerunt : si modò duæ partes veniant,& maior pars illarum duarum partium consentiat.dicta l.nulli. ff.quod cuiusque vniuers.not. vbi cauetur, quòd nulli permittitur nomine ciuitatis, vel curiæ experiri, nisi ei,cui ex lege permittitur,aut lege cessante ordo dedit,cùm duæ partes ades-
69 sent,aut amplius, quàm duæ. † Ea autem vniuersitas criminaliter accusata, tenetur respondere per syndicum : vt l.fi.§.vt autem.in fine.de re milita.lib. xij.C.ibi:syndico, videlicet prout consuetudo deposcit, legibúsque cautum est ordinando. & dicta.l.nulli.&.l.seq. ff.quod cuius.no.vel contra eam agat. Quod ego delegatus principis,cum in forestæ Aurelianensis reformatione versarer, fieri præcepi monasteriis,capitulis,& collegiis sancti Emarcii,sancti Sanxonis,sancti Lupi,fratribus,sororibus,& regentibus hospitalis domus Dei Aurelianensis,& plerisque aliis, vt cuiuslibet cap. syndicum. super prætenso vsu in nemore & perceptione eiusdem,& modo vtendi interrogare valerem, necnon extraordinariè agendo eisdem possem committere,& confrōtare,testes in informationibus examinatos super abusu,& delictis in perceptione vsus prędicti in prætacto ne-
70 more per fiscum prætensis. † Et vbi vniuersitas non habet syndicum, tenetur,& cogitur creare : vt text.in.l.ergò. §.creditoribus.ff.de fideicommiss.liber. Bart.in.l.solent.in fin.ff.de aliment.& cibar.lega.&.l.j.ff.de curat.bonis dand. &.ff.de administr.tutor.l.iij.§.sed non
71 erit.†Et si citata,vniuersitas non compareat, nec defendatur per syndicum: quia fortè non vult creare, obseruabitur quod legitur. ff.si quis in ius vocat. non ierit. & tunc si quid habeat commune, possidebitur ex primo decreto: & si admoniti non excitentur ad sui defensionem,prætor faciet vendi bona communia illius vniuersitatis , vænireque bona se iussurum proconsul dicet : vt.l.j.§.quod si nemo. iuncta glos. ibidem.ff.quod cuiusque vniuersit.no. &.C.de bonis author.iudi.possi.l.cùm proponas.&. ff.ex quibus caus.maior. l.ait prætor. §.hæc sunt autem. &.l.ergo.ff.eodem. ff.ex quib.caus.in posses-
72 sionem eatur.l.Fulcinius.§.primo.†Si verò vniuersitas condemnata non habet crumenam communem,tunc cogetur imponere collectam.d.l.j.§.quod si nemo.ff.quod cuiusque vniuer.vbi cauetur per glo.in verbo:procōsul, quòd si vniuersitas nihil habeat commune, compelletur facere collectam : vt ali-
73 quid habeat commune.†Nam qui potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur:vt.l.qui potest. ff.de
74 regulis iuris.†Si autem illi de vniuersitate nolunt collectam imponere, iudex poterit imponere ipsis primò vocatis : vt.l.fina.C.de muneribus patrimon

mon. libro decimo. ibi: præsidibus significamus, vt omnes possessores, cæterósque sciat conueniri debere, quandoquidem ea patrimonii munera esse
75 constet, &c. † Et poterit idem iudex imponere onus exigendæ collectæ alicui, vel aliquibus de vniuersitate, intra certum tempus, quo elapso exactor, siue exactores poterunt conueniri, vt. l. prima. circa princi. ff. de munerib. & hono. ibi: decemprimatus. ab ipsis enim primatibus periculo ipsorum primatium exactiones solennium functionum ce-
76 lebrentur. Et glo. ibidem dicit, † quòd si non bene exigant, subibunt in se periculum: ipsi verò exigent ab aliis de vniuersitate, & etiam à se per solidum & libram, scilicet, secundum facultatem patrimonii. Tutius tamen agendo prout practicari solet, iudex secundum taxationem, singulorum, qui reperiuntur in rotulis exactorum, siue collectorum publicarum functionum, siue taliarum, debet imponere collectam per
77 solidum, & libram. † Quòd si quis ex his, quibus est imposita collecta non reperitur soluendo, alii de vniuersitate soluant per solidum, & libram: vt. l. prima. C. de omni agro deserto. lib. xj. ibi: vt si constiterit ad suscipiendas easdem possessiones, ordines minus idoneos esse, eorundem agrorum onera, possessionibus, & territoriis diuidantur
78 accepta. † Sed videtur, quando vniuersitas est condemnata ex delicto, quòd collecta debet imponi per capita, & non per solidum, & libram: quia vniuscuiusque par delictum est, ergo per capita: vt. l. si quenquam. C. de epi-
79 scopis & clericis. † Nam vniuersitas condemnata pro maleficio, quilibet de villa videtur teneri insolidum: vt. l. si quis id, quod. §. fina. & §. sequent. ff. de
80 iurisd. omnium iudic. † In contrarium videtur imponi debere collecta pro quantitate patrimonii, facit. l. prima. de munerib. patri. lib. x. & l. fin. de naufragiis. lib. xj. C. Idem videtur tenere Specul. in titu. de raptor. §. sed pone, vniuersitas. quia vno soluente, alii liberantur, quando ex delicto alterius tenentur: vt. l. ex maleficiis. §. is quoque. ff. de actionib. & obligationib. & Barto. in. l. ne quid. ff. de incend. rui. & naufrag. ideò punita vniuersitate, non videntur posse puniri aliqui homines singulares de vniuersitate: quia secundum hoc de delicto eiusdem hominis
81 bis quereretur. † Dicendum est præterea, sub hoc tẽperamento, quòd quædam sunt delicta, quæ dicuntur fieri per vniuersitatem, vt quando est instigatrix, & factrix. & in illis sola vniuersitas potest puniri: vt. l. prima. §. incidit. ff. ad Turpillianum. & l. hæc verba. ff. ad legem Iuliam, de adulteriis. Sed in delictis, quæ non fiunt propriè per vniuersitatem, diuersum erit omnino:
82 † quia facientes punientur de delicto: vt. d. l. si quis id, quod. §. fi. & l. seq. ff. de iurisdic. omnium iudic. punietur etiam vniuersitas, si factum curauit, vel ratum habuerit: vt Cyn. in. d. l. iubemus nullam. C. de sacrosan. eccl. & sæpe alleg. l. sed si ex dolo. §. j. ff. de dolo. & l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar. & Inno. in
83 c. grauem. extrà de sent. excom. † Aduertendum est igitur, quòd quædam sunt delicta, quæ tantùm possunt fieri per ipsam vniuersitatẽ: vt faciendo statuta,

dando iurifdictionem,imponendo collectas,& fimilia,ifto cafu poteft vniuerfitas delinquere,vt in authen.itẽ nulla communitas.C.de epifco.& cleri.ibi: quod fi fecerint , & requifiti ab ecclefia,vel imperio emendare contempferint , triplum refundant. nihilominus banno imperiali fubiaceant,quod abfque fatisfactione debita nullatenus remittatur,&.C.de fac.fan.eccle.authen. caffa,& de ftatu.contra libert.eccle. in princ.§.item uulla communitas.in vfi
84 bus feudorum.† Nec poteft dici,quòd aliquis priuatus hoc faciat:fed hoc facit ipfa vniuerfitas,in qua eft illud ius: vt.l.omnes populi.ff.de iuftitia & iure,ibi:nam quod quifque populus ipfe fibi ius conftituit,id ipfius propriũ ci-
85 uitatis eft : † vocaturque ius ciuile, quafi ius proprium ipfius ciuitatis:vt lege fin.C.de iurifdictione omniũ iu-
86 dicum.† Item poteftatem,fiue Tribunũ aut decuriones fibi eligere poteft, vnde cum plebs à patribus feceſsiffet, anno ferè feptimodecimo poteft exactos reges,Tribunos fibi in monte facro creauit,qui effent plebeij magiftratus. dicti Tribunij , quòd tunc in tres partes populus diuifus effet,& ex finguli creabantur:vt lege fecunda.§.eifdem temporibus . ff. de origine iuris.
87 † Quædam autem funt delicta , quæ non refpiciunt ifta iura refidẽtia apud vniuerfitatem,vt committere homicidium,vel facere violentiam,& fimilia, & tunc vniuerfitas non poteft hoc facere propriè ; quoniam ifta requirunt perfonam veram,dicta.l.fed fi ex dolo.§.primo.ff.de dolo,fed dicuntur cõmitti impropriè per alios regẽtes vniuerfitatem feu alios,quibus ciuitas cõmifit vigorè ftatuti:vt.l.prima.§.fina. ff.de acquirenda poffeſsione.ibi: municipes per fe nihil poſsidere poffunt; quia vniuerfi confentire non poffunt: forum autem aut bafilicam,hifque fimilia,municipes non poſsidẽt,fed pro-
88 mifcuè his vtuntur . † Nec quod vniuerfitas,finguli debent : vt.l.ficut.§.fi quid. ff . quod cuiufque vniuerfitatis
89 nomine. † poffunt autem municipes poſsidere per liberam perfonam.l.fed hoc iure. ff. de acquiren.poffef.&.l.j.
90 ff.de lib.vniuerf.† & ita poteft intelligi.l.metum. §. animaduertendũ,cum fua glo.ff.quod met.cau.&.l. aliud.§. refertur,iuncta glo.ff.de regulis iuris.
91 † Sed videtur , quòd vniuerfitas non poſsit delinquere:quia vniuerfitas eft nomen iuris,quod non habet animum neque intellectum,ergo nõ poteft delinquere:vt.l.j.§.j.ff.fi quadru.pauper. fecif.dica.&.l.infans.ff.ad legem Corne.de fica.& idem videtur tenere Innocen.in cap.grauem.extrà de fenten.
92 excommu . † Et aliud eft vniuerfitas, quàm perfonæ,que faciunt vniuerfitatẽ:vt.l.mortuo.ff.de fideiuffo.ibi:quia hæreditas perfonæ defuncti vice fungitur:ficuti municipium & curia,& focietas,&.l.cum hæreditas vicem domini fuftineat.C.depofi.& inftitu.de ftipu.feruorum.§.primo.ibi:fed hæreditas in plerifque perfonæ defuncti vi-
93 cẽ fuftinet,quod apparet:† quia mortuis omnibus de populo,& alijs fubrogatis,idem eft populus: vt.l.proponebatur.ff.de iudic.ibi:& populum eundem hoc tempore putari , qui abhinc centum annis fuiffet,cum ex illis nemo

mo viueret nunc, neque in hoc solum euenire, vt partibus communitatis eadē res esse existimaretur, sed & in mul-
94 tis cæteris rebus.† Nam & legionem eandem haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locum alij subiecti essent, vt. l. si grege. ff. de leg. primo vbi grex. mutatus particulariter, idem est grex. Ideò quod vniuersitas non possit delinquere, satis apertè videtur consta-
95 re.† Nam in municipes nō potest dari actio ex suo dolo. quid enim munici pes dolo facere possunt. d. l. sed si ex dolo. §. sed an in municipes. ff. de dolo.
96 † Nil enim facile facere possunt, cum nec facile consentire possint: vt. ff. de arbi. l. item si vnus. §. principaliter, ibi: propter naturalem hominū ad dissentiendum facilitatem, iuncta gloss. in verbo, facilitatem, & l. prima. ff. de lib.
97 vniuersi.† In contrarium videtur, quòd vniuersitas nihil aliud sit, quàm homines vniuersitatis: vt not. in. l. sicut. §. primo. iuncta gloss. ff. quod cuiusque vniuers. no. & l. in fi. & lege. fin. ff. de colle. illic. & hoc tenent omnes philosophi, & canonistæ, qui dicunt quòd totum non differt realiter à suis
98 partibus † Dicendum tamen hoc esse verum, si loquamur verè, & propriè. Nam nil, aliud est vniuersitas scholarium, quàm scholares, sed impropriè secundum fictionem iuris, secus est.
99 † Nam ius fingit aliud, quam est: vt lege vnica. in principio. C. de rei vxoriæ actio. fingit natum, quod non est: vt. ff. de statu. ho. l. qui in vtero. fingit non esse natum, quod est tamen: vt. ff. de liberis, & posthumis. lege Titius testamentum. §. Lucius, fingit viuere, quod non viuit: vt instituta de excusatione tutorum. §. defuncti autem, fingit non conceptum eum, qui mortuus nascitur: vt. ff. de verborum signi-
100 ficatione. lege qui mortui. † Et ideò licet vniuersitas nil aliud sit, nisi singuli homines, qui in corpus vnum conuocati, illam vniuersitatem faciūt. Si tamen omnes, siue quilibet de vniuersitate tibi intulerit iniuriam, nihilominus non poteris agere contra vniuersitatem, sed cōtra singulos: quia non vt vniuersitas: scilicet concilio habito, & campana sonata, vel aliàs eis conuocatis fecisset, sed quilibet suo motu: prout dicit gloss. in dicta. l. sicut. §. primo. in verbo, non debetur. Vnde non posset fieri inquisitio contra vniuersitatem: sed contra illos homines singulares, qui hoc fecerunt.
101 † Hinc, quod plus est, si omnes homines de vniuersitate irent ad committendum homicidium leuato vexillo, & pulsata campana, non videtur teneri vniuersitas, sed tantum singuli, & qui eleuauerunt vexillum, & pulsauerunt campanam, tanquam incitatores personarum: vt. C. de seditio. per totum titu. & ita videtur intelligi gloss. in dicta. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa.
102 † nisi vniuersitas hoc ratum haberet: quia tunc posset teneri insolidum: dicta. lege sed si ex dolo. §. primo ff. de dolo, & l. prima. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. vel nisi vniuersitas deliberato proposito, & consilio hoc fecisset. Nam vbi communi consilio plurium factum est quid, licet vel cū vno,
103 vel cum singulis experiri. † Opus enim,

enim, quod a pluribus pro indiuiso factum est, singulos insolidum obligat. Si tamen proprio quis eorum fecerit consilio, cum omnibus potest agi, scilicet insolidum. Itaque alter conuentus, alterum nō liberabit: quinimo perceptio ab altero, non liberabit alterum, hoc casu, quando proprio consilio fecerunt, & pro hoc videtur text. for. in. l. semper. §. ij. ff. quod vi
104 aut clam † quia videntur omnes facere. quod concilium facit: vt gloss. in dicta. l. sed si ex dolo. §. sed an in municipes. in verbo: facere possunt. ff. de
105 dolo, † & dolo etiam malo factum esse dicitur, quando praecedente concilio ad hoc ipsum quis homines collegit armatos, vt damnum daret, bonave raperet. Siue igitur ipse, qui cogat homines, siue ab alio coactis, vtitur ad rapiendum, dolo malo facere videtur, lege secunda. §. dolo autem malo. ff. vi bonorum raptorum. Si igitur vniuersitas potest delinquere, ergo potest puniri, sed alterabitur, & minuetur poena: quia si omnes homines huius ciuitatis, vel maior pars hominum delinquit, propter multitudinem
106 delinquētium minuetur poena. † Nā detrahendum est seueritati, vbi strages multorum hominum iacet: vt glo. in. l. aut facta. §. nōnunquām. ff. de poenis, & ar. ff. ad legem Corneliam de si-
107 car. leg. qui caedem. † Si autem delictum est commissum à multis, & hoc constat, & tunc propter multitudinem delinquentium, minuetur poena, aut non est commissum, sed est dubium, ne committatur propter multas personas aptas ad hoc, tunc exaggerabitur poena: vt dicta lege aut facta. §. nonnunquam. ff. de poenis. Et ita tenet Cyn. in lege si quis in tantam. in vltima quaestione. C. vnde vi. Innocen. tamen in capitulo dilectus. extrà de sy-
108 monia. tenet, † quòd vniuersitas non potest puniri criminaliter: sed potest conueniri ciuiliter, & idem Innocen. in capitulo grauem, extrà de sententia excommunicatio. licet videatur esse casus contrarius, in. §. si quis vero ausu temerario. de pace tenen. & iura. firman. in vsibus feudorum, ibi: si ciuitas est, poena centum librarum auri camerae nostrae inferenda puniatur, oppidum verò, triginta libris auri mulcte-
109 tur, &c. vbi glo. dicit, quòd † maiores puniuntur maiori poena, quàm minores, scilicet pecuniariter: vt in praeallega. §. si quis verò: &. l. presbyteri. §. si fortè. C. de episcopis & clericis. ibi multòmagis etenim digni sunt poena, quibus cum plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si in oc-
110 culto inueniantur crimine. † Corporaliter autem minori poena debent puniri maiores, quàm minores. l. qui caedem. ff. ad. legem Cornel. de sica. & l. nemo clericus. C. de summa trinita. & fide catho. & gloss. in. d. §. si quis ve-
111 rò. in verbo: centum. † aliter enim ex hisdem facinoribus puniuntur serui, quàm liberi. d. l. aut facta. §. persona dupliciter spectatur. ff. de poenis, nisi
112 tumultus alter sedari nō possit, † quia tunc puniendi sunt iudicio populi: vt dicta. l. qui caedem. iuncta glo. ibidem.
113 † Quare autem vniuersitas non possit puniri criminaliter, secundum Innocen. in dicto capitu. dilectus. ista est ratio,

tio, quia si puniretur criminaliter, per cōsequēs punirentur pupilli, & infantes, qui non consenserunt, quod esset iniquum. Præterea, cū mortuis omnibus hominibus, & alijs subrogatis, eadē sit vniuersitas, ergo illis qui posteà nascerētur, punirētur, quod esset absur-
114 dum, vt idē Inn. in. d. c. grauē. † Ciuiliter verò nō est dubium, ꝙ vniuersitas pro delictis possit cōueniri in eo, quod ad eam peruenit: vt dicta. l. metum. §. animaduertendum. ff. de eo, quod metus causa, &. l. sed & si ex dolo. §. primo
115 ff. de dolo. † Sunt si quidem delicta quædam, propter quæ filius punitur propter patrē: vt in crimine legis Iuliæ maiestatis: vt. l. quisquis. C. ad legē Iuliā maiesta. & in crimine hæreseos: vt capit. statutum. de hæreti. libro. vj.
116 & capi. felicis, de pœnis lib. vj. † Tūc isto casu vniuersitas potest puniri criminaliter, vt factum fuit de Carthagine, quæ passa est aratrum: & vt. ff. quibus modis vsuf. amit. l. si vsufructus. la prima, iuncta glo. & in istis cessant rationes Innoc. vbi possunt puniri paruuli propter maiores, & descendentes
117 propter ciuitates suas, & ita † Henricus Imperator damnauit Ciuitatem Brixiæ subijciendam aratro, quā pœnam ex misericordia demum relaxa-
118 uit. † Itidē Bonifacius Papa, propter delictum quorundam templariorum, totum collegium ipsorum destruxit.
119 † Et ita hoc anno millesimo quingentesimo quadragesimo, Veneris vltima Aprilis, contingit iudicatum per Carolum Imperatorem contra & aduersus Gandauum Ciuitatem in Flandria, cuius incolas, & municipes omnibus priuilegijs, libertatibus, & iurisdictiōe priuauit, eosdemque togis partim lugubribus induendos, & capitibus nudandos noxam honorabiliter, & vtilitèr emendare censuit. rebus omnibus communibus fisco addictis, adiecta mulcta maxima, Quod transcriptum iudicatum
120 perlegi. † Quædam sunt delicta, in quibus filius non punitur, propter patrem: vt in casibus, in quibus suprà dictum est vniuersitatē posse delinquere, & tunc punietur vniuersitas, sed in modis puniendi est differentia. Nam si pœna cadat in vniuersitatem, & non in singulos de vniuersitate, vt si debet publicari quædam res de vniuersitate, ipsa vniuersitas puniretur. dicta. l. iubemus nullam nauem. C. de sacrosan-
121 ctis ecclesijs. † Sed si esset talis pœna, quæ æquè caderet in vniuersitatē, & in singulos: vt est pœna pecuniaria, tunc si quidem est collegium, vt collegium Priorum, qui sunt numero decem, vel similium. non punirentur omnes de collegio, sed tantum illi, qui consenserunt, casus in. l. prima circa principium. ff. de magistr. conueniend. qui dicit, quòd in ordinem subsidiaria actio non dabitur, sed in magistratus, nec in fideiussores eorū: hi enim rēpublicam saluā fore promittunt, nō pupilli, Proinde nec nominatores magistratuū ex hac causa tenebūtur, sed soli magistratus. Sed si ordo receperit in se periculum, dici debet teneri eos, qui præsentes fuerunt. Parui enim refert nominauerint, vel fideiusserint, ant in se periculum receperint. Vtilis ergo actio in eos competit: vt dicta. l.
122 j. † Sed si esset collegiū magnum, &

 diffusum,

diffusum, vt est populus, seu aliqua cōmunitas, tunc quia discernere consentientes à non consentientibus, esset difficile, tota ciuitas, & tota vniuersitas teneretur, vt authenti. item nulla communitas. C. de sacrosanctis eccles. vbi dicitur, quod communitas in emendatione pœnæ triplum refundit, & banno imperiali subiacet. &. §. primo de
123 pace iuramen. firman. in vsibus feu. † Si verò tale sit delictum, quod non cadit, propriè in vniuersitatē: vt homicidiū, & rapina, & similia: tunc vniuersitas punitur more priuatorum, si pœna possit in vniuersitatem cadere, scilicet poterit conueniri ciuiliter in eo, quod ad eam peruenit dicta l. metum. §. animaduertendum. ff. de eo, quod met. causa.
124 † Sed vbi pœna non potest cadere in vniuersitatem, vt est pœna decapitationis, cùm non possit vniuersitas decapitari, quia non habet caput verum, sed fictum, tunc illa pœna alterabitur in aliam, argu. glo. in d. l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis & leg. quid ergo §. pœna grauior. ff. de his, qui notan. in fa. & l. his accusare. §. omnibus, in fine.
126 ff. de accusat. † Quæritur, quare non amputatur illud corpus fictum, hoc est dissoluatur collegium, seu vniuersitas illa? Respon. quia sequeretur illud inconueniens, quod dicit Innocent. in d. c. grauem. nam punirentur inculpabiles. Illud etiam in pæna pecuniaria cōtingeret inconueniens, quia collecta imponeretur illis, qui non deliquerunt
125 & ideò est concludendum, † quòd licet superior totam vniuersitatem condemnet, vt dictum, est tamen illi, qui non deliquerunt, non debent contribuere in solutione collectæ de iure, vt argument. d. l. prima. ff. de magistr. conuen.
127 † In ciuilibus vbi vniuersitas est condemnata ex contractu mutui, emptionis, vel similium, si mutuum fuit acceptum pro causa, quæ respicit onus vniuersitatis, pro viribus patrimonii singulorum quilibet tenetur, vt l. omnes, la secunda, C. de oper. public. ibi hoc pacto impendiis ordinandis, vt adscriptio currat pro viribus singulorum. deinde adscribantur pro æstimatione operis futuri territoria ciuium, ne plus postcatur aliquid, quàm necessitas impetrauerit, ne ve minus, ne instās impediatur effectus oportet nanque per singula non sterilia iuga certa quæq; distribui, vt par cunctis præbendorum sumptuum necessitas imponatur, nemini excusatione, vel alia præsumptione ab ab huiusmodi immunitate præbenda, vt in authenti. de manda. princip. §. de-
128 inde competens, collat. tertia. † Tunc enim imponetur collecta per solidum. & libram, nec quis poterit capi insolidum: sed pro parte sua, non enim est debitum cuiusque proprium, sed vniuersitatis, vt. ff. de rerum diuis. l. in tantum §. sed vniuersitatis, & probatur in dicta l. sicut. §. primo. ff. quod cuiusque vniuersita. &. C. vt nulli iudi. l. prima lib.
129 xj. † quod si quis reperiatur non soluendo, alii de vniuersitate soluant: vt l. prima. C. de omni agro deser. libr. xj.
130 † Quòd si vniuersitas haberet nemus commune, adhuc creditor non posset mitti in possessionem partis nemoris illius qui reperitur non soluendo vt no-
131 tat gloss. in dicta l. sicut. §. primo. † quia nec nemus illud, nec pars eius alicuius

intel

intelligitur dicta l. intantum. §. primo
132 ff. de rerum diuis. † Sed si aliquid fuit acceptum mutuum, vel quid emptum pro excipiendo de aliquo munere personali, vt puta ex forma statuti quilibet debet ire ad exercitum, vel ad quid aliud, tunc si deuentum est ad compositionem, quod soluant aliquid & non vadant, tūc ista imponetur collecta per capita sicut enim pro ea pecunia quam soluerunt senserunt releuamētum per capita. Ita per capita soluere debent, vt insti. pro socio. §. illud. &. ff. de reg. iur.
133 l. secundum naturam. † Sed si debeant subire illud onus per fumantes, quia omnes habitantes in vna familia, habebuntur pro vno fumante, eodem modo habebitur in collecta. In dubio verò, si hoc non liqueret, collecta impo neretur personis pro viribus patrimonii vt l. rescripto, in fin. ff. de muner. & oneribus.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Præco quis dicatur. Et eius munus.*
2 *Citatus allegans se literas ignorasse, vel edictum non potuisse legere cum palàm esset mul tiq; legerent, non admittitur.*
3 *Edicti solenniter & publicè promulgati non potest quis ignorantiam causari & nu. 4.*
5 *Ignorantia an eò vsq; præsumatur quo scien tia probetur.*
6 *Edictum seu decretum an ligat ignorantes. Et an sufficiat denuntiasse procuratori. nu. 7.*
9 *Ignorantia non admittitur circa ea, quæ palam & publicè fiunt.*
10 *Ignorantia circa ignota, non probanda.*
11 *Edicta sufficit proponi in publico. etsi ad citatum non perueniant. Quod si secus sit, sentētia interim lata, nulla est nu. 12.*
13 *Edictum peruenire ad citatum per solam famam, sufficit.*
14 *Publicum dicitur, quod ponitur in publico, vel porta alicuius ecclesiæ.*
15 *Ignorantiam edicti, post duos menses non potest quisquam accusari.*
16 *Edictorum non est vsus Parisijs, non citationibus.*
17 *Citatio realis constituit veros contumaces.*
18 *Causam defendere negligentes apud fiscum, sæpius conuenti, sunt subijciendi rebus iudicatis, & in eos irrogari potest pœna sanguinis, statutis Franciæ & Italiæ nu. 19.*
20 *Criminosi, iure Codicis per edicta vocati, absentes possunt condemnari ad vltimum supplicium.*
21 *Contumax habetur pro confesso, ex Franciæ & Italiæ consuetudine & stylo.*
22 *Iudex antè, quàm procedat ad condemnationem absentis, sibi constare debet de maleficio, per testium examen*
23 *Sententia ferri non potest in absentem vltra relegationem idq; iure communi. & nu. 25.*
24 *Facinus nocentis relinqui impunitum, satius est quàm innocentem damnari.*
26 *Sententia in absentem, qualis esse debeat, in pœnis citra relegationem.*
27 *Absens si vincat præsentem causæ suæ æquitate, an repetat expensas à præsente. Et num etiā ille ipse de calumnia puniatur. & nu 28.*
29 *Fuga vbi obijcitur pro crimine: probata fuga, probatur crimen.*
30 *Fuga facit semiplenam tantum probationem in criminalibus.*
31 *Accusator si se absentauerit, quomodo procedetur super crimine intentato à se & nu. 32.*
33 *Accusatore se se absentante, iudicis quod sit officium.*
34 *Fiscus accusator semper manet pro publico in-*

tereſſe, quamuis actor ſe abſentauit.

35 *Accuſator ſi deſtitit à lite, compoſitione inita cum aduerſario, incidit in* Senatuſconſ. *Turpillianum. & quid ſi publica fuerit accuſatio. nu. 36.*

37 *Senatuſconſulti Turpill. pœna, non habet locum in accuſatore deſiſtente à lite pro priuato delicto.*

38 *Rei pœna, qui corruperit delatorẽ & nu. 39.*

40 *Crimen fateri intelligitur, qui paciſcitur.*

Executionis per apparitores forma.

Executa per nos Gal a lum[a] præconem, & apparitorem præpoſituræ, & in actis ad eam rem delegatos, quòd virtute certi edicti à domino pręposito Pariſienſi, aut eius vicario. xviij. die Nouembris, anno Domini M. D. XL. dati, ſecundum Antoniã Dianam, viduam defuncti Ioannis Pluti, tam ſuo nomine, quàm vt corporum, & bonorum Iacobi, & Petri Plutorum eius & dicti defuncti annis minorum filiorum adminiſtratricem: Auguſtinum Plutum: dictorum defuncti, viduæ annis maiorem filiorum, Benedictum Craſſum defuncti diſcreti viri magiſtri Chryſoſtomi Craſsi, dum viueret, in Palatio aduocati fratrem Mariam Martham defuncti Iuliani Xenii viduam, Dionyſium Dauum defuncti Craſsi nouiſsimè famulum cõquerentes cum procuratore regio, contra Bernardum Thraſonem, Claudium Caligulam, Principis noſtri milites, nobilem Deſyderium Anippum abſentes, & contumaces. Et ad dictorum conquerentium poſtulatio nem, ac ſupplicationem nos tranſtulimus ad loca, & plateas: vbi proclamationes, & proſcriptiones in dicta præpoſitura fieri ſolent. Ita prima proclamatio Mercurii, prima die Decembris, ſecunda Mercurii decimaquinta, tertia Mercurii vigeſimanona, & quarta ex abundanti duodecima die Ianuarii, anno Domini M. D. X L. Quibus locis, & diebus ſono tubæ & voce publica denuntiauimus, ac declarauimus dictos Bernardum Thraſonem, Claudium Caligulam, Deſyderium Anippum, cum omni-

bus

b bus suis bonis publicandos, [b] nisi intra hos quater quaternum denos dies in iure se sisterint, & coram comparuerint. Quod verum esse testamur, & per nos ita actum, adhibitis Petro Fabro, Ioanne Latomo regiis apparitoribus, aliisque testibus. In cuius rei testimonium, chirographis nostris hanc renuntiationem obsignauimus.

Intermissa contra dictos absentes persecutione, donec iudicio diffinitiuo terminetur, & omne litis instrumentum apud acta proferatur, vt iudicetur diffinitiue interim virtute primi rescripti, & clausula rogatoria in eo adiecta, signato die decimosexto Octobris, Bernardus Thraso Rothomagi prehensus est, & vinctus ab vno, aut pluribus iuridici siue Baillivi illius ditionis lictoribus, & eius permissu ad iudicē delicti dimissus, atque in carcerem coniectus.

Eius facti acta scribuntur hoc contextu.

1 PRAECONEM. † Praeco dicitur, qui apud acta aut ciuitate publicè proclamat, vel pronuntiat aliquid faciendum: per quem plerunque fit edictorū narratio, id est, recitatio, & publica in ius vocatio, & citatio. Sed qui proponit edictum, tenetur ipsam propositionem proscribere, palàm sic accipimus: claris literis, vt de plano scilicet à terra legi rectè posit, non in loco remoto sed in euidenti, etiam literis Graecis, vel Latinis potest fieri secundum loci conditionem, ne quis excusari posset
2 ignorantia literarum. † Certè, si citatus dicat ignorasse se literas, vel non obseruasse, quod propositum erat, cum multi legerent, cumq; palàm esset propositum, non audietur, proscriptum autem perpetuò esse debet. Caeterum per id tempus, quo propositum non erat, vel si fuit obseruata proscriptio, citatus videtur excusari. Vel cùm proscriptum esset, alius sustulit, aut vetustate, aut pluuia, vel quid simile contingit, ne proscriptum esset, vel non appareret, dicendum est eum qui proposuit, teneri lege sed si pupillus. §. de quo pa-
3 lam. ff. de institu. actio. † Vbi ergo solenniter edit, aut publicè promulgatur non est necessarium ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum, vt literas inculcare, sed id solum sufficit, vt ad eius obseruantiam teneatur: qui nouerit edictum solenniter, aut publicè promulgatum.
4 † Nec potest quis allegare excusationem: quod edicta siue decreta ad eius notitiam, nec per literas, nec per deputati ad hoc executoris mandatum, vel literas peruenisset, vt capitulo primo extrà de postulatione prae-
5 la † Contrarium autem videtur, & quod

qu

quilibet videtur & præsumitur ignorans,nisi probetur sciens: vt.ff. de pro-
6 bat.l.verius.† Ideò edictum,sine decretum non ligat ignorantes: vt.l.fin.ff.de decre.ab ord.francien.&. lxxxij.dist.c. proposuisti,circa finem.& argu . extrà de const.c . cognoscentes , proposuisti, circa finem,& argumen.extrà de con-
7 sti.c.cognoscentes.† Imò non sufficit denuntiare procuratori,vt . ff.de peti.
8 hæredi.l.item veniunt.§.petitam.† Sed non est ita:quia cũ publica edicta sunt promulgata, illa ignorare non possumus,neque debemus:sed præsumimus ea scire: vt.xij.quæstio.ij.c.qui & humanis,& ar.d.l.sed & si pupillus.§.de quo palàm,& ar.extrà de præsumpt . capit.
9 quantò.† vbi enim allegatur ignorantia circa ea,quæ plerique sciunt,& quę publicè fiunt,non creditur ei,nisi hoc probetur: vt extrà de elect.c.innotuit. versicu.nec probare cogimur. & extrà qui matr.accus. poss.c.cùm in tua . & extrà de senten.excommu. capit.si ve-
10 rò.&.xxxiiij.quæ.ij.cap.in lectũ.† Sed vbi circa ignota allegatur ignorantia, non cogitur quis probare ignorantiam vt.ff.de administrat.tuto.leg.hoc autẽ.
11 † Conclusiuè sufficit edicta proponi in publico,& si ad citatum nõ perueniãt: argumen.extrà de dolo & contumac. capit.causam, quæ, & argument.ff . de damno infe.l.iiij.§.totiens,&.C.de an. exce.l.vt perfectius,&.C.de iudic.l.pro
12 perandum.§.& si quidem.† Nec obstat l.j.§.item cùm ex edicto.ff.quæ sententiæ sine appella.rescind.vbi dicitur,cũ ex edicto peremptorio,quod neque propositum est,neque in notitiam peruenit,absentis condemnatio fit, nullius momenti esse sententiam constitutiones demonstrant:quia ibi edictum non fuit soleniter propositum,vt debuit: vt glo.ibidem.Secus autem,vbi fuit soleniter propositum,sed non peruenit in notitiam: vt.l.abeo.C.quomodo & quado iud.&.C.si mi.ab hæred.se abst . authentic.si omnes & dicta.l . properan-
13 dum.§.j.† Imò videtur sufficere,quòd per solam famam ad eius peruenerit notitiam: vt extrà de sententia excommun.c.cùm desyderes.§.secundæ quæstioni,& si dubitaretur,quia solùm per famam intellexit,in dubio debet parere edictis: vt capitu.illud,extrà de cle-
14 ric.excommun.ministrante.† Illud igitur,quod ponitur in loco publico vel porta alicuius ecclesiæ,dicitur publicũ adeò quòd nulli licet ignorare: vt in authen.quomodo oportet episcopos.§.li-
15 centiam.colli.† nullus itaque excusationem habet post duos menses,si vellet ignorantiam edictorum allegare: vt in authen.vt fact.nouæ constitutio.
16 col.v.† De stylo antem curiæ parlamẽti Parisiis rei non vocantur per edicta: sed tantùm citantur ad tres breues dies sono tubæ,& ex illa simplici triduana contumacia repetitis testibus condemnantur diffinitiuè ad vltimum supplicium , secundum exigentiam delicti: prout constare potest per arrestum dictæ curiæ datum & pronuntiatum die decimanona Iulii,anno domini millesimo quingentesimo trigesimotertio , inter Ioannem de Lancey,custodię corporis domini nostri Regis Dory forũ siue satellitem,aut spiculatorem & regiorum marescallorum in patria Cenomanẽsi Præpositum,in materia subornat

ornationis testium actorem & conquerentem ex vna contra Ioãnem le Roy, & alios absentes,& contumaces ex altera:qui ex illa triduana contumacia cõdemnari sunt ad vltimum supplicium: prout constat per dictum arrestũ,quod vidi signatum Malon.& pro hoc videtur tex.in.l.senatus.§.senatus.&.l. ij.§. senatus.ff.de iu-fisc.

b PVBLICANDOS. †Talis enim cita
27 tio personalis,constituit veros contumaces:vt.c.venerabilibus.§.secus, de
18 sentent.excommu.lib.vj. †Et ideò,qui apud fiscum causam defendere sæpius conuenti neglexerint, rebus iudicatis subiiciendi sunt,quod ex eo apparet,si sæpe conuenti præsentiam sui facere noluerint:vt.l. contumacia. §. contumax.&.l.de vnoquoque.§.qui apud.ff.
19 ff.de re iudic.†& potest in eos irrogari pœna pro qualitate delicti.scilicet pœna sanguinis de consuetudine,& statuto regni Franciæ,& ciuitatum Italiæ:vt Bartolus in.l.j.ff.de requirendis
20 reis,† Iure etiam Codicis criminosi, per edicta vocati absentes,possunt condemnari ad vltimum supplicium,text. formaliter cum glo.in.l.si apparitor.de coarta.lib.duodecimo.C.&.l.ne diu.C. de pœnis,sed loquuntur in casibus specialibus,vt ibidem glos.etiam in.c.qualiter & quando.l,secundo.ver.ad inquirendum,verbo:si verò infamatus,extrà de accu.& extrà vt lite non contest.c.
21 quoniam.§.sunt & alii.†Ratio, quare procedatur ad condemnationem absentium,est,quia de forma dictorum statutorum,& consuetudinis Franciæ,& Italiæ contumax,siue ex bannitus habetur pro coufesso,nec posteà auditur de crimine:imò quotiescunque reperitur, non est opus alio nouo processu:sed paratur sola executio,dummodo notescat iudici dictum contumacem esse illum de quo agebatur in processu:secundum Bartol.in.l.diuus.versicu.& diuus.ff.de custo.reorum,& idem Barto.in.d.l.j.ff.
22 de requirendis reis.† Veruntamẽ priusquam iudex procedat ad condemnationem absentis, debet habere fidem de maleficio imposito per examen testiũ: vt Barto.in.d.l.inter.ff.de publicis iudi
23 ciis.alleg.l.absentem.ff.de pœnis.† Iure autem communi non potest ferri sententia in absentem supra relegationẽ: sed tantùm potest irrogari pœna.s.pecuniaria,vel ea,quæ æstimationem cõtingit,quando videlicet neque denuntiationibus,neque edictis præsidis obtemperauit vsque ad relegationem inclusiuè.Quòd si quid grauius irrogandum,puta in metallum,vel capitis pœnam,non potest absenti pœna talis irrogari:quia vbi pœna extenditur supra relegationem,nulla pœna irroga-
24 tur absenti:† Cùm satius sit impunitum relinqui facinus nocentis,quàm innocentem damnari,vt.l.absentem.ff.de pœnis.iuncta glo.&.l.absentem. C. de accu.&.l.j.§.primo.ff.an per alium cau
25 sæ appellat.†Et hoc,siue sit lis contestata contra eum ante absentiam:vt.C. de requirendis reis.leg.prima.siue non sit contestata:vt dicta lege absentem,
26 ff.de pœnis.†In pœnis citra relegationem imponendis,non vtique pronuntiatur secundum præsentem contra absentem.sed interdum absens si bonam causam habuerit,vincet,vt.l.ad perem
27 ptorium.ff.de iudiciis.†Sed non vin-

cet abs

cet absens,quo ab condemnationem ex pensarum aduersus præsentem:vt.c.calumniam,extrà de pœnis,& leg.properandum.§.& si quidem.C.de iudic. vbi dicitur,quòd victus præsens sumptus suos de condemnatione deducet,vt glo.
28 in.d.c.calumniam.† præter autem expensas,victus præsens poterit de calũnia puniri:vt.d.glo.&.C.de calumniatoribus.l.iij.& instit.de pœna temer.
29 litigan.§.aduersus † Constat igitur: quòd vbi alicui obiicitur fuga pro crimine,probata fuga,probatur crimen: vt lege desertores.ff.de re mili.&.l.primo.§.cùm dominus.ff.ad Syllania.& Bartol.in.l.lege eadem, gloss.tamen in leg.in bonæfidei contractibus.C.de iu-
30 reiur.dicit,† quòd fuga in criminalibus facit semiplenam probationem tantùm,vt leg. admonendi.ff.eodem.
31 †Quæro,quid si accusator se absentauerit,quomodo procederetur super crimine?Dic,quòd possunt duo quæri.Primò,quid fiet absente accusatore contra ipsum accusatorem? Secundò.quid fiet absente accusatore.de ipso processu?Ad primum dic, quòd si accusator absens est legitimè citatus,poterit procedi contra eum ad pœnam,de qua dicit text.in leg.qui crimen.C.qui accusa.non possunt vbi dicit text. quòd accusator ex contumacia est extra ordinem puniendus,si tempore à dato,non venerit,& aduersario in legitimis expẽsis condemnandus,&.l.eum,quem.ff.de iudiciis.vbi dicit tex.eum.quem in iudicium temerè aduersarium suum vocasse constiterit,viatica, litisque sumptus aduersario suo reddere oportebit,& lege prima.§.qui excusatione. ff. de vacat.& excusatio.mune.& leg. secunda de decurio libro decimo.C.& lege vna.de sumptum recupe.eodem lib. C.& leg.omnes,qui.in fin.C.de episco. & cleric.& leg.seueriter.C.de excu.tu-
32 to.†Poterit etiam iudex cognoscere de calumnia accusatoris,&de calumnia eum condemnare.si est pœna à relegatione infrà.Nec allegatur pro eo iusta allegatio.l.inter accusatorem.ff.de public.iudi.&.l.rescripto.§.si quis accusatorem non habet.ff.de mune.& ho. iuncta gloss. in verbo non debet, & leg. tertia.C.qui accus.non possunt. Sed si est pœna à legatione suprà, tunc fiet annotatio bonorum scilicet ponantur ad manum regis,sicut dictũ est in reo
33 suprà.†Si verò quæris quid fiet de processu?Dic quòd iudex potest præsentem absoluere ab instantia, vel potest prosequi processum.si vult absoluere, vel condemnare:& prout reum reperiet culpabilem:vt.l.penulti.ff. de public.iudic.& Bartol.in.l.accusatore, & l.inter.ff.eodem.&.c.crimina. extrà de
34 collus.deteg.†Tamen de consuetudine manet semper accusator fiscus pro publico interesse:vt sæpe.d. l.licitatio.
35 §.quod illicitè.ff.de pub.& vect.†Si autem actor,siue accusator ab accusatione destiterit,& qui cum aduersario suo de compositione criminis,quod intendebat.fuerit locutus.& animo ab accusatione desistens scilicet qui animum & affectum accusandi deposuit. In senatusconsultum Turpillianum incidit: vt.l.ab accusatione. ff. ad senatusconsult.Turpillia.& leg.prima cum.§. sequent.eodem,&.l.in executionibus.C.
36 eodem.†Et si publica sit accusatio,in

quinque libras auri punitur: vt.l.tertia
37 §.fina.ff. eodem. †Pro priuato autem delicto non habet locum hoc senatusconsultum Turpillianum. Vnde si stellionatus quis obiecerit vel expilatæ hæreditatis crimen.& destitit, pœnam senatusconsul. Turpill. non subibit, nec furti, vel iniuriarum: sed officio iudicis culpa eius coërcebitur, relegatione videlicet vel simili, Text. forma. in l. si quis repetere. §. fina. iunct. gloss. ff. ad Turpil.&. leg. qui iniuriarum. ff. de in-
38 iuriis. †Reus verò, qui delatorem corruperit in omnibus causis, præter quã in sanguine ex senatusconsulto pro victo habebitur: vt. l. fin. ff. de præuarica.
39 †nisi appareat ab innocente extortam pecuniam: vt gloss. ibidem, &. ff. ad legem Iuliam de adulteriis leg. seruus cum iuri ibi allega. per gloss. vbi etiam reus furti, vi bonorum, rapto. iniuriarum, de dolo malo suo nomine damnatus, pactúsve erit, simili modo non in-
40 famis sit. †Quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur: vt. l. athletas. §. fina. &. l. sequenti. ff. de his, qui no tan. infa.

SVMMA CAPITA.

1 *Pœna lictorum & executorum, fatigãtium reos delatos, cõtumeliis, vexationibus aut conuiciis, corporalibus ve iniuriis.*
2 *Delinquẽtium remissio, fieri debet ex vrbanitate*
3 *Franciæ stylus super remissione delinquẽtium.*
4 *Forum sortitur quis, ratione delicti.*

Die. xv. mensis Ianuarii, anno domini. M.D.XL.



Dductus est Bernardus Traso legionarius cædis reus in carceres præsentis præpositurę ab vrbe Rothomago per Antonium Pantalabum & Laurentium Ebulium lictores [a] huius ditionis, remissus [b] à iuridico Rothomagensi, aut eius vicario, virtute rescripti, in quo illius prehendendi potestas facta erat, data super certis commissis indiciis, & elogio cõtra eundem, & eius socios, & conscios delicti facto ad libellum, & supplicationem Antoniæ Dianæ viduæ defuncti Ioannis Pluti tam suo nomine, quàm vt corporum, & bonorum Petri, Iacobi Plutorum eius, & defuncti liberorum annis minorum administratricis, Augustini Pluti dictorum defuncti, & viduæ annis maioris filii Benedicti Crassi, dum viueret, in supremo senatu aduocati, fratris Mariæ, Marthæ viduæ defuncti Iuliani Xenii, & Dionysii Daui dicti defuncti Crassi nuper famuli actorum

& con

& conquerentium, & procuratoris fisci iuncti, & vt interrogetur, & respondeat criminationibus, petitionibus, supplicationibus talibus, quas cōtra eum dicti conquerentes, & procurator regius proponere & intendere voluerint, & iuri stetur super dictis inquisitionibus apud acta prolatis.

a 1 LICTORES. † Cauere enim debent seruientes, & iudicum executores in exhibendo reos delatos, illos contumeliis, aut vexationibus vexare: & vllis eosdem exprobare conuitiis, aut corporalibus iniuriis fatigare: pœna talia molientibus post amissionem cinguli, & patrimonii vltimæ animaduersionis imminente: vt. l. omnes. §. prætereà nullus. C. de episcopis, & clericis.

b 2 REMISSVS. † Remissio in delictis debet fieri ex vrbanitate: vt dicit glo. in. l. si cui. §. fi. ff. de accusatio. † De
3 consuetudine regni Franciæ fit remissio delinquentis rei ad iudicem suum ordinarium, & non ad iudicem delicti. Et hoc si dominus iustitiarius, aut eius procurator petat remissionem fieri corām suo iudice, nec est opus, quod reus confiteatur se esse subditum eius, qui petit remissionem fieri, & hanc consuetudinem refert Cy. in. authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrumento.
4 Contrarium tamen est de iure. † Nam ratione delicti quis sortitur forum: vt in authent. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Reis appellantibus à decreto iudicis, aut captura sui, an sit supersedendum.*
2 *Appellandum non est ab executore, aut executione.*
3 *Accusatio non admittitur in corrigendis excessibus.*
4 *Appellatio non est inuenta ad præsidium iniquitatis.*
5 *Executores si quem iniustè carcerarunt, prætoris mandato, an teneantur actione iniuriarum.*
6 *Sententia iudicis iusta præsumitur.*
7 *Citatione reali facta ad instantiam accusatoris, accusator tenetur actione iniuriarum.*



ALii rei, præter desiderium Anippum, & Claudium Caligulā, absentes, vbi sunt inuenti, prehenduntur à viatore, cui commissum fuerat rescriptum, his verbis: denuntio reos esse vos, ac pœnæ
a seruos, siue prisonerios [a] vos constituo nomine domini nostri regis, & præpositi Parisiensis, ad supplicationem Antoniæ Dianæ, & aliorum conquerentium, ac procuratoris regii edicto, contra vos decreto, mihique commisso. Surgite

camus.

eamus. Hinc dies, quo in carcerem traducuntur, actis ita inscribitur.

1 PRISIONERIOS. † Quæritur si rei appellent à decreto iudicis, siue à captione suæ personæ, an debeat supersedi? respon. quòd non: vt Bar. in. l. ab executione. C. quor. appel. non reci. & idem Bar. in. l. j. ff. de
2 custo. reo. † neque enim ab executione, neque ab executore est appellandum: vt. d. l. ab executione. & l. ab executore. ff. de appel. nisi executor excedat fines mandati: vt. d. l. ab executione. iuncta glo. & ita practicatur, insequendo ordinationem Carol. vij. Sur le faict de la iustice. arti. xiij. & xiiij. & hoc maximè, vbi est decretum iudicis super informationibus interpositum. Ratio enim
3 est. † quia in corrigendis excessibus, nō admittitur appellatio: vt. c. licet. extrà de offic. ordi. & c. ad nostram. extrà de
4 appellationibus. † Nam appellatio non est inuenta ad præsidium iniquitatis: vt cap. cùm speciali. extrà de appel-
5 lationibus. † Quid autem si seruientes mandato prætoris aliquem iniustè incarcerauerint, an teneantur actione iniuriarum? Dic quòd non: nam si quis quod decreto prætoris non obtemperauerit, ductus sit, non est in ea causa, vt agat iniuriarum propter prætoris præceptum: vt. l. iniuriarum. §. si
6 quis. ff. de iniuriis. † præsumitur enim iusta sententia: sicut aliàs ius æquum? vt glossa, dicto. §. si quis. & l. penulti-
7 ma. ff. de iustitia & iure. † Verùm si talis citatio realis facta sit ad instantiam accusatoris, & sit iniusta, tunc accusator tenetur actione iniuriarum: vt dicta. l. iniuriarum. §. fina. ff. de iniur. An autem iudex faciat litem suam: suprà dixi, super decreto informationum. in verbo: capientur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Rei exhibiti quibus cathenis vinciendi, & quo modo tractandi.*
2 *Noxijs quod non est satis seuerum, innocentibus satis est miserum.*
3 *Commentariensis cautio circa reos exhibitos. Item & periculum. ibid & nu. 4.*
5 *Incarcerati, qui arctius custodiendi, & durius sint tractandi.*
6 *Carceratorum consilium de frangendo carcere, reuelantes, an culpa vacent.*
7 *Carcerum effractorum pœna.*
8 *Carcerum effractorum nocturnorum, pœna. Item & diurnorum paulùm leuior. numero. 9. 10.*
11 *Carcerem frangens, habetur pro confesso, si speciali inquisitione erat in carcere. Et quid si sine conspiratione id egerit. numero duodecimo.*
13 *Carcere exiens, ostio aperto, non tenetur pœna carceris effracti.*
14 *Carcere exiens, si subinde reuertatur, an teneatur pœna carceris effracti.*
15 *Iudicis officium, oblato sibi reo.*
16 *Patrocinia fauorem reis & auxilium facinorosis impartiendo, scelera maturant.*
17 *Iudices curare debent ne desinant esse, quod esse dicuntur.*
18 *Iudex qualem omnibus se debeat præbere.*
19 *Iudicum non omnium est, omnes causas suscipere & terminare.*

Die.xvi.Ianuarij.M.D.X L. a 1

NObilis Girardus Milo, Hēricus Nebulo, Iacchus Ebrio, Milonis Famuli, AEgidius Gnato, Ferdinandus parasitus famuli nobilis Desyderii Anippi, Andræas Irus adducti in carcerem[a] per Michaëlem Gigantem, & Mattheum Charonta, & alios huiusce præpositur æ viatores vi rescripti cōpellantis hodie.xvj.Ianuarij. M. D. X L. vt super criminibus, & elogiis cōtra dictos accusatos, & vinctos instantibus, ac supplicātibus Antonia Diana, reliquisque conquerentibus suprà nominatis, atque procuratore regio subscribente, conceptis, interrogētur, ac per se respondeant propositis criminibus, & petitionibus, quas contra eos dicti conquerentes, & procurator regius intēdere voluerint, superque elogiis apud acta prolatis iuri stent.

Accusati in carcere sic separatim, & alternatim à iudice super querela, & indiciis hac forma interrogantur[b].

1 ADDVCTI IN CARCErem.† Reis exhibitis non ferreas manicas inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas, si criminis qualitas etiam catenarū acerbitatem postulauerit, & vt cruciatio desit, & permaneant sub fida custodia. Nec verò sedis intimæ tenebras pati debebunt inclusi, sed vsurpata luce vegetari, id est subleuari, & vbi nox geminauerit custodiam, in vestibulis carcerum, & in salubribus locis recipiantur, ac reuertēte iterum die ad primum solis ortum ilico ad publicum lumen reducantur, ne pœnis carcerum perimantur, 2 † quod innocentibus satis miserum, noxiis non satis seuerum esse dignoscitur: vt.l.j. C.de custod. reor. 3 †Sed custos carcerum, siue commentariensis debet cauere, ne fracto carcere rei aufugiant per negligentiam sui coadiutoris: quia eadem pœna consumi debet. qua obnoxii docebūtur fuisse, qui aufugerint. Similiter coadiutor eadem seueritate cōstringetur.l.ad cōmentariensem.C.de custo.reo. 4 †Et maximè, si nimia negligētia fuit in eo, qui tyroni commisit custodiam: vt ff.de custo.& exhi.reo. l.fi.aliâs pro modo culpæ in eum statuetur: vt.l.milites.ff.eo. 5 †Incarcerari verò, qui in carcere conspirauerint, vt ruptis vinculis, & effracto carcere euadant, arctius custodiri debent, & quāuis innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt in carcerem: tamen puniendi sunt. 6 †Ii verò, qui conspirationem eorum dixerint, releuantur.l.in eos. ff.de 7 cust.reo.†qui euaserint antè, capite puniendi sunt, & in eos variè animaduertitur.

8 titur. † Nam atrociores sunt nocturni effractores:& ideò fustibus cæsi,in metallum damnari solent. † Diurni verò
9 effractores post fustium castigationē, in opus perpetuum, vel temporarium,
10 dandi sunt:vt.l.j.&.ij.ff.de effract. † Et puniuntur etiam illà pœna, in qua punirentur, si verè maleficium illud com misissent,propter quod in carcerē sunt missi:vt Bar.in.d.l.in eos.ff.de custo.&
11 exhib.reo.†Nam aufugiens de carcere, habetur pro confesso, si speciali inquisitione erat in carcere. Secus autē si pro generali, imò si pro speciali est, requiritur ad hoc, quòd habeatur pro cōfesso, quod aufugerit cū conspiratione:vt
12 d.l.in eos.†Si verò sine conspiratione, tunc non habetur pro confesso:sed punitur pro motu iudicis: vt not.Gul.de cu.in.l.succurritur.ff.ex quib.cau.maior.& ibi Bal.& in.l.admonēdi.ff.de iu-
13 reiur. † Exiens autem carcerem, inueniens ostia aperta, non tenetur pœna carceris effracti:secūdum Ang.in.l.verum.la.ij.ff.de fur.& in.l.j.ff.de effrac.
14 †Quid autē, si exiens carcerē, citò reuertatur, an dicatur aufugere? Dic ꝙ non:secundum Bal.in.l.j.C.de ser.fug. Cano.in.c.à nobis.extrà de apostil.

b INTERROGATVR.†Iudices oblatos sibi reos in ipso perpetrato homicidio,stupro, vel raptu, latrocinio,vel congressu violētiæ deprehēsos, & actis publicis sibi traditos, expresso crimine cum his,à quibus fuerint accusati,mox sub idonea persecutione ad iudiciū dirigāt.l.defensores.la.iij.C.de defen.ciuit.adsintque disciplinæ & quotidianis actibus præsint:nec sinant crimina impunita coalescere.remoueant patro-
16 cinia,† quæ fauorē reis,& auxiliū scelerosis impartiendo, maturari scelera faciunt.l.per omnes.C.eod.&.l.accusatore.§.ad crimen.ff.de publ.iud.Plebē, inquā, vel decuriones ab omni improborū insolentia,& temeritate tueantur:
17 †vt id tantùm quod esse dicūtur, esse non desināt.l.defensores.C.eod.& Esa.
18 xxij.c.†Talem enim se iudex omnibus præbere debet & publicè & priuatim, vt terribilis quidē sit delinquentibus,& in deuotis circa fiscalia:māsuetissimus autem & mitis omnibus placidis,& deuotis,& paternam eis exhibens prouidentiam: vt in authen.de mand.princ. §.præcipuè verò.&.§.festinabis.collat.
19 iij.† Nec tamen permittitur cuilibet maiori, aut minori militari iudici, aut latronum insecutores, aut violētiarum inhibitores, aut tribunos pro talibus causis in prouinciis ordinare, aut qui debeant,aliquos examinare,vt non per tales occasiones ampliores violentiæ inferantur prouincialibus. Si quis autem iudicum hoc non custodierit, cognoscat non solùm sibi commisso cingulo se spoliandum, sed decem libras auri pœnā exoluere, eò quòd præsumpserit talem causam assumere:post tormenta,& confiscationem substantiæ in exilium redigendum:vt authen.de collat.§.iubemus.collat.ix.affert illud nouum statutum regium,arti.cxliiij.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Reis exhibitis,statim quæstio adhibēda.*
2 *Iudex auditurus reos exhibitos,quos secum debeat adsumere.*
3 *Custodias audiri etiā rebus festis,rescriptū est.*

rore lapsi. sint confessi.

58 *Error probabilis est, in facto alieno. & quid in proprio. nu. 59.*

60 *Liti nō videtur se obtulisse, qui discessit ante litem contesta.*

61 *Errans si falsi ignorantia fuerit lapsus an sit restituendus.*

62 *Aduocati confessio, praeiudicat dño, nō secus, quā propria, nisi fuerit reuocata. & nu. 63.*

64 *Incontinenti fieri quae dicantur.*

65 *Iudex debet reos in criminibus, argumentis conuincere, testibus aut voce propria superare.*

66 *Reus an habeatur pro conuicto, si metu probationum crimen confiteatur.*

67 *Reorum confessiones pro exploratis facinoribus haberi oportet, si nulla probatio adferatur aut adminiculetur.*

68 *Confitenti vltrò, an semper fides adhibenda. disting. & nu. 69. 72. 73.*

70 *Delictum nisi probetur aliquibus indicijs, non auditur, qui in se dicit, perire volens.*

71 *Reus constans in confessione, stantibus. & eodem spectantibus indicijs, condemnādus est.*

74 *Confessionibus falsis respondentes, quatenus teneantur.*

Formula reorum interrogandorum, [a] die. xvij. Ianuarij, anno domini M.D.XL.

a



NOs Ioannes Solon legū magisterij insignitus, in suprema curia aduocatus, prępositi Parisini vicarius in conclaue cōsilij nostri, vbi custodię solent audiri, eductū è carcere Iacchum Ebrionem nobilis Girardi Milonis famulū Burgundū genere, Hedui ortū, annos natum tredecim [b] vti asserebat [c], ex elogio sceleris indice, interrogauimus, qui pro consuetudine sacramento [d] adactus de dicēda & cōfitenda veritate, ac interrogatus quo faciente, & criminãte detrusus sit in carcerē?

b c d

Dixit, Antonia Diana, alijsque sibi ignotis heri in vincula coniectum, cū nonnullis alijs vnà prehensis.

Si illos, vel quem ex illis, à quo tempore, & quomodo noscat, [e] quo itē nomine nūcupentur, aut vbi diuertunt.

e

Dixit quum ex facie, tum consuetudine illos probe cognoscere, quorum vnus Henricus Nebulo Milonis famulus, alter AEgidius Gnato, alius Iacchus Ebrio nobilis Desyderij Anippi famuli nominantur, sibique cum illis magnam quandam biennio necessitudinem intercessisse.

A quo tempore famuletur dicto Miloni magistro:

Dixit à duobus annis eius

in familia vixisse.

Si sciat Miloni magistro litem in senatu Parisiensi esse? cum quibus,& ratione cuius?

Dixit illum cum quibusdam,sed maxime cum Ioanne Pluto , & Iuliano Xenio: ciuibus Lutetianis , sicuti acceperit litem esse, & ex auditu se scire tantum:præterea nihil.

Vbinam quotidie prandeat,cœnet,mãducet denique & pascat dictus Milo,& cum quibus?

Dixit nunc hic , nunc illic cum pluribus nobilibus sodalibus epulari , ac compotare: quod percensere vtique difficillimum foret.

Quot dies sunt , à quibus prandit Milo in diuersorio, cuius in tabula pensili pictus est paruus ceruus apud Parisios: & qui cum eo erant,qui famuli ministrarent?

Dixit magistrum suũ Milonem mense Octobri nouissime præterito prandisse in dicto diuersorio parui cerui Parisijs,cum nobili Desyderio Anippo eius sodali,& alijs nobilibus sibi interrogato ignotis: AEgidio Gnatone, Ferdinando parasito dicti Anippi seruis , Henrico Nebulone,& se,qui loquitur,dicti Milonis famulis , magistris obsequentibus, & ministrantibus.

Quæ verba dicti Milo, & Anippus habuerunt illic inter epulas?

Dixit plura,sed horum nõ meminisse in præsentiarum.

Si inter alia audiuit dictum Milonem se in suprema curia à dictis Crasso , & Xenio,astu & versutia magistri Chrysostomi Crassi in dicta curia patroni victum narrentem?

Dixit se audisse.

Si dictus Milo blasphemijs obtestatus est se vindictã sumpturum de dictis Pluto , Xenio,Crasso ante subsequentis hebdomadæ lapsum?

Dixit eorum audisse nihil.

Si sciat decima die Octob. nouissimè præteriti,hora nona vespertina nominatos suprà,magistrum Crassum,Xenium:

nium: & Plutum trucidatos fuisse in vico sancti Honorati Parisijs iuxta crucem Tirouceri, & per quos?

Dixit audiisse prædictos defunctos occisos esse dictis die & hora: verum à quibus, & per quos, penitus ignorare.

Num dicti Milo, Anippus, & ipse, qui rogatur, insultauerunt [f] superioribus die, & hora in dictos defunctos: quos telis miserere confoderunt, & male mulctatos dimiserunt?

Dixit deuouens se diris, & malis genijs: atque sibi crudelissima quæque imprecari, deprecans dæmones vt ipsum ad inferos deferant, absorbeantque tartara ditis, si huiusce tã atrocis sceleris fuerit aut author, aut adiutor, aut quicquam sciuerit, præter illa audita.

Illum mentitum, nec veritatem dixisse docuimus, manifestoque mendacio deprehendimus, quod per elogia aduersus eum concepta aliosque cõscios ac participes probatum esset, & liquidò constaret dicta die .x. Octobris sub nonã noctis horam dictos defunctos insidijs circumuenisse, ac trucidasse, necnon Dionysiũ defuncti Crassi amanuensem grauiter vulnerasse.

Dixit huius se facti prorsus nescium: seque, quæ loquerentur, omnia latere.

Si assentiri vellet testibus, qui in elogio testimonium dixissent?

Dixit id minime velle, cum illos non agnosceret, cuperetque videre. Nec plus, nec aliter dixit sedulò rogatus, atque examinatus. Eum in carcerem remisimus.

f

1 INTERROGANDVM. † Quam
a primum rei exhibiti sunt, in quacũque causa siue accusator existat, siue eum publicæ solicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, vt noxius puniatur, innocens absoluatur: vt l. prima. C. de custod. reo. aut vt conuictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. l. fin. C. eodem. Ad hoc ordinatio noua D. nostri Regis Francisci
2 articu. cxlvj. † Iudex autem custodias siue custoditas[a] personas auditurus, tam clarissimos viros, quàm patronos causarum si omnes in ciuitate, vel prouincia, quam regit, agunt adhibere debet:

re debet, vt l. custodias. ff. de publicis
3 iudicijs. † Et etiam diebus feriatis cu-
stodias audiri posse rescriptum est, vt
innoxios iudex dimittat, & nocentes,
qui duriore animaduersione indigent,
differat vt dicta l. custodias. In hoc e-
nim facillimè summi numinis spera-
tur, venia, per quod multorum salus, &
incolumitas procuratur, vt l. pen. C. de
feriis. & suprà dixi. §. Ioannes. in. iiij.
4 not. † & rei à iudice interrogandi apud
acta, audiri debent qui cum de admisso
constiterit, debent pœnam carceris su-
stinere, atque postmodum educti apud
acta, iterum audiri. ita enim quasi sub
publico testimonio commemoratio ad
missi criminis fiet, vt iudicibus immo-
dicè sæuientibus fræni temperies adhi-
bita videatur. l. si quis in ea. C. de custo.
reo. affertur constitutio regia nouissi-
5 ma arti. cxlvj. † Iudicem etenim in co-
gnoscendo, neque excandescere adver-
sus eos, quos malos putat, neque preci-
bus calamitosorū illachrymari opor-
tet. Id certè non est constantis, & recti
iudicis, cuius animi motum vultus de-
tegit, & summatim ita ius reddere de-
bet, vt authoritatem dignitatis suo in-
genio augeat. l. obseruandum. ff. de offi.
6 præsi. & l. quisquis. C. de postula. † Po-
test etiam iudex non solum pro tribu-
nali, sed etiam de plano, audire atq; dā-
nare reos. l. vnius. §. cogniturum. ff. de
quæstio.
B ANNOS NATVM TREDE-
7 cim. † Cùm vnius facinoris plurimi
sunt rei, ita audiendi sunt, vt ab eo pri-
mùm incipiatur, qui timidior est vel
teneræ ætatis videtur vt in l. vnius. ff.
de quæstio. deinde à suspectissimo & à
quo facillimè verum sciri iudex credi-
derit. Et sic per omnia interrogationū
& quæstionum vestigia iudex decurre-
re debet vt l. super statu. C. de quæst. &
8 hîc patet in tex. † Quæstionē autem sic
accipimus, non tormenta tantum, sed
inquisitionem omnem & defensionem
mortis. vt l. j. §. quæstionem. ff. ad sena-
9 tuscon. Sylla. † Et cùm interrogat iu-
dex non debet specialiter reos interro-
gare, an Lucius Titius vel talis homi-
cidium fecerit, sed generaliter quis id
fecerit alterum enim magis suggeren-
tis, quā requirentis videtur, vt l. j. §. qui
10 quæstionem. ff. de quæstioni. † Quod si
interrogatus amplius dixerit, qua in-
terrogatus fuerit, rei erit iudicium, non
interrogantis culpa, vt dicta. l. j. §. diuus
11 Adrianus. ff. de quæstio. † Et debet gra-
pharius, siue tabellio sub iudice inter-
rogante scribere quemlibet gestum, &
motum corporis rei· vt si fleat reus scri
bat, flendo dixit, &c. vt c. quoniam con-
12 tra falsam, extra de probationib. † quia
in excutienda v eritate plurimum sub-
tilis diligentia iudicis affert. Nam ex
voce, & sermone, & ex eo, qua quis con
stantia, qua trepidatione quid dicat,
vel cuius æstimationis quisque in sua
ciuitate est, quædam ad illuminandam
veritatem in lucem emergunt, vt l. de
13 minore. §. plurium. ff. de quæstio. † Itē
si reus confiteatur crimen, iudicialiter
non solum ponitur in carcere, sed etiā
ponitur in vinculis, aut catenis, vel cip
pis, vt l. si confessus. ff. de custod. reor.
14 † & maximè, vbi ex crimine sequi pos
set condemnatio suprà relegationem,
tunc hanc carceris pœnam ante suppli
cium sustinere debet, vt l. diuus. la pri
ma

ma.ff.de custo.reo.& Bal.in rubri.ff.C.
15 de in ius vocan. † Si verò non ita graue sit scelus, in quo veniat tantùm imponenda pœna à relegatione citrà, tūc potest poni in carcere, non quod vinculetur, vel quod restringatur arctius, vt Barto.in l.prima.ff.eodem & ar. d.l.di-
16 diuus. † Sed nunquid reus confessus de maleficio semel in iudicio, teneatur iterum, & sit necesse, confiteri delictum ad hoc vt condemnetur? glo.in l. prima.ff. de custo.reor. dicit quod sic vt l.si quis in ea.iuncta gloss. C. eodem. Sed Azo in summa.C.de confess.dicit? Aut quis confitetur sponte crimen, & sufficit vna confessio vt l.qui sententiam.C.de pœnis. Aut confitetur metu tormentorum & requiritur quod perseueret in confessione, post diem. & noctem vt l. si confessus.ff.de custod.reo.&.l.j.§.quæstio. &.§.si quis vltrò.ff.eodem.& Cyn.in d. l.si quis in ea. Et ita obseruat consuetudo, secundum Barto.in d.l.j.C. ff.de custo.reo.& ita practicari vidi per constitutionem regis Ludouici. xij. articu. cxiij.& iuxta arrestum datum vj.Augusti.anno Domini M. D. xxxv. aduersus Marcellum Marine carnificem Parisiensem.

c VTI ASSEREBAT. † Interro-
17 gatus de ætate respondere debet vt l.
18 de ætate.ff.de interrog.actio. † quod si minor se maiorem dixerit, sibi præiudicat, nisi restituatur, quod potest, vt glo.in d.l.de ætate.in verbo, responderе.vt l.certum.§.pe.ff.de confes.nisi dolosè fecerit, tunc non restituitur, vt. ff. de minor.l.si ex causa.§.nunc videndū.
19 † Ex aspectu itaq; iudicis, ætas probat. l.minor.xxv.annis ibi adito præside ex aspectu corporis.ff.de minori.& sic est
20 ar. † quòd iudex iudicat secundum conscientiam vt.ff.de feriis.l.eadem.in fin. Secus autem, si vt priuatus vt. ff.de of-
21 fi.præsid.l.illicitas.§.veritas. † alius ergo aspectus, quàm iudicis reprobatur. glo.in d.l.minor. in verbo, perfectam.
22 † nam de ætate eius, qui se maiorem viginti quinque annis dicit, causa cognita, probandum est ait. l. de ætate. ff. de minoribus.

d SACRAMENTO. † Iuramentum
23 licitum est pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue aliis, vt.c.quanquàm
24 xiiij.q.ij. † quia iuramento debet ad-
25 esse iudicium, vt iij.quæst.iij.c.j.ij. † & fidelius durant, quæ vincula sacramen-
26 ti ligant vt c.omne.xxij.q.j. † Iuramenti autem causa est, quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum est, lo-
27 quatur. † Et ideò Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram nullam vult esse distantiam, quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia vtrunque & & periurium, & mendacium diuini iudicis pœna damnatur, dicente scriptura. Os quod mentitur, occidit animam.
28 Hæc in c.iuramenti.xxij.quæ.v. † Quātum tamen ad hoc quod dicitur quòd ita mortaliter peccat, qui simpliciter dicit falsum, sicut qui sub iuramento dicit falsum: Magis tamen peccat deierādo, quàm mētiendo, quia solidius subsistit, vbi iuramentum interponitur: vt
29 xxij.q.j.c.j. † Et plus operatur sacramētum, quàm simplex promissio, vt ex-
30 trà de iureiur.cap.debitores. † Et vbi deficit testis, innocentis fidem sola iuris-

iurandi taxatio manifestat vt.xxij.quæ
31 stio.prima cap.primo.† Quęro,an reus peierando,peccet mortaliter? dic quòd sic vt suprà à iuramento extorto metu vitæ & rerum solet ecclesia absoluere, vt cap.verum extrà de iureiur. Ratio,
32 quia † licitum est quocunq; modo sanguinem proprium redimere vt. ff. de bonis eorum,qui mor.sibi consc.l.j.
c Noscat.† Horum enim,qui sunt conscii, vel participes criminum, solet quæstio haberi.l.fallaciter. §. quod si ingenuorum.C.de abolit.iuncta glo.
34 in verbo,vexata. † Similiter de seruis custodibus quæstio habetur, vt l. nam salutem reipubl.§.effracturæ.ff.de offi.
35 præfect.vig.ita quòd quando committuntur maleficia occulta officiales con sueuerunt capere vicinos, à quibus verisimiliter potest declarari veritas, secundum Barto.in l.dominus horreorũ.
36 ff.loca. † ratione enim conuersationis cum his,qui maleficium commiserunt, quis potest suspicari de maleficio vt dicta l.dominus horreorum.ibi, serui tamen eius,cum quo contractum est, propter ædificiorum notitiam, in quæstionem peti possunt,& argu.l.si ita. §.mulier,ibi illic ne quid vicini,aut agri,aut fructuum occupent,hîc ne quid cætera rum rerum, quæ in villa continentur, & ibi Bartol.ff.de fun. instructo. & in-
37 stru.leg.& l.j. C.de locato.† Sed quæro hîc reus confitetur correorum habere notitiam,tam visu, quàm frequentatione, ideò vt suprà dictum est, potest suspicari de maleficio, an ideò sic interrogatus possit reuocare confessionem? Dic,quòd confessio facta in iudicio potest reuocari innocenti,absq; probatione erroris prius,quã sit redacta in scripturam per notarium aut grapharium: vt est glo.notab. xxxij. quæst.prima.c. apud misericordem, dummodo illa reuocatio non fiat calumniosè, prout dicit gloss.ibidem.& c. cùm in positionibus.de iureiur.lib.vj.& Abba.in c.præ-
38 ter.extrà de testibus.eo.† Sed si confessio sit acceptata per partem non poterit amplius reuocari absque probatione erroris,secundum Bald.in l. Gallus. §.quidam rectè.ff.de liber. & posthum. arg.l.sicut.C.de actio. & oblig. & gloss.
39 in l.actorum.ff.de re iudica.† Sed videtur,quòd ante litem contesta.possit indistinctè error reuocari, vt l. electio. §. fi.ff.de noxa.act.ibi,& ideò, si negaueris seruum in tua potestate esse, posteà fateri poteris: nisi iam lis aduersus te contestata sit:nam tunc audiri non debebis.Ex causa tamen etiam contestata tibi succurrendum, vtiq; si ætas tua ea sit vt ignosci tibi debeat,& gloss.in d.c.
40 olim extrà de censibus.† Contrarium autem videtur,quòd quis non possit reuocare suam confessionem,neque pœnitere, etiam ante litem contestatam, quando videlicet à certa persona proposuerat pœnitere,vt glo.in dicta. l.de ætate.§.fin.ff.de interrog.actio.& l.finautem.ff. de rei vendicatio. Vel quando alius compleuit viucapionem vt. ff.
41 de dolo.l.penulti. † Dic, quòd licet sit actoris captio id est damnum, quis potest reuocare suam confessionem quandocunque ante litem contestatam indistinctè.dicta l.de ætate.§.fi.&. ff. de rei vendi.l.is,qui.& l.nam si.& d.l.finauté. & ff.de noxal.actio.l. electio. §. neque.
42 †Quãdo,autem est captio actoris post lit

litem contesta.non potest quis pœnitere,neque reuocare suam confessionem vt iur. suprà allegat. Si autem non sit captio actoris, potest pœnitere, etiam post litem contest. vt gloss.in dicta.l.de ætate.§.fin. vel etiam si iustus interuenerit error.d.l.de ætate. §. qui iusto errore.vel nisi interueniat actoris scientia vt.ff.de actio.empt.l.j.in fin,&.ff.de
43 peti.hære.leg.qui se liti.† Sed qui vult pœnitere post lité contestatam, debet probare se errasse, & ita esse probat per instrumenta,vel per testes,quia res aliter se habet dicta l.de ætate.§.fi. iuncta
44 glo.† Sed nonne semper ignorasse vel errasse præsumitur vt.C.qui milit.non poss. lege super seruis. in princip. Respon.quòd non quando propria est confessio, & sic suum factum contra eum facit,& contra eum prçsumuntur, vt.ff. de interrog.act.l.prima.§.primo in l.super seruis, poterat dominus factũ serui ignorasse, qui militiam acquirebat.
45 †Et quia quis de facto suo certus esse debet non videtur posse errare in eo, vt glos.in cap.vt nostrum. ver.sed gratia. extrà vt ecclesi. benefic. & extrà de rescrip.c.excommunicare.Idcirco ex varietate responsi præsumitur contra aliquem.c.si testes.§.item,qui falso.iiij. q. secunda & iij.& c.literas. extrà de præsumpt.ibi nos verò prædictum, Gu.suspectum vehementer de hæresi habuimus,tum quia,quod antè dixerat, posteà se dixisse negauit.& extrà de pœn.c. super his.& lege quæstionis.§.tormenta, & lege ex liberor. ff. de quæstioni-
46 bus.† Sed in his, in quibus quis quæstione vrgeri non debet: quia res nō patitur, primæ confessioni standum est: vt ca.per tuas, extrà de probationibus. ibi minus dignum est, vt quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare.& l.generaliter.§.fina.C.
47 de non numera.pecun. † Nisi pœnitens probaret se errasse in prima confessione vt cap.olim.extrà de censibus. &.C.de error.adu.l.vlt.& cap. cùm cau
48 sam.extrà de appellationi.† Sed adhuc hoc probato, si actor replicet tu sciebas aliter, quàm responderis, & ideò iuuari non debes. Respond.hoc potest probare ipse actor,cùm pœnitens probauit se errasse: vt glo.in dicta l. de æta
49 te.§.fi.† Vbi autem nulla est captio actoris exemplum est videlicet,si à possessore nondum sit vsucapio impleta, vt.ff.de dolo.l. pen. Item si prius dixit se hæredem non esse, nunc autem dicit se hæredem esse tunc non est captio actoris scilicet damnum, sic pœnitere potest, vt gloss. in dicta. lege de æta-
50 te.§.fina.† Confessio igitur errore facti, facta potest reuocari, quandocunque ante sententiam. Nam error facti nemini nocet, nondum finito negotio,causa verò decisa, velamento tali non instauratur lege error. C. de iuris: & factis ignorantia, & lege cùm putarem te cohæredem. ff. familiæ,
51 herciscundæ. † vbi exceptio: tibi non competit ius agendi: non potest opponi, post sententiam: reddit iudicium retro nullum: & solutum authoritate sententiæ, non repetitur, vt indebitum, &. ff. de con-
52 fessis. lege cùm fideicommissum.† Error autem probari debet ab illo, qui dicit se errasse, ad hoc, vt sit reuocatio

tioni,siue pœnitentiæ locus:vt si quis hominem viuum confitetur occidisse, & posteà paratus sit ostendere hominẽ viuum esse,Iulianus scribit cessare Aquiliam:quanuis confessus sit occidisse.Hoc enim solùm remitteret actori confessoriam actionem, necesse tamen haberet doceret eum occidisse. Cæterum,occisum esse hominem à quocunque oportet vt.l.inde Neratius.§.fina. ff.ad legem Aquil.vbi gloss.in verbo:
53 confessoriam,dicit†quòd confessio ipsa,remittit actori hoc ius,vt non cogatur probare eum conuentum occidisse. cogitur tamen probare eum occisum esse,à quocunque sit occisus:reus verò, probare viuum, aliàs satis erit,si reus confitetur occisum,& à se:licet non occiderit:vt si is,cum quo.l.Aquilia agitur,confessus est seruum occidisse:licet non occiderit.Si tamen occisus sit homo ex confessione sua,tenetur.l. Aqui
54 lia:vt.l. si is.ff.ad legem Aquiliam.†Et quia suprà dictum est,quòd error facti potest probari vsque ad sententiam. d. l.error.dic etiam,quòd error probabilis,in quem quis deducitur,potest corrigi post sententiam diffinitiuam: vt.l.
55 ij.ff.quãdo de pecul.act.annal.est.†Nec fatetur,qui errat,nisi ius ignorauerit
56 l.non fatetur.ff.de confes. †Ita quòd damnatus ex cõfessione errore facta, probato errore,tutus est ipso iure.Saltem sibi restitutio datur per iudicem: vt.l.cùm fideicommissum,iuncta gloss. in verbo.remittere.ff.de confes.&.ff.de iudi.l.si prætor.§.j.&.ff. ex quib. cau. mai.l.j.in fi.ibi:si qua alia iusta mihi causa esse videbitur,in integrum restituam,quod eis per leg. plebiscita,senatusconsulta, edicta, decreta princi-
57 pium licebit.†Hodie de consuetudine regni Franciæ, non fit talis restitutio per iudicem,sed demum per appellatio
58 nem,aut principis rescriptum.†Si autem erratur in facto alieno,planum est, quòd probabiliter erratur:vt.l.fina. ff. pro suo.ibi:quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error est,& probabilis error.possidentis vsucapioni non obstat.
59 †Si quis verò erret in suo facto, idem dicitur,cùm de dãno certet:vt argu. ff. de cond.in.d.l.sed & si me.& hoc post lit:contest.Si ante lit.contest.erret, & sit falsum,& tunc dicendum.quod dicitur.l.sinautem,&.l.is,qui.ff.de rei ven. vbi dicitur is,qui se obtulit rei defensioni:sine causa,cur nõ possideret, nec dolo fecisset, quominus possidere,si actor ignoret,non est absoluendus reus
60 sed damnandus.†Cæterùm,ante iudicium acceptum non decepit actorem, qui se negat possidere, cum verè non possidere .nec videtur se liti obtulisse, qui discessit ante lit.con.Nam si actor scit,tunc is non ab alio,sed à se decipitur:& ideò reus absoluitur.&.l.pen. ff.
61 de dolo,†Si verò errãs,ignoret falsum distinguendum est,an iustè,an iniustè. Si iustè,sibi succurretur,si probetur cõtrarium Si iniustè erret,non ei succurretur:vt.l.de æta.§.qui, iusto errore. ff. de interro.act.& idem gl.in.d.l.non fa-
62 tetur.ff,de confes.†Est insuper aduertendum:quòd confessio aduocati, sicut propria confessio præiudicat:vt,c.olim extrà de censib.ibi:& confessione aduocati alterius partis non reuocata postmodum appareat euidenter.&c.& ex-
63 trà de appel.c.cum causam.† Sed si cõfessio

fesſio aduocati fuerit reuocata inconti nenti:ſiue eadem die:quia tunc non videor eam ratam habere, ex quo eadem die reuoco ar.dicti.c.cũ cauſam, extra de appel.Vel etiam poſt triduum, etiã etiam nõ oſtenſo errore vt.l.vltima.C.
64 de erro.aduocat. †Sed q̃ dicant incõtinenti fieri:probatur.ff.de ver.obliga. l.cõtinuus actus.vbi dicitur, ꝙ inter interrogantem,& reſpondentem non debet interuenire actus omnimodo extraneus:vt ſi poſt interrogationem aliud agere cœperit,quamuis eadem die ſpopondierit, nihil proderit &.c.prætereà. extrà de teſtib.cogen.& l.quod ait lex. §.vlti.in fi.ff.ad.l.Iul.de adul. & extrà de electio.c.quia propter.

f INSVLTAVERVNT. †Iudex in
65 criminibus debet reos argumentis conuincere,voce etiam propria ſcelus vtrũque confiteri facere,aut teſtibus ſuperare:vt.l.qui obſeruare.C.quorum appell.non reci,&.l.qui ſententiam.C. de
66 pœnis.†Quòd ſi metu probationum reus confitetur crimen,habetur pro cõuicto:vt.d.c.ſi quis preſbyter,in glo.in verbo:confeſ.xxiiij.diſt.l.proinde.la.ij. §.fi.ff.ad.l.Aquil.Vel ſi confitetur crimen ſponte,nulla examinatione præcedente:ſeruatur quod legitur.xv.q.viij. c.qui admiſit.& dicto.c.ſi quis preſby-
67 ter.†Non tamen confeſsiones reorum pro exploratis facinoribus haberi oportet,ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat:vt.l.prima.§. diuus.ff.
68 de quæſtio.†Nec vtique vltro confitẽti eſt ſemper fides adhibẽda, cũ nõnunquã metu,aut aliqua alia de cauſa in ſe cõfiteat̃:vt.l.j.§.ſi quis vltrò.ff.de quæ-
69 ſtio.†Aliquando non metu criminis imminente,ſed tædio vitæ,vel impatiẽtia doloris quis ſibi mortem appetit, vel manus infert, ideò ei inſiſtendum vt.l.j.§.ſi quis non metu.ff.ad ſenatuſconſ.Syllania.&.§.ſi ſibi manus.eodẽ.
70 †Cùm etiam non audiatur, perire volens, niſi aliquibus indiciis delictum
71 probetur.non tantùm.ff.de app.† Exiſtentibus ergo indiciis,ſi perſeueret in confeſsione,venit reus condemnandus vt.d.§.ſi quis vltrò.& glo.quæ hoc dicit in.l.j.C.de confeſ.&.l.ſi quis in hoc
72 genus.C.de epiſco.& cler.†Si quis verò hominem viuum falsò confiteatur occidiſſe,& poſteà ſit paratus oſtendere hominem viuum eſſe,ad hoc admittetur,& ceſſat Aquilia,quanuis confeſſus ſit ſe occidiſſe. Ita quòd ille actus confeſsionalis confeſſi,vel ipſa confeſſio ſolùm actori remittit confeſſoriam actionem,vt non teneatur,vel cogatur probare reum conuentum occidiſſe,tenetur tamen probare actor hominem occiſum fuiſſe,à quocunque ſit occiſus. l.inde Neratius.§.fi.ff. ad.l. Aquiliam.
73 †Proinde,ſi mortuus ſit homo, occiſus autem non ſit:licet reus confeſſus fuerit occidiſſe, non tenetur de mortuo l.proinde.ff.eodem.videtur tamen teneri actione legis Aquiliæ ex ſua con-
74 feſsione.l.ſi is. ff.de confeſſ.†Nam confeſsionibus falſis reſpondentes, ita obligantur,ſi eius nomine,de quo quis interrogatus eſt,cum aliquo eſt actio quæ cum alio actio eſt,ſi dominus eſt, in noſmetipſos confeſsione noſtra conferimus.l.confeſsionibus.ff.de interrogatoriis actiõibus. maximè,vbi ius,vel natura non reſiſtit.vt ibidem.& vide.l. qui ſeruum.ff.eodem titulo de interrogato.

gator. actio. ex qua nota, quòd confessio accusati cõtra rei veritatẽ illi nõ obest.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Rei debent sigillatim interrogari super quolibet indicio.*

2 *Præsumptio grauis est contra reos, qui in mendacio depr: henduntur.*

3 *Reus interrogatus, mendax, decipere videtur.*

4 *Reus non respondens inquisitioni, potest cogi respondere ad omnia capitula causæ.*

5 *Reus variè cogitur ad respondendum inquisitioni.*

6 *Respondere non videtur, qui ad interrogata nõ respondet.*

7 *Præsens qui respondere recusat inquisitioni, absque rationabili causa, contumax est. & qua pœna teneatur. nu. 8.*

9 *Contumax in respondendo, officio iudicis punitur.*

10 *Tabellio scribere debet contumaciam & taciturnitatem rei, super inquisitione.*

11 *Rei interrogandi sunt cum tormentis, in atrocioribus delictis.*

12 *Iudex an possit partes interrogare, postquàm conclusum in causa.*

13 *Reum inquisitum an possit pars interrogari. & quid de aduocato. nu. 14.*

15 *Iudex põt partes interrogare, quoties sibi visum fuerit.*

16 *Cõfessiones ad petitionẽ actoris, iudicis, vel ẽt partis facta post lit. cõtest. possunt reuocari.*

17 *Exceptio nulla, allegatio, vel instrumẽtũ admittitũ, postquã est ĩ cã renũciatũ vel cõclusũ.*

18 *Confessio facta in iure, an possit in parte acceptari, & in parte reprobari. & quãdo cõfessioni liceat contrauenire nu. 33. 34.*

19 *Confessio in iure se hominem occidisse, percussum tamẽ nõ animo occidẽdi. admittitur ad probãdũ. & qualiter illa negatiua probetur. nu. 20. 24. 25. 26. & idem iudicium in exceptione pacti, & similibus. nu. 27. 28.*

21 *Confessio rei in iudicio non debet simpliciter acceptari, sed cum sua qualitate.*

22 *Reis confessis non denegantur etiã legitimæ defensiones, ad quas illa debent admitti. nu. 23.*

29 *Exceptio dilatoria licet sit initiò opponenda: probari tamen non oportet, nisi postquã actor monstrauerit.*

30 *Exceptiones quæ sint peremptoriæ, quæ item dilatoriæ.*

31 *Reus opponens, non videtur confiteri.*

32 *Tutor si quibusdam testamenti verbis stare velit, quibusdam minus, non impeditur probare. contrariũ eorũ, à quibus recessit.*

35 *Consilium mutare vbi liceat.*

36 *Consilium mutare non licet in alterius detrimentum. Alias secus. nu. 37.*

38 *Præsumptio vbi est contra confitentem, acceptari potest principaliter confessio & reprobari qualitas.*

39 *Præsumptio est cõtra illũ, qui cõfitetur se quid fecisse, pro causa alia indebita & illicita.*


40 *Cõfessio siue scriptura si cõtineat plura capitula separata, possintne illa pro parte acceptari, & pro parte reprobari. & nu. 41.*

42 *Marito & vxori permissum est de quibusdã iusiurãdũ deferri. & de quibusdam probare.*

43 *Inconstantia & variatio circa res diuersas admittatur.*

44 *Capitulũ vnũ, vel diuersa, capitula diuersa, cõnexa, vel nõ, quomodo sit accipiendum.*

Eadem die.



Vit itidem accercitus& eductus è carcere Henricus nebulo famulus, nobilis Milo

Milonis, natione Rothomagen. ætate. xxix. anno. aut circiter, vti aiebat. tactis sacrosanc. Dei euangelijs, de dicenda & confitenda veritate iuratus, ro
a gat⁹ à nobis causa, & [a] cuius instantia coniectus esset in carcerem.

b Noluit respondere.[b] Tandem mulcta indicta, respondit se causas minimè scire: sed instantibus quadam vidua, & alijs, prehensum se, & illuc detrusum, quantum sibi relatum esset.

A quot diebus nouissimè epulat⁹ est dictus Milo in caupona parui cerui Parisijs. & qui ei assidebant sodales?

Ait in mense Octobris vltimo tè lapso, dictum Milonem in illa caupona epulatum cum nobili Desiderio Anippo, alijsque per multis sibi ignotis.

Quæ necessitudo intercedat dicto Miloni cum illo Anippo?

Ait conterraneos esse, & se rè sub eodem tecto, vti eodem lare socios, ac sodales.

Quæ colloquia inter illos in dicto diuersorio prandentes fuerunt?

Ait varia, atque diuersa: quorum iam immemor esset.

Num inter hæc Milo litem sibi fuisse cum Iuliano Xenio & Ioanne Crasso, in eaque narrauit succubuisse?

Ait id quidem à Milone tunc temporis narratum.

Num is Milo in hæc verba erupit, causa cecidi in curia suprema, arte, & dolo magistri Chrysostomi Crassi, sed per mortem & sanguinem Christi, ante huiusce hebdomadis finem funditus perdam Xenium, Plutum, & Crassum, nec incruentam de me reportabunt victoriam?

Ait horum ne minimum quidem audijsse.

Num idem Milo re ipsa præstiterit, quod erat interminatus? num post verba consecuta sunt verbera, & ad effectum perduxerit dicta, constipatus nobili Anippo, Bernardo Thrasone, Claudio Caligula principis nostri legionarijs, AEgidio Gnatone,

Ferdinando Parasito, famulis Anippi, Iaccho Ebrione Andræa Iro, ipsóque, qui rogaretur, die.x. Octobr. vesperi cir- a
ca horam nonam compositis 1
insidiis, ac strictis ensibus insurrexerit in dictos Crassum, Plutum, & Xenium, & ad in- 2
ternecionem vsque ceciderit, atque eadẽ vi, & impetu Dionysium Dauum Craisi famu- 3
lum grauiter læserit?

Ait, si horum omnium aut viderit, aut audierit quicquã, terræ hiatus & Abyssus male- b
dictum ac execratum cũ Da- 4
than & Abiron deuorent.

Quem quum manifestè refelleremus, apertéque menda- 5
cii conuinceremus:

Ait se vera locutum, non mendacia.

Vtrum se ad Milonem magistrum, nobilem Anippum, Caligulam, Thrasonẽ, Ebrionem, Parasitum, Gnatonem, & Irũ referre, testimoniisque 6
adhærescere vellet?

Ait ad se vnum, non ad quemuis alium referre velle. 7
Hæc tantum ille non oscitanter rogatus, & examinatus à nobis, atque ideò in carcerem reductus.

ROGATVS A NOBIS causas. †Rei debent sigillatim interrogari super quolibet indicio, & super his disputari: vt.l.vnius. §.cogniturum. ff.de quæstio.& Bal.in l.custodias.ff.de pub.iudi. †quòd si reperiantur in mendacio, erit maxima præsumptio contra eos: vt in.d.l.vnius. §.testes.&.c.literas. extrà de præsump. †quia interrogatus mẽdax, videtur decipere: quod est pudendum: vt glo.in l.de ætate. §.qui tacuit. in verbo: contemnere.ff.de interro.actio.&.l.debuit. ff.de his, qui not.infamia.

NOLVIT RESPONDERE. †Non respondens inquisitioni, potest cogi ad omnia capitula causæ respondere: vt Bar.in.l.de ætate.§.qui tacuit. ff.de interrog.actio.&.l.certum.ff.de re confe. † Et potest reus pluribus modis vrgeri ad certum respondendum, vno modo captis pignoribus: argu.ff.de re iudic.l.debitoribus. alio modo mulcta indicta, vt.ff.de vent.inspic.l.j.§.quid ergo. si nõ alio modo iudex potest eum habere pro confesso contra se, quod aduersarius asserit. Idem si obscurè respondeat: vt.d.l.de ætate.§.si cùm esset. §.nihil interest.&.§.qui tacuit.hæc glo. in.d.l.certum. † Nec enim videtur respondere, qui ad interrogata non respondet.d.l.de ætate. §.quod autem. & l.j.§.si quid simpliciter. ff.de verb.obligat. †Ideò qui præsens iussus, respondere recusat absque rationabili causa, contumax est, & habetur pro confesso, vel ne

vel negãte, prout suum incommodum respicit: vt extrà de confes.c.ij.lib.vj.& d.l.certum. Cyn.in.l.ij. §.si verò. &.§. quod obseruare. ff.de iuramen.calum.
8 & Bart.in.d.§.qui tacuit. † Contumaciæ autem pœna est, vt insolidum reus conueniatur, quemadmodum si negasset: quia prætorem contemnere videtur.d.l.de ætate. §.qui tacuit. vbi dicit glo.in verbo, contemnere, dixit Pilatus ad Christum, mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo dimittere te, &c. Sed ipse Christus, non vt contemneret, sed vt miraretur Pilatus, fe-
9 cit. † Sed quo iure veniat contumax in non respondendo, puniendus? dic quòd officio iudicis: vt in authen.de his, qui ingred.ad appel.§.fi.collat.v.& glo.fin. in.l.j.C.de confes.& glo.in.d.l.certum.
10 ff.eod. † Et illa taciturnitas debet scribi per tabellionem sic, qui interrogatus noluit respondere: vt glo.in.c.quoniam contra falsam.extrà de probatio. &.d.l.de ætate.§.nihil interest.&.l.iiij.
11 dist.c.si seruus. † In atrocioribus verò delictis cum tormentis interrogandi sunt rei: vt.l.j.ff.de quæstioni.&.l.quoties. C.eodem. & infrà dicetur suo or-
12 dine. † Quæro, vtrum iudex postquàm est conclusum in causa, possit interrogare partes? dic quòd sic: vt extrà de fi-
13 de instrumen.c.cùm Ioannes. † Potest etiam pars interrogare reum, & valet responsio: vt extrà de dolo & contuma. c.prout.&.ff.de interrog.actio.l.si sine.
14 §.j. † Aduocatus etiam potest interrogare: vt.ff.de adulter.l.si postulauerit.
15 §.quæstioni. † Et iudex quoties æquitas eum mouet, potest partes interrogare: vt.ff.de interrog.actio.l.vbicun-
16 que.&.xxx.q.vlti.c.iudicantem. † Confessiones autem factæ ad petitionem actoris, vel iudicis, vel etiam partis, quæ fiunt post litem contestatam, possunt reuocari, si quis probauerit se errasse: vt extrà de confes.c.vlti.vbi de
17 hoc. † Tamen est notandum, quòd postquàm est renuntiatum, & conclusum in causa, nulla admittitur exceptio, vel allegatio, vel instrumentum: vt.C.de compen.l.fin.& arg.ad hoc, extrà de testib.c.de testibus.& extrà de fide instrument.c.cùm dilectus.& de cau.posses. c.pastoralis. nisi euidens ratio moueat iudicem, vt. d.c.pastoralis. & glo.in.c. quoniam contra falsam. extrà de pro-
18 batio. † Quæro, an confessio facta in iure, possit in parte acceptari, & in parte reprobari? Respon.quòd confessio circa eandem rem, debet recipi integra, & non diuidi: nec potest pro parte acceptari, & in parte reprobari: prout plerunque in rebus nostris Franciæ forensibus allegari solet: iuxta.l.in causæ.ff.de procurat.ibi.Cæterùm, si velit quædam transferre, quædam relinquere iustè, procurator hanc inconstantiam recusabit: &.l.si non conuitii.C. de iniur.ibi: si non conuitii consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes, fides veri à calumnia te defendit?
19 Et.l.j.C.ad leg.Cornel.de sicar.vbi † si quis sit confessus in iure hominem occidisse, & dixerit illum à se percussum, non animo occidẽdi, debet ad hoc probandum admitti.cui hoc probando remittenda erit pœna homicidii. Nam crimen tunc contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat.Cæterùm, ea, quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude

m acci

accidunt, fato plerunque, non noxæ
20 imputantur. Et ibi glo. dicit, † quòd illa
negatiua, quòd non occîdit animo oc-
cidendi, probatur per præsumptiones
probando amicitiam, & affinitatem, &
qualitatem occidentis, & per iuramen-
21 tum purgationis. † Vnde non potest
acceptari illa confessio in ea tantùm
parte, in qua confessus sum hominem
occîdisse, sed debet acceptari cum sua
qualitate adiecta, scilicet quòd non
animo occîdendi, occîdit: vt tex. & glo.
Bartol. & alii in. l. siquidem. C. de exce-
ptionib. Alex. in consil. xx. nume. xxij.
22 in. iiij. volu. † Nam etiam confessis reis
non denegantur legitimæ defensiones.
l. si filius. §. exceptionibus. ff. de interro.
23 actio. & ibi Bald. † ad quas probandas
reus admitti debet. d. l. j. C. ad leg. Cor-
nel. de sicar. l. non conuitii, C. de iniur.
24 † duo siquidem reus videtur confessus
fuisse, siue dixisse, scilicet hominem oc-
cîdisse, & eum non animo occîdendi,
occîdisse: vt dicitur in arbitrii præce-
pto: vt. l. Celsus. §. idem ait. ff. de arbi-
25 tris. † Vnum ergo de istis est contra
reum. vt quia confessus est occîdisse, &
ei adhibetur fides: vt. ff. de interrogat.
26 actio. l. de ætate. † Aliud est pro se reo,
scilicet qualitas, quòd non animo occî-
dendi, occîdit, & illi non adhibetur fi-
des, vt. l. exemplo. C. de probatio. & in
authen. de iureiuran. à morien. præsti-
to. §. sed hæc quidem. collat. v. ibi. quæ-
cunque quilibet pro se dixerit, aut scri
27 pserit hæc, ei nihil prodesse. † Sic etiam
dicimus in exceptione pacti, & similib.
quòd si quis confiteatur se debere, sed
dicit factum pactum de non petendo,
quod nisi probet pactum, condemna-
tur, nisi præmittat negationem: vt, ne-
go me tibi debere, sed si apparuerit, di-
co pactum factum de non petendo: vt
not. in. d. l. si quædam. §. fi. C. de except.
28 † Vbi cauetur, si de intentione actoris
dubitas, habita exceptionis contesta-
tione, tunc demùm cùm intentionem
suam secundum asseuerationem suam
petitor probauerit, hunc exceptioni
esse locum monstrari conuenit, &. l. ex-
ceptionem. C. de probationi. quæ vult,
quòd excipiens non cogatur statim
29 probare suam exceptionem. † nam li-
cet exceptio dilatoria opponi debeat in
initio: probari tamen, nisi postquàm
actor monstrauerit, non oportet. &. ff.
famil. ercis. l. qui familiæ. &. C. de præ-
30 script. long. temp. l. emptor. † Quæ au-
tem sint exceptiones dilatoriæ, & quæ
peremptoriæ, ponuntur per exempla,
instit. de except. §. appellantur. & glo.
31 in. d. l. exceptionem. † Et sic excipiendo
non videtur reus confiteri, vt si primò
nego, & dico, quòd si adpareat, quòd in-
tenditur contra me, opponere except.
l. non vtique. ff. de exceptio. iuncta glo.
& glo. in. d. l. siquidem. versic. contesta-
tione. C. eod. Bartol. tamen in. l. Aure-
lius. §. idem quęsiuit. ff. de libe. lega. sub
hoc temperamento distinguit, aut va-
riatio circa eandem rem, est alteri no-
ciua, & reprobatur: vt. d. l. in causæ. ff.
de procurator. Aut variatio circa ean-
dem rem, nemini nocet: & tunc non re-
32 probatur. † vt si tutor quibusdam ver-
bis testamenti stare velit, in quibus-
dam autem recedat, non impeditur
probare contrarium eorum, à quibus
recessit: quia hoc nemini nocet: quo-
niam contrarium probare debet, & sic
verit

veritati stabitur: per dicta.l.Aurelius. §.idem quæsiuit. de quo nota.Dyn.in
33 l.de rebus.ff.rerum amotarum. † Aut confessio continet vnum capitulum tantùm seu plura connexa, & tunc est aduertendum, quia aut ille, qui vnum capitulum reprobat, habet contra se præsumptionem iuris, aut habet pro se. Aut ius non præsumit pro, nec contra. Primo casu, quando habet præsumptionem iuris contra se, non admittitur talis reprobatio. Vnde si confitearis te hominem occidisse pro tui defensione, possum stare confessioni, inquantum dicis te occidisse, sed non cogor stare, inquantum dicis ad tui defensionem: quia ius præsumitur contra te:
34 per.d.l.j.C.ad leg.Cornel.de sica.† Secundo & tertio casu, quando habet præsumptionem iuris pro se, aut ius non præsumit, nec pro, nec contra: aut ille, qui particulam reprobat, vult hoc probare, & admittitur: vt.d.l.Aurelius.§. idem quæsiuit.ff.de libe.lega. Aut non vult probare, & non admittitur talis reprobatio: vt.l.etiam.§.j.ff.de minori.
35 † Vbi cauetur ex causa curationis, condemnata pupilla aduersus vnum capitulum sententiæ, restitui volebat, & quia videbatur in cæteris litis speciebus releuata fuisse, actor maior ætate, qui acquieuit sententiæ, dicebat totam debere litem restaurare. Modestinus respondit, si species, in qua in integrum restitui desyderatur, cæteris speciebus non cohæret, nihil proponi; cur à tota sententia recedi actor postulans, audiendus sit, & capitulo mutare consi-
36 lium: de reg.iur.libro sexto.† Vbi mutare consilium quis non potest in alterius detrimẽtum. & l.nemo potest mu-
37 tare.ff.eodem.à contrario.† Vbi alteri non præiudicatur, licet mutare: vt glo. in.d.c.mutare.in verbo: alterius. Alex. in consil.lxxxvij. j.volu. nume.j. dicit
38 † non obstare, si dicatur, quòd quando præsumptio est contra confitentem; tunc potest acceptari principalis confessio, & reprobari qualitas: vt per do. Bartol.in.d.§.idem quæsiuit.quia posito, quòd opi.Bart.esset vera, quod tamẽ multi reprehendunt in confessione facta sub vno, & eodem art.vt Sali.in.l.j. C.de cõfes.& Bar.in.l.decem.ff.de verbor.obli.tamen vbi nulla est præsumptio iuris contra qualitatem adiectam in cõfessione, nõ potest reprobari qua-
39 litas.† Sed si quis confiteretur quid fecisse pro alia causa indebita, vel illicita, esse bene præsumptio contra illam qualitatẽ: vt.l.cùm de indebito.in prin. ff.de proba.c.super hoc.extrà de renũc. l.meritò.ff.pro soc.l.si procurator.ff.de
40 cõdi.indeb.† Vbi autem confessio, siue scriptura continet plura capitula separata, possum pro parte, approbare, & in parte reprobare: vt.l.Publia.§.fi.ff.de-
41 posi.vbi no.Bar.quòd † si plures res sint scriptæ, siue cõfessæ in vna charta, possum acceptare illud, quod facit pro me & illud quod facit contra me, refutare. alleg.Dy.in.l.j.in.xiij.q.C.de confes.& l.ij.C.de do.ante nup.& ad hoc est tex.
42 in.l.de rebus.ff.rer.amo.† vbi cauetur, quòd de rebus amoris permittendũ est marito, vel vxori, de quibusdã iusiurãdum deferre, & de quibusdam probare.
43 † Ita quòd incõstantia, vel variatio admittitur circa res diuersas, & glo.in.d. l.de rebus.& idẽ Bar.in.d.l.Aurelius.§.

44 idem quæsiuit.† Quærere autem velim, qualiter intelligatur, vnum capitulum, vel diuersa, & qualiter intelligantur capitula diuersa connexa, vel non respond. secundum Barto. in d. §. idem quæsiuit, quod vnum capitulum intelligitur vnum factum cum qualitatibus suis, seu plura cõnexa. Exemplum dico, quòd promisi tibi centum sub cõditione, hoc est vnum capitu. hic vna confessio sic qualificata. Item, si promitto tibi. x. pacto incontinenti apposito, quod vadas pro me Romam. ista sunt plura capitula connexa, sed diuersa capitula, sunt plura, diuersis téporibus facta: vt glo. in dicta. l. si quidem. C. de exce. Item, si incontinenti sunt plura facta, quorum vnum non venit ad alterius determinationem, sed quodlibet est per se, tunc sunt diuersa capitula: vt dicta. l. etiam. §. j. ff. de mino. & . l. scire debemus. ff. de verborum obliga.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Iuramentum non defertur in criminalibus, in defectum probationis.*

Eadem die.



Vocatus è carcere ac corã adstans in conclaue Gerardus Milo dominus vallis in Beluensia, ibidem ortus, annos triginta, aut circiter natus, barba oblonga, capillis tonsis, sacramanto obstrictus de dicenda, & confitenda veritate, & interrogatus, [a] quã ob causam, quibusve instantibus protrusus esset in carcerem?

Latet me, inquit, & indigne hãc mihi ĩnocẽti factã iniuriã apud te æquissime iudex queror, postuloque, contra eos, quos decebit, litis æstimationem, damna, & id quod interest mea. Vbi inquimus, habitas sedẽ fixeris, aut in quem locum te recipias?

Parisijs, inquit, à semestre moratus sum, interim dũ hic certa lis in supremo senatu iactaretur, & finiretur. Aduersus qnos, inquimus, hęc lis iactatur? Aduersus, inquit, Iuliañũ Xenium, & Ioannẽ Plutũ ciues Lutetianos, & me.

Vtrum, inquimus, eiusmodi lis sit finita, & à quo tempore, & secundum quos data? Hoc, iuquit, mense arresto curiæ supremæ secundum aduersarios lis data est, iure tamen, an iniuria, ipsi viderint, quibus ita visum est. Relucet tamen æquitas, & res ipsa loquitur, quam inique, atque iniuste.

iniuſte.

Næ, inquimus, temerarius es,& effrons,qui adeò impudenter,audacterque loquaris.

Nihil,inquit, prohibet loqui ſuæ innocentiæ fidentem, nullaque impalleſcentem culpa.

Sed ad rem,inquimus,quis patronus aduerſariorum partes tuebatur,quo agente cauſam tenuerint?

Is,inqt,fuit magiſter Chryſoſtomus Craſſus,artis veteratoriæ homo adeò exercitatus, vt cauſam inferiorẽ,ſuperiorẽ inferiorem iure,æquove ſuadente, aut diſſuadente facere queat.

Vitam ne,inquimus,crudeliter interminatus es Craſſo, Xenio,& Pluto in parui cerui diuerſorio prandẽs,& quibus locutus es de ijſdem aduerſarijs?

Nona, inquit die menſis, Octobr.prandenti mihi cum nobili Deſiderio Anippo, & tribus alijs nobilibus, quos ſecum aduxerat Anippus in parui cerui diuerſorium, venit in mẽtem litis huiuſce recordatio:cuius cauſam,& exitũ dictis nobilibus obiter expoſui,qui non admodum arreſtum probarunt, exiſtimaruntque ab omni iure alienũ: deinde incidimus in alios ſermones.

Num,inquimus,ibidem palam in has minas exclamaueris? Aedepol per mortem, & ſanguinem Dei,ante huiuſce hebdomadis finem prædicti Xenius, Plutus, Craſſus meritas luẽt pœnas,nullaque alia, quàm mea manu vitã finient.

Male,inquit,pereã,hæcque terra mihi dehiſcat viuo,ſi qd eiuſmodi à me exierit.

Qui erãt,inquimus,alij tres nobiles ab Anippo in dictum diuerſorium adducti, quove nomine nuncupantur, & vbi ſedem habeant?

Audiui,inquit,alterũ Claudium Caligulam, alterũ Bernardum Thraſonem vocari, principis noſtri milites, Tertium, non noui, ne nomine quidem.

Qui famuli,inquimus,miniſtrabant,& inſeruiebant in dicto prandio?

Quatuor, inquit: duo ex meis, Iacchus Ebrio iunior, & Henricus Nebulo: duo itē alij Anippi AEgidius Gnato, & Ferdinandus Parasitus.

Vbi, inquimus, & cū quibus die. x. Octob. nouissime præterita cœnauisti?

Parumper meditatus: cœnam, inquit, eo die feci in diuersorio, cui pēdet intersigniū leonis argentei Parisijs in vico Sancti Honorati, cū Anippo, & socijs, quos in Palatio inueneram, atque ibi cessauimus ad horam nonam, illincque mature nos dormituri cō tulimus in diuersorium balistę, in via sancti Iacobi ad nostrum hospitium.

Num, inquimus, illius diei hora ix. ipse, & Desyderius Anippus cum vniuerso satellitio insidias construxistis, & strictis gladijs inuolastis in Xenium, Plutum & Crassum iuxta crucem Tirroueri, acerbéque concisos reliquistis: Dionysium verò Dauū Crassi famulum uertistis in fugam læsum, coëgistisque, in pedes se dare?

Dij boni, inquit, quid ego audio? adeo me ferum putas, ac crudelem, vt hæc cogitarim? tantum abest, vt effecerim, quæ etiam ipso auditu offendunt, deliramenta plane atque somnia mentis insanæ, & ægrotantis.

Noscis ne, inquimus, Andream Irum cerdonem, & nō interfuerit cœnæ in diuersorio leonis argentei?

Nosco, inquit: sed visu tantum, quòd eo sum aliquando vsus in deferendis sarcinulis hac in vrbe Parisiensi. Veneratque is Irus in diuersorium tempore cœnæ à me paruulam pecuniam accepturus, quæ pro operarū locatione ei debebatur, qua persoluta discessit, posteà nunquàm visus.

Homicidium, inquimus, astute dissimulas, certáque retices, ac portrita, hinc effugiendi occasionem captans.

Rem, inquit, apertam aperte recensui, non circuitione vsus.

Vis ne, inquimus, testimonijs Anippi & tuis famulis

subscri

subscribere?

Nullius, inquit, in verba iurare assueui, expertus quàm sit periculosum hominum fidei credere.

Ad hanc itaque modum exquisite discussus super criminatione & elogio, repetiuit carcerem.

a INTERROGATVS. † Interrogationes huiusmodi dic non fieri, vt
1 eis eorum fauorem credatur, sed solum in odium. pro hoc vrget, quod in criminalibus iuramentum in defectum probationis non defertur. glo. in l. iij. in verbo: agatur. de iureiurando. ff.

SVMMA CAPITA.

1 *Clerici cõfeßio coram Iudice laico, an fidem faciat. Et sentẽtia ab eodem, tanquàm à Iudice incompetenti lata, an teneat.*

2 *Clericus non potest criminaliter conueniri coram Iudice laico. Nec etiam reconueniri. numero. 3.*

4 *Reus purgatur innocentia, non relatione criminum.*

5 *Clericus, etiam sacerdos, respondere tenetur coram Iudice laico. & nu. 9.*

6 *Clerici, etiam in sacris constituti, enormitatibus se immiscẽtes, nulla monitione praemia, perdunt priuilegium canonis: si quis suadente Diabolo. Et etiam priuilegium fori.*

7 *Clerici non ferentes tonsuram vel vestes clericales, conuenti in iudicio siue ciuili, siue criminali, perdũt priuilegium clericale. Et quid ita nume. 8.*

10 *Clericus criminosus captus per Iudicem secularem, remitti debet ad Iudicem ecclesiasticum, si id petat.*

11 *Malefactorem si constet notorio facti, vel publica omnium fama, esse clericum, ecclesiasticae curiae remitti debet, & nu. 12. & 13.*

14 *Ciuitas repetit ciuem suũ. Et petit ius reddi illi, remque ablatam restitui. & nu. 15.*

16 *Pater repetit filium.*

17 *Miles armatae militiae, iudicatur in ciuilibus & criminalibus per magistrum militum.*

18 *Clerici coram suo Iudice sunt conueniendi.*

19 *Iudex laicus de re spirituali cognoscere & & statuere non potest, nec principaliter, nec incidenter.*

20 *Clerico remisso ad suum Iudicem, debet aduocari secularis, à quo est remissus, vel alius, cuius interest pro causa communi vel priuilegiato. Et quid si non adpareat de aduersario. numero. 21.*

22 *Clericus deprehensus à Iudice seculari, vt remittatur ad suum Iudicem, debet esse clericaliter indutus.*

23 *Clericum non decet gerere habitum difformẽ, in vestibus inferioribus.*

24 *Clericus vxoratus, nõ incedens in habitu & tonsura clericali, perdit clericale priuilegiũ. Item, bigamus, vel degradatus. nu. 25. Et qui praeterea. nu. 26. 27. 33.*

28 *Clerici artem ludicram exercentes, tanquã mimi & histriones, si id per annum praestiterint, priuilegio clericali ipso iure priuantur. Et quo, si tempore breuiori, & tertiò à suo Iudice vel praelato moniti, institutum fuerint persequuti. nu. 29.*

30 *Clerici artem histrionicam exercentes, monendi & deterrendi sunt à suo praelato & Iudice.*

31 *Clericis licet priuatim, animi causa, liræ & ludis operam dare.*
32 *Clerico non licet monopolia sectari, nedum illis præesse.*
34 *Clerici in sacris cõstituti, peccantes, an eò nõ perdant priuilegium.*
35 *Clericum vel laicum volens conuenire, debet iudicem rei adire.*
36 *Actor forum rei generaliter sequi debet.*
37 *Forum non suum quibus & quot casibus quis sortiatur, & faciat suum. & nu. 38. 39. 40.*
41 *Conuentus super aliquo crimine coram non suo iudice, si neget se deliquisse in territorio illius iurisdictionis, vtrum illo iudex cognoscere possit an delictum fuerit admissum in suo ipsius territorio & nu. 42.*
43 *Conueniri non potest quis de delicto alibi commisso coram alio iudice, quàm commissi delicti.*
44 *Causa criminalis potest tribus locis discuti & tractari.*
45 *Delicta alibi commissa, augent delictum hic admissum.*
46 *Consuetudinem delinquendi inducunt duæ vices.*
47 *Constitutionum diualium pœna tenentur qui conuicti sunt bis aut sæpius violentiam perpetrasse & iudicis officium super violentia.*
48 *Respondens non interrogatus, pro interrogato habetur.*
49 *Promissio in instio, includit interrogationem,*
50 *Interrogatum quomodo accipiendum.*
51 *Aduersarius an teneatur respondere aduocato aduersarij.*

Dicta die.



IOannes Solon, legum candidatus, &c. AEgidium Gnatonẽ [a] nobilis Desyderii Anippi seruum Britanum annorum triginta, aut paulò senior, veste Hispanica nigra, cum thorace rubeo, & caligis dissectis bi coloribusque, accitum è carcere in conclaue consilii præpositurae, atque religione obuinctum ita de crimine obiecto, indiciis, & elogio concepto percunctatur, conscientiamque explorat.

Solon, Cedo, quis casus te deiecit in carcerem, cuiusve causa includeris?

Gnato: Sacris sum initiatus, & iurisdictionis alterius mancipatus, cui ego, non tibi debeo respondere, & ad quem remitti postulo: quod si mihi non credis, en tibi fidem facient tabulæ de ea re, scripturæ sacri ordinis assertoriæ, ac cõsignatæ sigillo episcopi, quas ipse constituto die exhibiturum me polliceor.

Solon: præcipio, iniungoque tibi, sub pœna ducentarũ librarum, vt mihi respondeas remittendus ad ecclesiasticum si fieri oporteat, ne precidatur tibi fori præscriptio.[a]

Gna

Gnato. Effecit Antonia Diana, aliisque, quos petitus ignoro, vt has compedes gestē in vinculaque inciderim, quā ob causam ipse non satis scio.

Solon: Noscis ne nobilē Girardum Milonem, & à quo tempore?

Gnato. Noui equidē quòd consuetudinem habeat cum Anippo meo domino à duobus annis.

Solon: Num vidisti eosdē Milonem, & Anippum accumbere in prandio in diuersorio parui Cerui, & à quo tempore, & quinam cum illis erant?

Gnato. Sex sunt dies, aut septem, à quibus Milo, & herus meus, Anippus cum Claudio Caligula, & Bernardo Thrasone militibus in illo diuersorio, pranderunt.

Solon: Quidnam audisti prandendo Milonem magistro Chrysostomo Crasso, b Xenio, & Pluto ante lapsam hebdomadam interminatum mortem.

Gnato Audisse non memini.

Solon: Vbi cœnarunt, & dormierunt Anippus, & Milo decimo die Octobris proximi?

Gnato: In diuersorio leonis argentei, via ad sanctum honoratum Parisiis, dormieruntque in assueto hospitio in vico sancti Iacobi sub intersignio balistæ.

Solon: Qui famuli illos secuti sunt redeuntes in hospitium?

Gnato: Ipse, & Ferdinarnandus Parasitus famuli Anippi, Henricus Nebulo, Iacchus Fbrio Milonis serui. Sed meus herus vixdum egressum limen, domum me misit ad equos pascendos, disponēdaque omnia: quò paulò post venit, & ipse Milo cum aliis?

Solon: Vtrum Andræas Irus cerdo Parisinus cum illis esset.

Gnato: Non, per se autem dixit,[b] quòd post cœnam venit ad Milonem mercedem petiturus, exiuitque cum illis in viam. quo tamen inde recesserit: non facile dixerim.

Solon. Quam ob rem Anippus, Milo, Caligula, Thraſo illa die decima Octobris, in conſueto hoſpito baliſtæ potius, quàm in diuerſorio leonis argentei, longo interuallo diſtante cœnare maluerunt?

Gnato. Quendam amicum ſuum conterraneum nobilem aduentaſſe, & illic moraturum referebat Milo quem videre, & cum eo fabulari mirum in modum affectabat: orauitque Anippum, Caligulam, Thraſonem, vt ſe comitarentur, vnaque cœnarent.

Solon. Num tu Milo, Anippus: Caligula, Thraſo, Irus, Ebrio, Nebulo Paraſitus redeuntes à leone argenteo ad Crucem Tirouеri collocatis inſidiis circa horam nonam veſpertinam irruiſtis in magiſtrum Chryſoſtomum Craſſum aduocatum, Ioãnem Plutum, & Iulianum Xenium: eosque pluribus letalibus percuſſos vulneribus, ibidem reliquiſtis?

Gnato: Nihil omnino ex his nec vidi, nec audiui.

Solon. Num ſimiliter Dionyſium Dauum Craſsi amanuenſem vulnerauiſtis, & impuliſtis ad fugam? Gnato nihil minus.

Solon? Mentiris tuo more nequam: verùm tam impudenti mendacio non effugies.

Gnato: Nequaquam mentior: nec tuis ſeueriſsimis me perterreſacies dictis.

Solon: Vis ne te ſubmittere teſtibus, qui aduerſus te, & alios flagitii participes teſtimonium dixerunt? Gnato.

Teſtibus vitam meam non credam: niſi præclarè mihi perſpectis. Ibi vero percunctanti Præpoſito ita reſpondit: eſtque reductus in carcerem. Gnato.

a FORI PRAESCRIPTIO.
1 †Videtur, quòd reus reſponde-
re non teneatur, nec etiam vo-
lens teneat eius confeſsio, facta coram
iudice laico, nec etiam ſententia tan-
quam à iudice incompetenti lata vt c.
at ſi clerici. & c. cùm non ab homine, ex
2 trà de iudic. † non poteſt criminaliter
conueniri corã iudice laico. vt ix. quæ-
3 ſtione prima & ſecunda. † nec etiam re-
conueniri cùm in crimine non admit-
tatur reconuentio, vt tertia quæſtio. xj.
4 cap. neganda. † quia non relatione cri-
mi

minum,sed innocentia reus purgatur: 5 vt ff.de public. iudic. l.is,qui.† Dic tamen,quòd respondere tenetur, etiam si sacerdos esset, quia fieri potest, quòd priuetur iure clericatus,maximè, quia oneratus. & suspicatus est enormitatibus se immiscuisse, quo casu † clerici 6 etiam in sacris constituti, se enormitatibus immiscentes, sine monitione prae uia,perdũt priuilegium canonis,si quis suadente diabolo. xvij. quæstio.quarta.Et etiam priuilegium fori, vt capit. perpendimus,extrà de sentent. excom- 7 muni.& ibi Abb.Panormita. † Secundò,inuentus est in non decenti habitu. Et ideò clerici non ferentes tonsuram, vel vestes clericales, siue in ciuili, siue in criminali negotio conueniantur, nõ debent gaudere priuilegio clericali vt 8 c.vno.de cler.coniug.in vj.†Nam tunc reputantur laici,& vt laici possunt puniri,vt gloss. ibidem dicit,quòd Tolosæ quidam clericus cõiugatus,eo quòd habebat caligas bipartitas. reputatus fuit laicus,& pro crimine tanquam laicus fuit condemnatus:nam fuit laqueo 9 suspensus.† Quòd autem teneatur clericus coram iudice laico respondere, fuit decisum per curiæ parlamenti Parisiis arrestum iudicii mei, tanquàm à dicta curia commissarii confirmatorium,contra & aduersus Ludouicum le blanc,quem captum pro pluribus criminibus nolentem mihi respondere,ad iudicem ecclesiasticum, se vt clericum remitti petentem,pœna quæstionis indicta,ad curiam appellantem misi, qui interrogatus,à curia mihi remissus est, vt responderet super criminibus sibi impositis, saluo iure in diffinitiua faciendo super præscriptione fori,vt patet per dictum arrestum sub data dici. decimaquinta. Aprilis, anno Domini. Milesimoquingentesimo vigesimonono. post Pascha. Tandem faciendo ei ius super præscriptione fori priuaui eum iure clericatus, & eum vitam patibulo finire condemnaui, qui ad curiam appellauit,& tandem in primo ingressu reginæ Franciæ in vrbem Parisiensem remissionẽ obtinuit, & à car- 10 ceribus relaxatus fuit. † Videtur tamen, quòd de iure, quando clericus criminosus fuit captus per iudicem secularem, & petit ad iudicem ecclesiasticum, debet remitti iudici ecclesiastico: quia quæstio, vtrum talis sit clericus, vel non, pertinet ad iudicem ecclesiasticum vt lege omni nouatione cessante. C.de sacrosanctis ecclesiis vbi dicitur, quòd si coram iudice seculari emergat aliqua quæstio spiritualis, debet fieri remissio ad iudicem ecclesiasticum. Vnde si iudex laicus malefactorem captum detineat, & is se clericum dicens, ad curiam ecclesiasticam petat remitti, vel curia ipsa eum tanquam suum clericum repetat, iudice illum clericum infitiante: ob hoc minimè remittendum: dubitationis huiusmodi: an scilicet sit: qui reperitur, clericus ad iudicem ecclesiasticum: quia de re ecclesiastica, & spirituali, vocato tamen iudice seculari, vel alio, cuius interest, cognitio pertinebit. Regulariter de causa merè spirituali c. quanto nec de causis clericorũ. §. statuimus de no.feu.laicus nõ cognoscit.† Et sit notoriũ fuerit,quòd idẽ malefactor sit clericus

cus.f. notorio facti,quod nulla tergiuersatione posit celari: vt extrà de cohabit.cleric.& mulier.c.vestra.quia notoriè cognosciť pro clerico: vel est notorium iuris: vt.c.cùm olim. extrà de verbo.signi.Ita quòd huiusmodi priuilegio gaudere debeat,cum rumor communis,vel fama publica de hoc extite-
12 rit,†aut ipse pro clerico communiter habebatur,incontinenti,etiam ante cognitionem de clericatu,ecclesiasticę curiæ debet reddi.Idem esse censemus, si reus ipse ante deprehensionem pro laico publicè se non gerens, deprehensus fuit in habitu clericali,tonsuram videlicet,& vestes deferens clericales. Nam talem debemus clericum,donec de contrario constet,reputare.Iustū est enim vt ipse talis,quem gestat ex habitu,quo usque appareat aliud,præsumatur, qualis is esse,cuius fert habitum, comprobatur.Ex stigmate nanque consueto fabricensibus imprimi, latinus fabricensis agnoscitur,isque status alicuius esse videtur,in quo ipse deprehenditur,donec contrarium doceatur.Non sic autem obseruatur,si ante deprehensionē pro laico se publicè gerebat,ac pro tali communiter habebatur: quāuis de prehensionis tempore repertus fuit in habitu clericali: tunc enim restituendus non est,quousque fidem de titulo fecerit clericali: cuius.eidem onus probationis incumbat,propter præsumptionem quę aduersus ipsum orta est ex delatio
13 ne laicalis habitus præcedenti. † Contra eum tamen interim quiuis processus iudicis penitus conquiescat,hoc dicit text.in.c.si iudex laicus,extrà de sententia excommunicationis.libro sexto.

14 †Sic ciuitas repetit ciuem suum: vt. ff. de rei vendicatione.l.prima.§.primo.&
15 ff.ad municipa.l.de iure.†Sic & petit ciui suo iustitiam fieri,& ei rem violenter ablatam restitui: vt vigesimatertia
16 quæstione secunda.c.dominus.†Sic & pater repetit filium,quod dic, extrà de
17 conuersione infide.c. vltimo. † Sic & miles armatæ militiæ, per magistrum militum in ciuilibus,& criminalibus iudicatur: vt.C.de iurisdictione omnium
18 iudicum.l.magisteriæ, † sic & clerici coram suo iudice: vt extrà de iudicijs.
19 c.at si clerici.†nec potest iudex laicus de re spirituali principaliter,nec incidenter se intromittere: vt extrà.de ordi.cognitio.cap.tuam. & extrà qui filij sint legitimi.c.per venerabilem.&.c.la
20 tor.†Sed tamen vbi remissus est clericus ad suum iudicem ecclesiasticum,debet vocari iudex secularis,à quo remissus est,vel alius,cuius interest pro casu communi,vel priuilegiato: vt dicto. c.si iudex laicus.extrà de maioritate.& obedientia.c.inter quatuor.&.C.de euictioni.l.emptor fundi.&.ff.de re iudicata.l.de vnoquoque.& extrà de emptio.
21 & venditio.c.finali.†Si autem non appareat de aduersario, puta quia iudex dicto.c.si iudex.&.c.venerabilibus.§.ij. de sententia excommunicationis. li.vj.
22 †debet autem clericus,qui deprehenditur,ad hoc vt remittatur,reperiri habere vestes clericales.& ita loquuntur
23 iura in plurali,& nō in singulari:†quia in vestibus inferioribus non licet habere habitum difformem: vt no.in glossa. dicto capitulo si iudex.Sunt autem casus,quibus clericus ipso facto, & ipso iure nullo gaudet priuilegio clericali,

&

24 & est lex, ipsa sententia. videlicet: †Cle
ricus vxoratus, non incedens in habi-
tu & tonsura clericali. Ita quòd si pro
commissis ab eo excessibus, vel deli-
ctis coueniatur coram iudice laico cri
minaliter, aut clericaliter, non remitti-
tur ad iudicem ecclesiasticum. nam tūc
reputatur laicus. & vt laicus poterit pu
niri: vt. c. vno. de clericis coniugatis. li-
bro sexto. & glossa. in dicto. c. si iudex.
25 versi. debeat. † Item si est bigamus, vel
degradatus: vt extrà de bigamis. c. vno.
& capitulo secundo. extrà de pœnis.
26 † si tamen maneat clericus, non potest
renuntiare priuilegio clericali: sed apo
stādo ab habitu suo post trinam admo
nitionem, vel imiscendo se enormitati
bus priuilegium amittit: vt. c. perpen-
dimus. & c. cum non ab homine. & c. in
audientia. extrà de sententia excommu
27 nicationis. † Ipso enim facto se priuant
clerici, talia faciendo: vt extrà de vita
& honestate clericorum. c. vltimo. & de
clericis coniugatis. capitulo penulti.
28 † Sic ideò clerici, qui clericalis ordinis
dignitati non modicum detrahunt & se
iaculatores faciunt, quasi iocilatores, in
publicum faciendo spectaculum pro-
prij corporis: vt. ff. de his qui notantur
infamia. l. secunda. §. finali. aut goliar-
dos, à gula sic dictos, aut bufones. s. hi-
striones, si per annum artem illam igno
miniosam exercuerint, ipso iure pri-
29 uilegio clericali priuantur. † Si autem
tempore breuiori, & tertio moniti à suo
iudice vel prælato, non resipuerint, ca-
rere debent omni priuilegio clericali,
vt. d. c. vno. de vita & ho. cleri. lib. sexto.
30 † Moneri autem debent per suum præ
la. aut iudicem, vt. c. j. audien. extra de
sen. excom, ibi: si prælatis suis &c. &. c.
31 contingit. ij. eodē Ibi: si à te tertiò. † In
occulto tamē festiuitatis causa aliquid
ioci facere non reprobatur: vt in citha-
ristis, & his, qui varijs vtuntur instru-
mentis. vt. lxxxvj. di. c. donare, in. j. gl. &
Acc. in. l. ij. §. fi. ff. de his, qui notan. infra.
32 † non etiam licet clerico tabernam in-
gredi: & multò minus tenere. & ad hoc
xliij. di. c. non licet. & c. j. extrà de apos.
& l. quę adulterium. C. ad. l. Iul. de adul
33 te. vbi dicitur, † quòd hi à iudiciaria se
ueritate debent prętari immunes, quos
vitæ vilitas dignos legum obseruatio-
ne non credidit. vnde tales suprà dicti,
non tenent immunitatem canonis: licet
etiam sint in sacris: secundum Archidi.
in. c. vno. in glo. fi. de vi. & hone. cleric.
lib. vj. vbi dicit, quòd litera ibi indistin
ctè loquitur. d. c. vno. & quòd illi plus
peccāt: v. q. vj. c. presbyteri. & xl. distin.
c. homo. & extrà de iureiurā. c. cùm qui
dam. licet Ioan. mona. contrarium te-
34 neat in. d. glo. fi. dicens † cōnstitutos in
sacris, non perdere priuilegium: licet
plus peccent: non enim desinunt esse
clerici, & clericaliter tenentur viuere
propter characterem impressum, al-
leg. c. j. & ij. extrà, qui cler. vel vouent.
& extrà de cler. coniug. c. sanè. le. ij. Pri
ma tamen opinio placet Ioan. Andr. vt
33 d. gl. fi. Licet ergo regulariter, † vbi qs
clericum, vel laicum conuenire vult,
debet rei iudicem adire: vt. C. de iurisd.
36 om. iud. l. iuris. † cum actor rei forum
generaliter sequi debeat: vt. xj. quæstio
ne prima. c. experiente. & extrà de foro
competenti. c. si clericus. & c. cùm sit.
& C. de iurisditione omnium iud. l. in
criminali negotio. & possit reus declina

re forum non sui iudicis,cùm extra territorium ius dicenti impunè non pareatur.vt.l.fi.ff.de iurisd.omn.iud.&.l.j.& ij.ff.si quis in ius vocat.non ierit.vbi cauetur,quòd in ius vocatus venire debet vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictionis eius sit.&.ff.de iudic.l.si quis ex aliena. Tamen hæc regula failit multis modis, in quibus sortitur forum non suum, &
37 facit suum.†Primò in criminalibus ecclesiasticis:vt.iij.q.vj.c.j.puta,in crimine sacrilegij,vel quasi:vt extrà de foro competenti.c.cùm sit.&.c.conquestus. hodie verò in regno Franciæ,iudex secularis cognoscit,& iudicat, etiam de hoc crimine sacrilegij.Et egomet Milles,quendam nomine Carolum de sancto Vincentio sacrilegum insequendo curiæ supremæ Parisiensis arrestum datum anno domini.M.Dxxxiij.die verò viij.mens Octob.iudicij mei confirmatorium,pro sacrilegio in æde cathedrali sancti Stephani Antisidiorensis per eundem commisso,in ablatione vasis sacræ eucharistiæ.vitam laqueo terminare mandaui,& exequi feci:iuxta.l.sacri
38 legij.C.ad.l.Iul.pecul.†Secùdò,in crimine hæreseos quis etiam laicus sortitur forum iudicis eccle.vt.c.ad abolendam.&.c.excommunicamus. extrà de hæreticis.Hodie tamen iudex etiam secularis cognoscit de crimine hæreseos: prout vidi à quatuor,aut quinque annis citra plures iudicio præpositi Parisien.igne Parisijs palàm concrematos ex indulto domini nostri Papæ, ad expiationem prædicti criminis ferè per omnem christianitatem nostris hisce
39 temporibus ingruentis.†Tertiò ratione criminis in aliena iurisdictione commissi,quis sortitur forum non suum: quia ibi.vel vbi inuenitur,conuenietur reus:vt.iij.q.vj.c.j.& extrà de rapto.c. j.extrà de foro compe.c.postulasti.&.c. fi.&.C.vbi de crimi.agi.opor.& authenti.qua in prouincia. eodem. vbi enim malum contingit,ibi moriatur.ij.q.j.c. si peccauerit.& in.c.fi.Ibique latro figatur,vbi grassatus est.l.capitalium.§.famosos.ff.de pœnis. Et vbi delinquens inuenitur, ibi retineatur:vt.C.de cur
40 su public.lib.xij.l.iij.†Quartò ratione criminis commissi alio tempore,cù ipse esset alterius iurisdictionis:vt.C. ad.l.Cor.de fals.l.si quis decurio. & de hoc dic,vt not.in.c.fi.extrà de foro cõpe.
41 †Sed pone,quis conuenitur super aliquo crimine coram non suo iudice, ille negat deliquisse in iurisdictione illius.quæritur vtrum ille iudex possit cognoscere,an in territorio suo deliquerit:dic quòd sic:ar.ff.de iudic.l. si quis ex aliena,&.ff.ad municip.l.de iure.ibi Cùm tamen quis negat incolam esse, apud eum præsidem prouinciæ agere debet,sub cui' cura est ea ciuitas.à qua vocatur ad munera,non apud eam, ex qua ipse se dicit oriundum esse, Idque diuus Adrianus rescripsit in persona mulieris,quæ aliunde orta,alibi nupta est:& extrà de rescriptis.c. dilectus fi-
42 lius.†Quid autem,si quis conuenitur super maleficio coram non suo iudice in aliqua prouincia,in dicitur deliquisse,ipse verò negat se commisisse, num iudex cognoscere poterit, an deliquerit?Et videtur quòd sic:vt dicta authentica.Qua in prouincia,in princ.sed tamen ibi loquitur,quando iam de crimine constat.quod patet,dum dicit: deliquerit.

querit.argumento.C.vbi ſenat.vel clariſs.l.j. vbi dicitur, deprehenſus in crimine, & ita negari non poteſt. Sed primũ veri°, vt iudex cognoſcere poſsit: vt. d. c.dilectus filius.& idem in authe. vt nulli iudic.§.ſi quis.&.ff.ſi quad pau. fecif. dic.l.j.&.ff.de cur.bon.dando.l. ſecunda.Vide quæ dixi ſuprà in commiſsione, ſuper decreto informationũ in verbo: in ſubſidium iuris. Et Specul. in titulo de competenti iudic. additio. † De

43 delicto autem alibi commiſſo non poteſt quis conueniri coram alio iudice, quàm coram iudice delicti? ſecundum Bart.in.l.ſi cui.§.finali. de accu. Idem Dy. per illum tex. Vbi cauetur, cùm ſacrilegium admiſſum eſſet in aliqua prouincia, deinde in alia minus crimen, diuus Pius Pontio proconſuli reſcripſit: poſtquã cognouerit de crimine in ſua prouincia admiſſo, vt reum in eam prouinciam remitteret, vbi ſacrilegiũ admiſit, &.l.tertia.ff.de re militari. &.l. ſi quis filio.§.quod ſi quis.in fine.ff.de iniuſto, irrito & rupto teſtamento. hoc eſt vt reus non poſsit puniri per alium iudicem, quàm loci delictis † niſi reus ſit

44 ciuis huius ciuitatis, in qua accuſatur, tunc illo caſu ratione originis, de quouis delicto vbique terrarum commiſſo, poteſt per iudicẽ originis puniri: quia altero de tribus locis poteſt cauſa criminalis tractari.ſ. vbi crimen eſt commiſſum, vel cauſa eſt inchoata, vel vbi re° depreheditur habere domicilium: vt.l. prima.C.vbi de crimine agi oportet.

45 † Ita quòd delicta alibi commiſſa, aggrauant delictum hic commiſſum: & faciunt, quòd actus puniatur reus, ſi ſæpe, & ſepius alibi conſuetus eſt facere huiuſmodi furta, vel vulnerationes, aut tractatus, tunc acrius hic pro vno deli-

46 cto punietur. † nam quæ vices in delictis faciunt conſuetudinem: vt.l. nemo

47 deinceps.C.de epiſco.audient. † Hi qui bis aut ſæpius violentiam perpetraſſe conuincuntur, conſtitutionum dinaliũ pœna tenentur. Iudicẽ verò noſſe oportet, quòd graui infamia ſit notandus, ſi violentiæ crimen apud ſe probatum diſtulerit, vel impunitate donauerit, aut molliorem, quàm præſtanda ſit, pœnã protulerit.l.ſeruos.C.ad.l.Iulian.de vi & ego Pariſijs iudex eo ſum vſus contra Ioannem de hongre. aliâs Quezim, qui cum à communi populo mihi exhibitus eſſet, & furti de re leuiſsima accuſatus, quærendo alia plura delicta enormia, & latrocinia reperi, ob quæ ad furcas mea ſententia eſt damnatus, & ea ſententia à ſupremo ſenatu probata, die decimotertio Iunij anno domini mileſimo quingenteſimo trigeſimotertio.

b PER SE AVTEM DIXIT.

48 † Si ſine interrogatione quis reſponderit, pro interrogato habetur: vt.l.ſi ſine.ff.de interrogatio.nec etiam agitur ex ſtipulatione, vt ſit neceſſe præcedere interrogationem: ſed ex prima cauſa, quam interrogationem ex confeſsio

49 ne præſumit iudex præceſsiſſe. † ſic & ſi in inſtrumento aliquo inuenitur promiſsio, nam præſumitur interrogatio: vt inſti.de inutil. ſtipulation. §j.ſi ſcri

50 ptum.& gloſſa.in dicta lege ſi ſine. † Interrogatum enim non ſolum à prætorẽ accipere debemus, ſed etiam ab ad-

51 uerſario.dicta.l.ſi ſine.§.primo. † etiam à patrono ſiue aduocato aduerſarij: cui

forte

fortè aduerſarius tenetur reſpondere: vt glo.d.l.ſi ſine. in verbo ab aduerſario.&.ff.ad leg.Iul.de adulte.l.ſi poſtulauerit.§.quæſtioni.&.l.de ætate.§.qui interrogatus.de interrog.actio.

SVMMA CAPITA.

1 Natio pronuntianda in criminibus diſcutiendis illa enim ſæpe prouocat aut deterret.

Dicta die.

EGo Ioannes Solon præpoſitus &c.Ferdinandum Paraſitum nobilis Deſyderii Anippi famulum, Le-
a mouicenſem, [a] annis triginta natum,aut circiter, vti aiebat, in conclaue ſecretioris examinis accerſi e carcere iuſsi, ab eóque poſt iuſiurandum exactè ſciſitatus ſum cauſas prehenſionis, qua de cauſa, quóve delatore in neruo eſſet obuinctus?

Qui reſpondet ſe latere.

Qua die nouiſsime Anippus herus in parui cerui diuerſorio Pariſiis prandit, & quibuſcum?

Ait nona die Octobr.herum prandiſſe in illo parui cerui diuerſorio cum gentili Girardo Milone, amico etiã intimo, vnà cum Bernardo Thraſone, Claudio Caligula principis noſtri authoritatis militibus.

Vbi illorum domicilium, quò ſe recipiant?

Ait quatuor ex illis idem habere hoſpitium Pariſiis in via ad ſanctum Iacobum ſub interſignio baliſtę,& ſex exactos menſes, quibus Milo & Anippus,Thraſo,& Caligula ibidem morarentur.

Qui ſermones habiti, & quæ colloquia inter epulas Anippo & Miloni prandentibus in parui cerui diuerſorio?

Inquit ex tempore memorare non poſſe, cùm varii & multi de variis, & multis rebus.

An interloquendo inter eoſdem non obtinuiſſe cauſam in ſupremo ſenatu aduerſus Ioannem Plutum, Iulianum Xenium, aſtu & verſutia magiſtri Chryſoſtomi Craſsi in eodem ſenatu aduocati explicauerit Milo,blaſphemiis indigne nominans

Chriſt

Christum: deierans insuper, ac minitans vltionem iudiciis, addénsque Xenium, Plutum, & Crassum non alia, quàm sua dextera perituros antè effluxam hebdomadam?

Inquit Milonē in eo prandio litis meminisse, & se in ea victum iniquè, ac cōquestum de aduersariis Xenio & Pluto, atque maxime Crasso, quo actore decisa fuerat: propterea hos tres, vbi inueniret, male mulctaturum.

Cur ipse Parasitus Plutū, Xenium, & Crassum nō commonefecisset, cùm sciret Milonem in illorū mortem coniurasse, ac vitæ insidiari?

Inquit nūquàm existimasse Milonem tam temere rem confecturum, quam ipse ita percitus comminaretur.

Vbi Milo, Anippus, Caligula, & Bernardus die.x.mensis Octob. cœnauerunt?

Inquit quatuor illos in diuersorio Leonis argentei in vico sancti Honorati simul cœnasse: quòd Milo audiisset quendam nobilem conterraneum, & amicum aduentasse illicque futurum.

Vtrum is nobilis illic esset?

Inquit non fuisse. Verùm Milonem reliquos tres precatum Anippum, Thrasonem, & Caligulam, vt ibi cœnarēt, qui annuerunt.

Qua hora illinc discesserint?

Inquit sub.ix.noctis horā.

Num meditatis insidiis Milo, Anippus, Thraso, Caligula illa hora Crassum, Xenium, Plutum transituros iuxta crucem Tirouerі obseruauerūt, prætereuntésque inuaserunt atque interemptos reliquerunt?

Inquit tam atrox facinus se omnino ignorare.

Quin etiam rursus à me ad verum dicendum inuitatus ea lege, vt facile veniam & misericordiam impetraret.

Inquit lacrymans, atque suspirans sublatis in cœlum oculis, & manibus, quæ vera esse sciret, vel audisset, recensuisse.

Num Plutum, Xenium, Crassum ad crucem Tirouerі illa.x.die Octobr. interem-

ptos sciret?

Inquit à multis audisse.

Num puderet tam manifesti mendacii?

Inquit nihil esse pudẽdum.

Num assentiri vellet hero Miloni, Thrasoni, Caligulæ testibúsque elogii de tali homicidio concepti?

Inquit nescire planè, quid eiusmodi testes dixerint. Itaque rediit in carcerem.

a 1 LEMOVICENSEM. † Natio cuiusque pronuntiari debet. plerunque enim natio aut prouocat, aut deterret: interéstque nostra scire nationem. nam præsumptum est quosdam bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ, quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilitio edicto.

SVMMA CAPITA.

1 *Iudex si de delicto rei in sua iurisdictione deprehensi, cognouerit, an iudex ad quem remittitur, debeat stare his, quæ à iudice remittente sunt decreta, an potius de integro debeat processum & controuersiam instituere & discutere.*

2 *Confessio facta coram iudice incompetẽti, nihil confert ad condemnationem rei.*

3 *Mentiendúmne pro cuiusquam vitæ temporalis salute.*

4 *Meus rea, ream linguam non debet reddere.*

5 *Temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad misericordiam quis redit.*

6 *Homicidium molientes & tractãtes. licet non sint iurisdictionis iudicis, in qua conuenerunt de homicidio: possunt tamen posteà puniri de homicidio per eos admisso, per iudicem loci, in quo consiliumĩ nierunt: quamuis alibi sit patratum homicidium.*

7 *Iudicium idem de principio, atque de fine.*

8 *Consilium habitũ de quopiã occidendo, ad homicidium inde sequutum est referendum.*

9 *Confessio rei sine tormentis, præiudicat: & ea vnica sufficit.*

10 *Confessio spontanea, de se, efficacior est, quàm cum tormentis. Et quid si de alio quopiam fuerit confessio. nu. 11.*

12 *Confessio de se & aliis, spontanea, superat eam, quæ quæstione extorta est.*

13 *Confessioni rei, an sint testes adhibendi. Et quot. nu. 14.*

15 *Crimen vel sponte confiteri, vel testibus probari. sufficit ad condemnationem.*

16 *Crimen confessus sponte, metu probationum, habetur pro conuicto.*

17 *Confessus delictum à se cõmissum, statim carcerandus, & absque vlla alia probatione vel præsumptione damnandus maximè in graui crimine. nu. 18. Fallit, vbi grauior pœna inferenda est; iussu principis. nu. 19.*

20 *Damnum si quis dedisse per iniuriam, probetur, quod negat, is actione legis Aquiliæ, ad duplum tenetur.*

21 *Condemnatio crescit ex inficiatione rei, si post testibus fuerit conuictus.*

22 *Mendacium punitur.*

23 *Reus si primò maleficium negarit, posteà confitetur antè, quàm de mendacio conuincatur, dupli pœnam euitat.*

24 *Reus in iudicio interrogatus, ex sua responsione, confessione, vel mendacio sese onerat.*

Confes

25 *Confessus, suo ore iudicatur & sententia. & nume.27.&.28.*
26 *Ius nemo sibi dicere potest in sua causa.*
29 *Confeßiones in iure pro iudicatis habendæ.*
30 *Confeßio, est irreuocabilis: nec reddit iudicium retro nullum. maximè in actione leg. Aquil.nu.31.33.*
31 *Interrogationes & confeßiones fieri in iure, quomodo accipiendum.*
34 *Confeßio in atrocioribus delictis, falsa. facta per reum de homicidio perpetrato, an condemnationem inferat, ob constantiam in confeßione.*
35 *Præses prouinciæ, nec reum restituere potest, nec pecuniariam sententiam reuocare.*

Dicta die.



Ernardum Thrasonem principis nostri militem Heluetium. xxx.ann. & erronem, vti inquibat, è carcere ad secretum tribunal huiusce præpositurae vocatum data fide de dicenda, & confitenda veritate hoc modo rogaui: Quis te reum fecit? quo accusante detrusus sis in custodiam? quibusve indiciis concepta in te & alios coniuratores elogia?

Nescio sanè, respondit: hoc solum affirmabo, quod certissimum est, inique me in vincula pertractum, indigne, nec pro meis in Rempubl. fortiter gestis tractari.

Si nosceret Milonem, & à quo tempore?

Noscere se fatetur cùm visu, tum consuetudine: quod cum eo, & Anippo in hospitio balistæ in vico ad sanctum Iacobum tres mēses, aut paulò minus egerit.

Vbinam prehensus fuisset?

a Heduis [a] se prehensum à loci lictoribus, deinde adductum, & in carcerem intrusum die.xv.Ianuarii.

Quæ abitionis causa ab hac vrbe Lutetiana, & à quo tempore Heduos accesserat?

Parisiis soluisse se, visendæ ciuitatis gratia, mense Octobr. nouissime, diem tamen non tenere.

Num prandio adfuisset in diuersorio parui cerui Parisiis cum Milone, & Anippo, & quæ inuicem inter se sunt collocuti?

Eodem mense Octob. cum Milone, Anippo, & Claudio Caligula principis legio-

nario,& collega in illo diuersorio parui cerui prandisse nō inficiatus est,cæterum in immemor colloquiorum vltrò citroque habitorum.

Num illo prandio excitatus est sermo de quadam controuersia in supremo consessu iactata inter Milonem,& Iulianū Xenium,Ioannem Plutum,in qua ipse Milo industria, & acumine Chrysostomi Crassi in eodem consessu patroni victus fuerat?

Excitatū affirmauit, atque adeo,vt Milo non sit veritus huius tam iniusti flagitij vltionem promittere.

Num Milo illos Xenium, Plutum, & Crassum primo quoque tempore, etiam ante finitam hebdomadam occisurum iactarit?

Id à Milone iactatū putare se respondit, iactantemque tum monuisse Deum vltorem fore,qui iniuriarum omnium æquus est vindex,atque optimus.

Vtrum.x.die Octob. ipse inuitatus sit cum Desyderio Anippo, Claudio Caligula ad cœnam in diuersorio Leonis argentei Parisijs in vico sancti Honorati, & quæ fuit inuitandi causa?

Inficiari non posse, quin cœnauerit illa die cum Milone, Anippo,nōnullisque alijs in dicto diuersorio:quos illò omnes,vt sit,perduxerat insignis vini fama.Nam illic ferebatur vinum vænire ipso nectare potuque Deorum suauius.

An peracta cœna circa horam nonam ipse cum Milone,Anippo,alijsque conuiuis per insidias quasi facto agmine irruistis in magistrū Chrysostomum supremæ curiæ patronum,Dionysium Dauum eius seruum,Ioannem Plutū negotiatorem, Iulianum Xeniū ciues omnes Lutetianos, iuxta crucem Tirouerí : nec cædendi finem feceritis,quādiu sensistis spirare?

Tum ad hæc rogata hæsitans,cunctabundus, impallescens,ac sursum aspiciens,negat huic cædi interfuisse,nec recusat laqueo suspendi, si tanti sceleris conscius comperiatur.

riatur.

Num sciat Crassum, Xenium, Plutum his vulneribus interijsse?

Illos vnquàm aut vidisse,
b aut cognouisse,[b] it inficias: nisique ita sit, supplicium quãuis inauditum, & durum subire non detrectat.

Hunc quum certis signis, atque argumentis necis participem intelligerem, quo facilius ad confessionem perducerem, ignosciturum illi me spopondi, ac veniam daturum, nec summo iure cum eo vsu-
c rũ: sed misericordia,[c] & æquitate, quòd sperarem illum ad frugem rediturum, anteà non peccasse, nec posteà peccaturum.

Ipse lacrymis oppletus, flens, eiulans, in me conuersus, orat iunctis manibus, genibusque flexis veniam, & vitam: quod si cõcederem, nihil me cæiaret.

Quod quum tribuissem, fatetur illius diei hora nona exisse, vna cum Milone, Anippo, Caligula, diuersorium leonis argentei: eundo, Milonem dixisse sibi Crassum, Xenium, & Plutum obseruatos, breuique hac redituros à cœna: orasse prætereà comites, ne se desererent: ac implorasse eorum auxilium ad eosdẽ
d cædendos[d] Crassum, Xeniũ, & plutum eam gratiã in perpetuum habiturum, deinde id omnes denegasse, sed tantum promisisse opem, & illũ pro virili summa defensores, si qui ei vim afferrent. Puncto temporis Crassum, Xenium, Plutum iuxta crucẽ Tirouceri, famulo Crassi ante eos facem accensam gestante præterijsse: Atque in illos, vbi primum cõspexit Milonem stricto ense ac vibrato cucurrisse, quoscunque potuit, attigisse. qui quum fortiter resisteret Dauus Crassi famulus educto pariter gladio, vnà omnes qui bene vellemus Miloni, furore concitos in Dauum, Crassum, Xenium, & Plutum inuolasse, vibrasse, prostrasse, humi prostratos vulnerasse,[e] demum occurren- e

tibus, & lumen afferentibus vicinis non hinc mouiſſe, aufugiſſeque præcipites: ſequẽti die ante lucem migraſſe Rothomagum, vbi prehenſus eſſet.

Num credere vellet teſtimonijs aduerſus ſe, & ſocios dictis?

Non crediturum ſe prius reſpondit, quàm teſtes cognouiſſet. Et hæc quidem locutus, ac confeſſus redijt in carcerem.

a
1 HEDVIS. † Quæritur ſi iudex Heduenſis aliquem ſuſceperit notitiam de delicto aduerſus reum remiſſum, an iudex, ad quem eſt remiſſus reus, habeat ſtare his, quæ facta ſunt à iudice remittente, & illius proceſſui conſentire? Dic quòd non, ſed poteſt de nouo facere proceſſum, & de nouo crimen examinare: vt in textu, & ſecundum quod ei videbitur, poterit reum puniretur vt authentico. de ſanctiſsimis epiſcopis. §. ſi vero crimen. collatio-
2 ne nona. † Nec confeſsio facta coram iudice incompetenti, prodeſt ad aliquem condemnandum: vt. l. ſecunda. C. ſi à non compet. iudice. & extrà de iudicijs capitulo at ſi clerici fuerint confeſsi in principio. Bartolus in l. diuus Antonin⁹. ff. de cuſtodia & exhibitiõe reorũ. & ſuprà dixi. §. Ioã. Vlpianus, in verbo rogamus. circa finẽ.

b
3 AVT COGNOVISSE. † Hic enim reus eſt in aperto mendacio: vt infrà patebit, ideo quæritur, an pro temporali vita alicuius ſit mentiendum? dic quòd non: ſecundum Hierony. Nam cum Abraham deſcendens in Aegyptum, rogaſſet Sarram, vt ſororem eius ſe eſſe mentiretur, dicens: noui quidem, quòd pulchra ſis mulier: & quod cum viderint Aegyptij, & dicturi ſunt, vxor illius eſt, & interficient me, ſeruabuntque te. Dic ergo obſecro te, & viuat anima mea ob gratiam tui, ſed Abraham non mendacium dixit, ſed verum taceri voluit: vt capitulo vtilem. vigeſimaſecunda, quæſtione ſecunda. nunquàm ergo pro cuiuſque temporali vita mentiendum eſt, nec qualibet fallacia vita alicuius defendenda eſt capitu. omne genus. vt capitu. ſi quis ad te dic. xxij.
4 queſtio. ij. † rea enim mens, ream linguam facere non debet: vt capit. quæritur. §. epiſcopus verò. d. xxij. q. ij. Vide totam quæſtiouem.

c
5 MISERICORDIA. † Temporibus enim in res negatorias conſumptis, ſerius ad miſericordiam quis redit. l. quis ſit fugitiuus. §. erronem. ff. de ędilic. edic.

d
6 AVXILIVM AD EOSDEM CAEDENDOS. † vbi aliqui habuerunt colloquium, & tractatum Pariſijs de occidendo aliquos, licet non ſint iuriſdictionis iudicis in prouincia, in qua tractauerunt de homicidio, poſſunt tamẽ puniri de homicidio per eos poſteà admiſſo per iudicem loci, in quo

tractauerunt:licet alibi occiderint,per text.& Barto.in.l.& si amicis.§.j.ff. ad legem Iul.de adult.ibi:sed & si in domum aliquam soliti fuerint conuenire ad tractandum de adulterio,&c.Vnde istud delictum habet necessariam causam ad sui principium:videlicet ad tra-
7 ctatum.Igitur ad eum refertur,† & de principio iudicamus,sicut de fine.l.dāni.la.j.§.sabin°.ff.de damno infect.vbi dicitur,quòd vbi finis habet necessariam consequentiam ad principium,
8 inspicimus principium.† Itaque vbi tractatus est habitus de occidendo aliquos & postea occiderunt,præsumitur quòd fuerint secuti tractatum,& quòd ita fuit ordinatum inter ipsos,licet testes de fine ordinationis dicant se nescire. Ad hoc facit,quod notat Barto. in.l.qui aliena.§.cum itaque.& Bald. in.l.multùm interest.C.si quis alteri, vel sibi.Idem Barto.in.l.si vt proponitur.ff.de fideius.
c VVLNERASSE.† Hinc reus sponte
9 confitetur crimen sine tormentis:quæ confessio præiudicat,& sufficit vnica confessio,nec est opus quod reiteretur: vt not.in glo.& Barto.l.j.§. quæstioni. in princip.ff.de.q.& idem Barto.in l.j. nu.v.ff.de cust.& exhib.reo.interroga-
10 tus est autē de se,& socijs simul.† ideò est notandum,quòd quādo quis interrogatur de se,& confitetur, tunc talis confessio est validior sine tormentis, quàm cum tormentis,vt.d.l.j.§.si quis
11 vltrò.ff.de quæstio.† Quandoque autem quis interrogatur de alio tantum, & tunc esset validior confessio facta cum tormentis:vt in authen.de testi.§. j.&.l. cum probatio. §.j. ff. de testib.
12 †Quandoque quis de se,& alijs interrogatur simul,vt hic,tunc debilior est confessio cum tormentis: secundum Barto.in.d.l.j.§.quæstio.ff.de quæstio.
13 † An autem confessioni rei adhibendi sint testes?respon.quòd non videtur necesse,cum actis sine testibus sit credendum:argu.C.de dona.l.in donationi-
14 bus.† Sed tutius est,quòd adhibeantur saltem duo testes: vt.ff.de testi.l.
15 vbi. † Sufficit ergo alterum, vt quis sponte confiteatur crimen,vel sit testibus superatus:vt.l. qui sententiam.
16 C.de pœnis.† Nam vbi quis metu probationum profitetur crimen,talis habetur pro conuicto:vt.d.glo.in capitu. si quis presbyter in verbo, confessi.
17 xxiiij.distin.† Interrogatus ergo,spōte confitens delictum à se cōmissum, communis est opinio,quòd statim est carcerandus,& sine alia probatiōe vel præsumptione damnandus: vt. C. de pœnis.l.cum reis,&.ff.de custo.reo.l.si
18 confessus. † & statim condemnatio exequēda in graui crimine:vt.l.in princi.ff.de custo.reo.&.l.fi.eod.& melius in.l.si quis in hoc genus. C. de episco.
19 & cleri.† nisi in casu,quando seuerior pœna est imponenda iussu principis vltra modum regularē. Nā tunc plus differtur,scilicet per.xxx.dies,an interim principes velit mitigare pœnam.
20 l.si vindicari. C. de pœnis.† Quantum verò ad actionem legis Aquiliæ,si damnum quis per iniuriā dedisse probetur,quod negat,dupli procedit condemnatio: vt. l. contra negantem. C. ad.l.Aquil.& arg.authen.cōtra qui ꝑpriā.C.de non nu.pec.&.l.inde Nera-
21 tius.§.fin.ff.ad.l.Aqui. † ideo propter

inficiationem crescit condemnatio,: vt institu.de obligatio quæ est quasi contract.§.fin.& dicta l. contra negantem,
22 †& venit etiam quis puniendus, ratione mendacii.l.pen.ff. de rei vindica. & C. qui potio.in pigno.habeantur authẽti.l.rem possessor. & gloss. in dicta au-
23 thenti.contra, qui propriam.† Si verò reus negauit primò, & posteà confitetur, antè, quàm conuincatur de mendacio.euitat pœnam dupli. Ita tenet Barto.& Bald.in dicta authenti. contra qui propriam.C.de non numerat. pec.
24 †Interrogatus ergo in iudicio ex sua responsione, vel cõfitendo sese onerat.
25 l.tertia.ff.de interrogat. actio. † Confessus itaque,pro iudicato est:quia quo dammodo sua sententia damnatur. l. prima.ff.de confess.propriè tamen non
26 damnatur : † quia nemo in sua causa ius sibi dicere potest, vt l.prima. C.ne quis in sua causa iudic. vel ius sib. dic.
27 †impropriè verò,damnatur sua sententia,vt l.quæstionem.quæ est fi. C.de fideicommis. ibi, & eum ad satisfactionẽ
28 compelli.†cùm ipse sibi iudex, & testis inueniatur, cuius religio, & fides à fideicommissario electa est, nullis testibus,nullisq; alius aduentitiis probationibus requisitis. & l. post rem. ff.de re iudica.& l.fi.ff.de cessio.bono. &. C.de
29 exec.rei iudi.l.fi.†Confessiones igitur in iure pro iudicatis haberi placet,quare sine causa desyderare quis non debet recedi à confessione sua,cum pro iudicato habeatur. l. vna. C. de confes. qui tamen errat in facto,non videtur fateri, si probet contrà vsq; ad sententiam, post sententiam vero non est exceptio
30 ni,& reuocationi locus, † nec redditur iudicium retrò nullum ex erronea confessione,cùm sit irreuocabilis.l.cùm putarem.ff.familiæ erciscund. & lege error.C.de iuris & facti ignoran. sed hoc
31 in ciuilibus,vt dictis iuribus.† Sic etiã in criminalibus hoc idem obseruatur, maximè in actione legis Aquiliæ, cùm si quis confessus fuerit hominem occidisse, licet non occiderit, si tamen occisus sit homo, ex confessione sua tenetur.lege si is.ff.de confessis.& hoc si interrogetur in iure : vt suprà dixi.
32 †Dicuntur autem interrogationes, & confessiones fieri in iure, vbicunque fiunt coram iudice, licet pro tribunali non sedeat. eius enim eum solum locum esse constat,vbi iuris dicendi, vel iudicandi gratia consistat, vel si domi, vel in itinere,hoc agat vt l.voluit prætor.§.quod ait prætor. ff.de interrogat.
33 actio. † Hoc tamen verum in his & similibus, quæ causæ cognitionem non requirunt, secundum Cynum in l. prima.C.de confessis.in tertia aliâs quar-
34 ta quæstio. † Quæritur,an in atrocioribus delictis falsa confessio facta per reum de homicidio perpetrato noceat, ad hoc vt ex delicto possit condemnari, quia perseuerauit in confessione? Dic,quòd sola confessio non nocet,nec potest quis ex ea condemnari, nisi supersint alia indicia,aut probationes, vt l.prima.§.si quis vltro.ff. de quæstioni. Vnde si ex tali confessione reus esset condemnatus per iudicem posteà ei, qui nocens putabatur,ratio innocentiæ constiterit, iudicem scribere principi oportet, vt restituatur reus cùm ipse præses prouinciæ restituere non possit
35 † cùm nec etiam pecuniariam suã senten

ten

tentiam reuocare posſit vt dicto. §. vltrò.in fin.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Fuga admittátne defenſionem ante processum ad vlteriora, vbi agitur de damno irreparabili.*
2 *Defenſio eſt permiſſa, iure naturali, diuino, & humano.*
3 *Titulorum copia, edenda eſt fiſco.*
4 *Confeſſus crimen, metu probationum, habetur pro conuicto.*
5 *Libellus debet dari in ſcriptis in cauſa criminali. Et quilibet dabit ad ſuos fines. numero.6.*
7 *Delatores libellum dant in ſcriptis, ad finem priuatum.*
8 *Teſtium confrontatio, quando peti poſſit.*
9 *Fiſci aduocatis agentibus, vindicari debet legibus & recto iuris ordine, id, quod ex delicto in caſum cecidit.*
10 *Defenſiones niti debent extenuatione ad minuendam cauſam.*

Dicta die.



Coram nobis præ-nominatis præpoſito &c. in dicto conclaui conſilii exhibitus eſt à ſuo carcere Andræas Irus cerdo Pariſienſis, ætatis vigintiſex annorum, vt dicit præſtito iuramento interrogatus ſuper cauſis ſuæ exhibitionis, & prehenſionis.

Dixit ſe inſcium.

Si agnoſcat nobiles Girardum Milonem, Deſyderium Anippum, Bernardum, Thraſonem, Claudium Caligulam, AEgidium Gnatonem Ferdinãdum Paraſitum, Henricum Nebulonem, & Iacchum Ebrionem, à quo tempore?

Dixit illos non cognouiſſe, præter Girardum Milonem, quem viſu tantùm cognouit à tribus diebus, quòd eius nomine baiulauit certas ſarcinulas ab hoc tempore, à quadam cymba ex flumine Sequana, in hoſpitium, & cauponam baliſtæ in vico ſancti Iacobi, pro vectura quarum non eſt adhuc præmium conſecutus, cùm ſciret illum à paucis diebus eſſe in alia caupona ſub interſignio leonis argentei in vico ſancti Honorati Pariſiis illuc ſe tranſtulit pecuniæ poſcendæ cauſa, quam cum ſibi ſoluere renuiſſet, eum per vicum ſequebatur, repoſcens debitum, hoc tempore ferè circa horam nonam veſpertinam, vidit eundem Milonem: & nonnullos alios ſibi ignotos enſibus ſtrictis in quoſ-

dam prætereũtes insultate quo viso, timore perterritus, ipse
a fugere cœpit [a] baculum ligneum tantùm manu gerens, ne abhinc vidit prælibatum Milonem. Si sciat prædictum Milonem: aliquos tunc occidisse, & si ipse præsens, erat?

Dixit nequaquàm vidisse omnibus se super hoc deponere volentibus submittere velle. Et plus nec aliud dixit. ideò remissus ad suum carcerem.

Interrogatis reis iubet iudex interrogationis acta regis procuratori, & aduocato
b edi, [b] qui si crimen sola reorum confessione probatum iri compererint, accusatoribus eadem illa acta exhibebunt, vt videant, an ex his ius sibi reddi velint. Quare si vterque publicus, & priuatus persecutor in confessione reorum statum causæ: ac litis summam ponens petitionem suam seorsum libello proferent, præstitutoque die rei per extenuationem respondebunt. Contra verò, vbi rei crimen inficiantur, vel accusatores ex confessis ius sibi metiendum nolint rei extra ordinem peraguntur, reuocantur indices, & cũ reis committuntur sequenti forma.

Testium vocatio, siue recolamentum.

a
1 FVGERE COEPIT. † Iste Andræas Irus videtur audiri debere ad probandas suas defentiones, antè, quàm procedatur ad vlteriora, cùm de facili hoc fieri posiit, cùm hîc agatur de damno irreparabili: secundum ea, quæ not. in l. secunda. ff. de app. recipien. ar. xx. affert illud statuti regii nouissimi, arti. cl. Vbi igitur crimen non est probatum plenè, vel semiplenè per informationes, neque per cõfessionem, adeò quòd æquum sit reum iustificari per suas defensiones, ad hoc
2 debet admitti, quia defensio est † de iure diuino, & naturali, & humano permissa, & debet iudex concedere dari copiam titulorum & responsionis reo, vt cap. qualiter & quando. l. secundo. §. debet extrà de accusationibus, & l. is, apud quem. cum ibi nota. C. de edendo.

b
3 EDI. † Ideò eduntur fisco, vt si rei profiteantur scelus ex confessionibus idem fiscus ius sumere possit sine repetitione, & confrontatione testium. Nam sufficit alterum de duobus, aut voce propria vitium scelusq; reos confiteri, aut testibus superari. l. qui sen-
4 tentiam. C. de pœn. † Ideò si voce propria quis metu probationum profitetur crimen, habetur pro conuicto, vt cap.

ca. si quis presbyter. in gloss. in verbo. confessi. xxiiij. distinct. tunc etiam debent aedi confessiones conquerentibus causa dandi libellum, scilicet conclu-
5 siones in obnoxios: † quia in causa criminali, quae est magni. ponderis, vel praeiudicii, debet dari libellus in scripti, vt l. si filius. & ibi Barto. ff. de iudi. & l. si iudex. ff. de var. & extraordi. cog. & institut. de obliga. quae ex quasi deli-
6 cto. in princip. † Et sic. quilibet dabit libellum ad suos fines, scilicet fiscus ad finem publici interesse, vt l. omnes. de delato libro x. C. & l. finali. C. de iniur.
7 † & delatores ad finem priuatum, vt l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de public. & vecti. &. §. poena. in fin. institu. de iniur.
8 & l. prima. §. spectat. ff. eodem. † Si verò rei inueniantur minus professi, conquerentes vel fiscus possunt postulare testium confrontationem reis faciendam cùm primùm non videatur eis sufficere. Quadrat statutum nouissi. domini
9 nostri regis Francisci, artic. cxlvij. † Et ad id facit l. omnes. de delato. lib. x. C. vbi cauetur id, quod in casum cecidit ex delicto, & legibus, & recto iuris ordine fisci aduocatis agentibus vindicari debere, poena contrafacienti imminen
10 te, & statu. arti. cxlviij. † Nam defensiores vti debent extenuatione, ad minuẽdam causam. c. nullus. tertia quaestio. quarta. Ad suprà dicta uadrat statutum, ar. cxlix. & ar. clj.


SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Testes repeti possunt parte absente & non vocata, per iudicem ordinarium, quando fuerunt per alium auditi & examinati. nu. 4.*
2 *Testium elogia non omnes tabelliones bona fide conscribunt.*
3 *Testes apud iudices omnibus modis representãtur supra relegationẽ, vt sibi cognita edoceãt.*
5 *Causae meri & misti imperij, quando possint delegari.*
6 *Testis si absit, an iudex quẽpiã ex suis ad eũ teneat mitter, eadẽ excipiẽdu illius iuramẽtũ.*
7 *Iudex potest testis absentis examen committere iudici illius terrae in ciuilibus tantum: in criminalibus secus nu. 8.*
9 *Testium absentium examen simplex potest cõmitti iudici illius loci.*
10 *Testis primò examinatus, si in secunda depositione, à priore dicto recedit, priori dicto standum est.*
11 *Testis si falsò vel variè testificatus, vel vtriq; parti prodiderit, à iudice competenter punitur.*
12 *Causae meri imperij, vbi extraordinariè proceditur quo ad cognitionem causae possint legato committi.*
13 *Iudex gladij potestatẽ sibi datam, vel cuiuspiam alterius coerctionis, non potest ad alium transferre.*
14 *Testes primò examinati super inquisitiõe per irrenarcham aut grapharium, si nihil fateãtur, debent postmodum iterum per iudicem repeti, reo accusato absente & quid tum preterea agẽdum iudici. nu. 18. 19. 21. 26. 34.*
15 *Iudex non tenetur stare his, quae per alium, quã quae per seipsum facta sint.*
16 *Iudici licet excipere iuramentum testium, in absentia partis delata.*
17 *Testibus fides non adhibetur absq; iuramẽto.*
20 *Testes repetiti num possint corrigere depositiones suas priores, ante publicationẽ vel antequã sint loquuti cũ parte producẽte nu. 21. 22. secus aũt si correctionẽ interuallo distulerint. nu. 23.*
24 *Incontinenti pactum, quomodo accipiendum.*
25 *Iudex in dictis testium quid spectet.*
26 *Testis, nisi se possit corrigere, suspectus est.*

Te

27 *Testis periurus non potest priuilegio & immunitate eatenus vti, vt pœnam euites moderandam iudicis arbitrio. aut quin vocatur in quæstionẽ. nu. 28.*
29 *Quæstio adhibenda est etiam homini libero, vacillanti. Item, si diffiteatur se ibi interfuisse, vbi praerat. nu. 30.*
31 *Grapharius testium depositiones conscribere debet. Item qualitatem vacillationis. numero. 32. 36. 37.*
33 *Testimonij falsi signa.*
35 *Testem in quæstionẽ vocari possunt pauca indicia.*
38 *Testis non est torquendus gratia conuincendi mendacij, aut veritatis explorandæ, nisi cum facto dicatur interuenisse.*
39 *Testis torti vltimo dicto standum.*
40 *Reus igne aut tormentis fatigatus, verum dicere videtur.*
41 *Testis si dicat aliter dictum, quàm scriptum vtri potius credendum, testi, an graphario.*
42 *Testis vnus auditur, allegãs grapharium falso scripsisse.*
43 *Vxoris dictum, suspicionem inducit in maritum.*
44 *Actor ad scripturarum probationem tenetur. si res poposcerit.*
44 *Tabellionis scripturæ quando credatur, citra etiam testium subscriptionem.*
46 *Iudices acta. & processus criminales syngrapha sua muniunt & confirmant, supra scribæ chirographum.*

Die decimo octauo mensis Ianuarij, anno domini. M.D.X.L.



A Me Ioanne Vlpiano domini præpositi Parisiensis vicario, in conclaue cõ filij forensis reuocatus,[a] comparuit Appelles Cous, pictor in vico sancti Honorati pingens, primus testis in elogio, instantibus dictis conquerenti bus concepto contra dictos reos carcere inclusos, examinat⁹ qui iuramẽto, in talibus requisito, præstito, testimonium ꝙ in illo elogio dixerat, attentè auditum & accurate intellectum, quemadmodum affirmabat, ita auxit, vt diceret audijsse dictum magistrũ Chrisostomum Crassum, dum vapularet, clamantem, ac vociferantem: domine Milo, quid vnquàm in te commisi, quid feci, aut commerui, quid me cædis vel concutis? Percussores verò nõ nouit, verùm blasphemias in Deum Opti. max. sæpius iteratas tunc audiuit. vt in primo elogio dixerat diligẽtissime inquisitus. Cætera conueniunt, nihilque vel addidit, vel detraxit superioribus.

a 1 REVOCATVS. † Possunt testes repeti parte absente & nõ vocata, per iudicem ordinariũ quando fuerũt per alium auditi, & examinati: nec poterit opponi, quòd iam testi-

testimonium suum dederint:vt.l.fi.quę
non reperitur alibi,secundum Paul. de
cast.C.de testib.iuncta glossa.ibi in ver
bo:iterum.Et denuò iurabunt,vt ibidē.
& ideò hoc obseruatur de consuetudi-
2 ne,vt ex integro audiantur testes:†quia
non omnes ex fide bona elogia conscri
bere compertum est.l.diuus.ff.de custo
3 di.reo.†In criminalibus vero,in quib⁹
maius est periculum,& pœna in sup-
plicio consistit,supra relegationem o-
mnib⁹ modis testes apud iudices repre-
sentantur,& quæ sunt eis cognita,edo-
cere debent,vbi & tormentorum for-
san erit opus:& omnibus alijs obserua
tionibus:vt.s.expectent quandiu testi-
monium reddant sumptibus producen
tis: vt in authentico de testibus. §.&
quoniam.iuncta glossa.in verbo: obser
uatio nibus. colla. septima.l.& quoniā.
& authentica.apud eloquētissimum.C.
4 de fide instrumentor. † Hæc alteri po-
test iudici repetitio delegari.Nam cau
sæ meri,vel misti imperij,non possunt
delegari:vt.l.prima.ff. de officio eius.
5 cui mandata est iurisdictio.†Quod ta-
men verum est,nisi ex iusta causa, vt-
puta si testes sint alterius territorij. vel
nisi iudex esset impeditus iusto impedi
mēto infirmitatis,vel absentiæ,vel alia
iustissima causa,quia tunc posset demā
dari alteri iudici testium examinatio,
& valeret:secundum Ange.de malefic.
in verbo:qui iudex statuit terminum
numero.13.alleg.Cynū.& Baldum.in
dicta authentica.apud eloquentissimū,
6 C.de fide instr.†vbi etiam si testis ab-
est,videtur quòd iudex ad eum mittere
debet aliquem de suis ministris ad reci
piendum iuramentum testis,& deposi-
tionem.Nam reuocare testem testifi-
candi causa,onerosum esset:quippe sæ
pe cum magna captiōe à rebus nostris
reuocamur,& est iniquum, damnosum
cuique esse officium.l.sed si quis ex si-
gnatoribus.ff.quemadmodum testamē.
aper.&.&.C.de episcopis.& cleric. au-
7 thenti.sed iudex.†Vel potest iudex cō
mitere examen testis iudici illius ter-
ræ: vt glossa.in.d.l.sed si quis ex signa-
toribus.in verbo:& in authen. de testi-
8 bus.§.& quoniam.colla.vij.†Et hoc in
ciuilibus.In criminalibus autem secus:
quia in criminali causa testes omnibus
modis apud iudicē repræsentandi sunt
vbi forsan & tormentorum opus erit,&
alijs obseruationibus,vt.d.§.& quoniā
in fine.&.d.authen.apud eloquentissi-
9 mum.C.de fi.instru.†Hoc intellige,quā
do confrontationibus,sine commissio-
nibus testium est opus.Secus verò,quo
ad simplex examen testium,quod alte-
ri iudici potest committi:secundum di
10 cta Angel.de malefic.præallegata.†Et
aduertendum est, quòd vbi testis fuit
primò examinatus:& in repetitione re
cedit à sua prima depositione,vel va-
riè loquitur,primo dicto testis creden-
dum est,& non secundo in contrarium
prolato:vt.c.per tuas. extra de proba-
tionibus.ibi: minus indignum est, vt
quod sua quisque voce dilucidè prote-
status est,id in eundem casum proprio
valeat testimonio infirmare.&.l. gene-
raliter.C.de non numerata pecunia. &
glossa,in dicto capitulo per tuas.in ver
11 bo:infirmare.†Et ideò testis,qui falso
vel testimonium dicit,vel vtrique par
ti prodiderit,à iudice competenter pu
nitur: vt quarta quæstione tertia.c.si te-
stes.

12 stes.§.qui falsò,† Dic,quòd causæ meri imperij vbi extraordinariè proceditur,quantum ad cognitionem causæ.s. quo ad interrogatoria, possunt legato committi,non autem quantum ad decisionem causæ:vt tex.for.in.l.solet. ff. de officio procons.& leg.vbi dicit text. Solet etiam custodiaru cognitionem mandare legatis.s. vt postauditas custodias ad se remissum innocentem ipse liberet. Sed hoc genus mandati extraor-
13 dinarium est.† Nec enim potest quis gladij potestatem sibi datam vel cuiuspiam alterius correctionis ad alium transferre. Nec liberandi igitur reos ius habet,cùm accusari apud eum non possunt:vt.l.diuus.ff.de custodi.& exhi
14 bc.reorum.† Ideò vbi testes fuerunt primò examinati in informationibus per irenarchã, aut grapharium:vt suprà in text.post interrogatorium reorum per iudicem factum,nisi rei fateantur delictum,debent iterum dicti testes à iudice audiri,& repeti siue recoli absente reo accusato:vt.l.diuus.la.ii.ff. de
15 custo.& exhi.re.† Nam iudex non habet stare his,quæ per alium, quàm per se facta sunt:vt in authentico de sanctis.episco.§.si verò crimen.coll.nona.
16 † Exigitque iudex de nouo à testibus iusiurandum,dataque est iudici licentia recipiendi iuramenta testium in absentia partis delatæ,siue accusatæ:quo ad instructionem processus: secundum Bal.in.d.l.si quando.C.de testibus, allega in argumen.leg.Herennius, in prin-
17 cipio.ff.de euictionibus.† sine quo iuramento fides testibus adhiberi non pos-
18 set.l.iurisiurandi.C. de testibus.† Et post præstitum iuramentum iudex habens præ manibus informationes, legit(siue recolit)aut repetit depositionẽ cuiuslibet testis in eius præsentia separatim ab alij,& in secreto,ne vnius depositio per aliam fabricetur:vt per Danielem inductum est:vt.c.nos.§.itẽ Daniel.ij.q.vij.& Dan.xiij.c.& Spe.in ti. de teste.§.nunc tractãdum.in prin.&.s. dixi in.§.querimonia.in verbis fi.in gl. verbo:separatim,Idem ex constitutio-
19 ne nouissima.argu.cliij.† Et si dicti testes in sua repetitione aut recolamento,aliquid addant,vel detrahãt à prima depositiõe releuãt aut aggrauãt reos accusatos:vt.c.per tuas.& ibi Abb.extrà
20 de testibus.† Nam possunt corrigere dicta,& depositiones suas in prima depositione ante publicationem,& confrontationem,nec habent docere de errore:vt Abb.in.c.præterea.extrà de te-
21 stibus cogendis.† Vel antè,quàm testes locuti fuerint cum parte producente:secundum Innocen.in.c.cùm dilecti. ex-
22 trà de accusationibus.† Et eadem die, qua deposuerunt,possunt se corrigere prius,quam fuerint locuti cum altera parte. Secus autem ex interuallo:vt authentica.atqui semel.in gloss.in verbo: productionem.C.de probationibus. & c.præterea,si testes.§.fina.extrà de testibus cogendis.vbi cauetur,quorum testimonia,si quandoque non studiosè, sed in proferendo errauerint,& se incontinenti correxerint,reprobari non debẽt.
23 † Secus autem erit,si correctioni suæ interposuerint interuallum.& gloss.ibidem.in verbo:incontinenti,dicit, quòd in eadem instantia iudicij, antè, quàm loquatur testis partibus,vel antè,quàm recedat à præsentia iudicis,potest corrigere

gere dictum suum: quia posteà suborna tus præsumitur, & quod hoc posset intelligi habito respectu ad qualitatem personæ: vt sic possit corrigere, vel ad
24 dere. etiam ex interuallo. † Qualiter autem intelligatur incontinenti? dicta gl. alleg. l. continuus actus. ff. de verb. obli. &. ff. de adul. l. quod ait lex. §. vlti. in fine. & extrà de electiōe. c. qa ppter.
25 † Iudex tamen circa dictum testis, debet diligenter attendere modum, & causam correctionis: vt. d. c. cùm dilecti. &
26 d. c. præterea. † Nam nisi iudex cognoscat testem probabiliter se posse corrigere, testis incidit in suspicionem, & vacilationem: vt. l. in testibus. ff. de testi-
27 bus. † Et tunc testis efficitur de foro iudicis, coram quo testificatur, quia ibi inuenitur, periurus testis in officijs testificationis, non habet aliquod priuilegiū, nec immunitatem, propter quam possit euitare pœnam pro motu iudicis imponendam: vt. l. nullum. C. de testibus.
28 † aut quin torqueatur, vt. d. authentica. apud eloquentissimum. C. de fide: in-
29 strumentorum. † Nam in libero etiam homine in testimonio vacillante quæstionem haberi oportet: vt. l. ex liberto.
30 ff. de. q. † vel cùm facto interfuisse dicitur, qui aliàs interfuisse diffitetur: vt. l.
31 vnius. ff. eodem. † Grapharius autem debet omnia conscribere, vt. c. quoniam contra falsam. extrà de probationibus.
32 † Etiam scribere qualitatem vacillationis: vt quia testis trepidauit, vel mu
33 tauit colorem in facie. † Omnia ista sunt signa, quasi falsi testimonij: vt Innocen. in dicto capitulo quoniam contra falsam, & Bald. in. l. præsbyteri. C.
34 de episcopis, & clericis. † & aliter hoc relinquitur arbitrio iudicis inquirendum. vt. ff. de quæstionibus. l. de mino-
35 re. §. tormenta. † Plura autem indicia non requiruntur ad hoc, vt testis torqueatur, dummodo subsit iusta causa. s. quòd sit vilis persona. Bald. in. l. milites. C. de q. alleg. l. interrogari. eodem.
36 † vel quòd testis vacillet: vt Dynus. in c. sine culpa. de regulis iuris. in sexto.
37 † Vel quòd testis præsumatur scire veritatem, quam tacet: vt. ff. de adulterijs. l. si postulauerit. §. penultimo. l. finali. C. ad legem Corneliam. de sicarijs.
38 † Non autem venit testis alius torquēdus conuincendi mendacij, aut veritatis gratia, nisi cum facto interuenisse dicatur: vt dicta. l. vnus. ff. de quæstioni-
39 bus. † quòd si testis torqueatur, statur vltimo eius dicto, cum tormentis habito: vt Barto. in. l. eos, qui. ff. de falsis. ra-
40 tio suadet, † quia q. tormētis, & igne fatigatus dicit, aut fatetur reus, veritas ipsa dici videtur, si perseueret, etiā si testis in alium torqueatur: vt testis: vt gloss. in. l. edictum. ff. de quæstioni-
41 bus. † Sed quæro, quid si testis dicat aliter dictum, quàm scriptum, cui magis sit credendum, an graphario, aut testi? Dic quod vnus ex testibus necessarijs ascriptis instrumento contradicens, facit instrumentum vacillare: vt. l. prima. §. finali. ff. quemadmodum testamē
42 ta aperiantur. † Vnus ergo testis auditur: vt. c. cùm gl. in ver. clerici. extrà de
43 procu. † & vxor vnius inducit suspicionē: vt. l. Theopōpus. ff. de dot. præle. nisi sint alij testes sufficiētes: vt glo. in
44 d. l. j. §. fi. ff. quemadmodum test. aper. † scripturæ ergo veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari authorē. s. tabel

tabellionem.l.si quis decurio.C.ad leg.
45 Cornel.de fals.†Aliâs cùm tabellio sit iuratus, cùm eius scriptura inuenitur in actis publicis circa iudicia, licet non habeat testium subscriptionem, creditur ei:vt.C.de fide instrumen.authen.ad hæc.& glo.in.c.quoniam con-
46 tra falsam.extrà de probatio.†& hodie de consuetudine ad abundantiorẽ cautelam iudices solent,imò tenentur acta & processus criminales signi sui, aut chirographi munimine comprobare, vnà cum scriba,aut graphario.

SVMMVM CAPVT.

1 *Testis in repetitione dicens se non recordari,non eò primam depositionem vitiat.*

LVcius Licinius tõsor Parisiis in via sancti Honorati tonstrinam incolens, sub intersignio elementorum, in dicto elogio testificatus secum loco, vocatus adfuit in illo consilii conclaue. Cui post sacramentum legitimum, & tactis sacrosanctis Dei Euangeliis, solenne recitatum est testimonium, ex quo detraxit, quod non recor-
a daretur,[a] an Dauus in testatione nominatus, restiterit insultantibus reis gladium vibrans, licet eductum viderit.

In reliquis sibi conuenit.

CLaudius Cornelius in foro Parisiensi procurator, in quadriuio Guillorio habitans, tertius elogii testis die ei præscripta in iudicium venit, ac illic lectorem, quæ inquisitori paulò ante dixerat, nihil immutauit, perstititque in sua sententia constans, & iuratus.

DAuid Damas clericus, siue Amanuensis superioris Cornelii quartus testis in elogio eadem ratione, qua alii testes in iure stans,eadem fuit constantia in testimonio à me perfecto diligenter, & ab eo exactiùs intellecto deierans,vtique veris constare.

Reuocati testes, deinde committuntur cum reis, eo modo.

Testium cum reis commisio,siue confrontatio. Die xix. Ianuarii anno Domini. M.D.XL.

Non

a
1 NON RECORDARETVR. † Testis in sua repetitione dicens se non recordari, non propter hoc vitiat suam primam depositionem, imò valet: quia nihil detrahit: vt.l.cum precibus.C.de probat. & Bart.in.l.in exercendis.C.de fide instrument.& glo.in.l.j. in fi.C.quemad. testamen.aperian.

SVMMA CAPITA.

1 Sententia nulla est, si ordo iudiciarius & substantialis, aut obmittatur, vel praeposterè fiat. Et quae sit poena iudicis in eo peccantis nume. 2.4.

3 Iudex negligẽs in iure reddẽdo, litẽ suã facit.

5 Testibus repetitis, si constet iudici eos grauare reos inquisitos, quid facto opus. & nu.6.

7 Rei grauati in repetitione testiũ, in vinculis causam dicere debent, non relaxati. Maximè in poena corporali, vel supra relegationem. & nume. 8.9.

10 Ius opponendi in personas & dicta testium, liberum debet esse.

11 Reus inquisitus, si velit excipere in personam testis, debet, si quas opinetur, ante dicta testificata exceptiones, & obiectiones, dicere. Et quid si velit post audita testificata, illas probare per instrumẽta aut acta iudiciaria. n.12.

13 Testes producere post suorum aut aduersarij publicationem, an cuiquam liceat.

14 Testes instrumentorum nomine continentur.

15 Instrumentorũ falsitas potius, quàm testium, ex multis causis deprehenditur.

16 Testes induci possunt super nouo articulo, post meorum aut aduersarij publicationem.

17 Testes examinati per tabellionẽ prius, quàm per iudicem sint publicati, si moriantur, an depositioni eorum fides sit adhibenda.

18 Testium mortuorum depositiones, publicandae sunt ipsis reis.

19 Testium mortuorum crimina, obijci possunt parti ab ipso reo.

20 Exceptio criminis in teste, admittitur post eius mortem, ad fidem rei testificatae.

21 Probationum triplex differentia.

22 Reus quilibet potest obijcere in quemuis testem, periurium, conspirationẽ, corruptionem, redemptionem vel seruitutem: modò id probare sit in manu. Et quid praetereà nu. 23.

24 Testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores.

25 Testis quoquo modo infamis, aut grauata labefactare aestimationis, in criminalibus non admittendus.

26 Exceptio si admittatur, probatio obiectorum criminum exhibenda est, antè, quàm causa per sententiam claudatur, infra terminum competentem à iudice statuendum.

27 Iure ciuili non repellitur quis à testimonio ab obiecto criminis, nisi de eo conuictus fuerit, & infamis effectus.

28 Infamis non potest testimonium ferre.

29 Infamis publica officia exercere non potest, nec dignitatibus fungi. & nu.30.

31 Infamis à iuramento est solutus.

32 Damnati publico iudicio, infames sunt: & à testimonio, publicis muneribus & dignitatibus repellendi.

33 Damnatus pro simplici iniuria, infamis non efficitur.

34 Mulcta an infamiam irroget.

35 Damnati extraordinariè, non sunt infames.

36 Iniuriarum actio, non datur pro leui causa. Item nec doli actio.

37 Aurei.lxxij. libram auri constituunt.

38 Furtum iudicatur etiam in minimis. Et fur est infamis.

39 Condemnatus furti, vel alijs actionibus famosis si prouocarit iudicio pendente, nondum

est infamis. Secus si omnia tempora prouocationis sint elapsa.

40 *Testis censetur idoneus, etiam si aduersus eum obiectum sit & oppositum: nondum tamen sententia sequuta. Vel nisi pro opponente sit iuris praesumptio: vel talis probatio, quae testimonium etiam latius eneruet. & nu. 41. & 42.*

43 *Reus si nominet testes reprobatorios probatoriorum, id facere debet in eorum absentia, metu subornationis.*

44 *Testes si fuerint conuicti siue confessi de criminibus ad solam exceptionem obiectis, poena extraordinaria non sunt plectendi.*

45 *Iudex non potest punire testem confitentem extra iudicium, crimen sibi obiectum.*

46 *Excipiens se inscribit eo ipso, quod obijcitur crimen in modum exceptionis, vt quis accusando vel testificando repellatur.*

47 *Excipiens licet probet exceptionem, nò tamen is, cui obijcitur, punitur, nec eò est infamis: sed tantùm ab accusatione vel testimonio repellitur. Et quid si de crimine excipiatur contra accusatorem. nu. 48.*

49 *Vir si accuset vxorem de adulterio, repellitur vxore excipiente contra eum, quòd idem peccarit. Et idem iudicium de lenocinio. nu. 51.*

50 *Delicta paria mutua compensatione tollūtur.*

52 *Crimen vbi obijcitur accusatori vel testi, in modum exceptionis & non probatur, cur tum non proceditur ad poenam.*

53 *Iura parcunt ei, qui prouocatus se ab aliena iniuria vindicat.*

54 *Ecclesia absoluit reos à iuramento extorto metu mortis.*

55 *Excipiens directo non accusat.*

56 *Testes variè vel falsò testimonium ferentes, vel vtrique parti prodentes, puniuntur à iudice & nu. 58.*

57 *Testes vacillantes aut secum pugnantes, non sunt audiendi.*

59 *Falsi poena, est deportatio, & omnium bonorum publicatio.*

60 *Testibus falsis quandoque grauior, quandoque leuior poena imponitur.*

61 *Testes falsi hodie capite plectuntur, siue in ciuili, siue in criminali.*

62 *Testes, aduersus quos obijcitur, debent depositiones suas iureiurando firmare, in praesentia cuiuslibet reorum.*

63 *Testes in criminalibus repeti possunt & examinari saepius.*

64 *Testes iurisiurandi religione arctandi sunt, antè, quàm, testimonium perhibeant.*

65 *Sententia est nulla, obmisso ordine iudiciario, substantiali & necessario.*

66 *Testes pro vtraque parte deponere debent.*

67 *Iurisiurandi religione testibus praestita, quò & qualiter procedendum.*

68 *Rei admitti possunt ad probationem suarum excusationum.*

69 *Testi si nihil obiectum fuerit tempore, quo fert testimonium contra reum praesentem, non refert cuius fuerit ille opinionis.*

70 *Testibus duobus productis, quorū alter est suspectus, alter omni exceptione maior, idoneo & habilis dictū, tollit ab altero suspicionem fidémque facit. Et in quibus criminalibus hoc sibi locum vendicet. nu. 72.*

71 *Communio & societas facit, vt inhabiles gaudeant habilium priuilegio.*

73 *Testes qui adhibendi sint in grauioribus delictis. & personis eminentibus.*

74 *Consilium perspicacius eò adhibendum est, quò grauius detrimentum, & maius periculum imminet.*

75 *Animae periculum grauissimum est. & 106.*

76 *Scelus impunitū relinqui in probationibus incertis, satius est, quàm innocentem damnari.*

77 *Testis vilis admittitur contra vilem reum.*

78 *Ad negatiuā facti probādā nemo admittitur, nisi*

nisi illa fuerit loco & tempore coarctata.

79 *Testi vnico affirmanti an potius credendum est, quàm mille negantibus,*

80 *Testibus negantibus quando fides sit perinde adhibenda, atque affirmantibus. remiss.*

81 *Negatiua facti, in quotuplici sit differentia.*

82 *Non entis nullæ probationes.*

83 *Negatiua probãda modus. & nu. 84. 85. 86.*

87 *Negatiua facti, determinata loco & tempore, probari potest, saltem indirectè.*

88 *Negatiua facti, prægnans, est, quæ habet implicitam affirmatiuam.*

89 *Negatiua iuris & qualitatis.*

90 *Testium secunda depositio, est minor probatio, per duos testes de veritate: quæ sufficit in ciuili & criminali.*

91 *Testes debent esse omni exceptione maiores, in criminali.*

92 *Testis interrogatus de rei notitia, de sermone, cultu ac vestitu dicere debet.*

93 *Personæ exhibitio facienda cum indumentis & eius qualitatibus.*

94 *Testimonium de auditu sermonis, valet.*

95 *Testem reddere ratione dicti, per aspectũ, num sufficiat in his, quæ ex aspectu possunt colligi.*

96 *Probatio prospectiua siue intuitiua, non potest elidi.*

97 *Probatio prospectiua, tollit omnem negatiuam probationem.*

98 *Testes deponentes de alibi, seu negatiua visu affirmatiua, & coarctata loco & tempore, præferuntur alijs testibus affirmãtibus, etiam dignioribus, obstantibus pro reo.*

99 *Probatio causæ criminalis, in quo debeat excedere probationem causæ ciuilis. & nu. 100. 104. 107.*

101 *Testiũ examinatio, an possit alteri delegari.*

102 *Causæ meri & misti imperij, non possunt delegari, nisi in casu absentiæ.*

103 *Delegari alteri possunt ea, quæ semiplenam causæ cognitionem requirunt, & in quibus decretum interponitur.*

105 *Hominis salus vbi agit, strictius proceditur.*

106 *Nocentẽ potius liberes, quã innocentẽ dãnes.*

108 *Probatio magna requiritur, pro causæ magnitudine.*

109 *Testis examinatus per tabellionem aut irenarchã, vel alium, quam iudicẽ ordinarium, si fuerit mortuus, nec sit repetitus vel iuratus per iudicem in rei præsentia, an eius depositioni sit fides adhibenda, ac si illa interuenissent.*

110 *Probationes non sunt respuendæ in morientium personæ.*

111 *Inquisitus negans se interfuisse die & loco testificatis per testes, sed alibi, debet admitti ad id probandum.*

112 *Negatiua facti, habens determinationem annexam loci vel temporis, vel alterius rei, indirectam habet probationem.*

113 *Negatiua coarctata loco & tempore, an possit probari. Et an ad eam probandam debeat iudex reum admittere. nu. 114. 115,*

116 *Testes deponentes de alibi seu negatiua visu affirmatiua, & coarctata loco & tempore, præferanturne alijs testibus affirmantibus, etiam dignioribus.*

117 *Reus fauorabilior est, quàm actor.*

118 *Probatio negatiua per reum, quando non admittatur. Et quando secus. nu. 119.*

120 *Negatiuæ quot sint. Et cui vniuscuiusque earum probatio incumbat.*


Oram me Ioanne Vlpiano, domini præpositi Parisini vicario, a in loco, vbi rei in vinculis interrogantur, Iacchus Ebrio nobilis Girardi Milonis famulus com-

b missus est [b] cum Apelle Coo primo teste in elogio, aduersus eum Girardum cæterosque maleficij reos, confecto, & à me delato iureiurando rogatus, vtrum testem cognosceret, haberétque quod in eum
c diceret, incusarétque [c] intestabilem.

Dixit dictũ testem agnoscere hominum, siquidem fidei labefectatæ, & in alio iudicio, vti à pluribus accepe-
d rat, periurii notatũ: [d] ad hæc sodalem, affinem, & amicum defuncti Crassi, atque hæredem, denique eiusmodi, vt illius testatio pondus minime habeat.

Contrà rogatus ac iuratus Apelles, num cognosceret dictum reum Ebrionem, verũque is loqueretur?

Dixit de facie tantùm sibi notum: vnum ex illis, aduersus quos hisce diebus testatus fuerit imberbem, bipertitis caligis, & bicoloribus: sed ab eo nullum ex defunctis, quantum vidit, percussum. Cæterum, quod ad periuriũ attinet commentitium & fictum, virum se probum, omnibus probis probatum, nec vnquàm vlla labe, etiam minima denigratum.

Hoc peracto. quòd denũciato testimonio vocatus, ac reuocatus in iudicio dixerat,
e recitatur: [e] in quo sacramento obstrictus, perseuerauit, nihil vel addito vel detracto, reclamat reus testem mentitum in cæde non fuisse cum Milone, Anippo, & alijs per eum nominatis.

Apelles perstat in testatione eò dimissus est ad sua negotia.

Similiter cum Lucio Licinio secundo loco testificato ebrio commissus, ac post sacramentum interrogatus, vtrũ agnosceret præsentẽ Liciniũ, haberetque, quo illius testimonium eleuaret?

Respondit illum sibi numeris omnibus incognitum, propterea reprobare nõ pos-
f se. [f]

Vicissim Lucius post sacramentum de vero dicendo neve suo testimonio reum iniuste læderet, commonefactus,

ctus, testatur illius nomen se nescire: sed vnum ex iis, qui homicidium, in elogio memoratum, patrarũt: in cæde affuisse stricto gladio, licet non viderit quenquam ab illo percuti.

It inficias Ebrio, negatque homicidio interfuisse: quod & probationibus euincet.

Testatione igitur recitata legitime, in ea perseueranter stetit Lucius, nihilque immutatum est.

Contendit reus in homici-
g dio non fuisse. [g] Testis in dictis cõstans, remittitur ad res obeundas.

Eodem præscripto cum tertio teste Claudio Cornelio commissus Ebrio, & interrogatus data fide ait testem se nequaquàm noscere, ideò refellere non posse.

Cornelius itidẽ iuratus circum circa conspicit reum ser-
h mone, ac vestitu agnoscit, [h] vnum ex Milonis seruis, in quos testatus est, & agnosce-
i re visu [i] dixit.

Legitur testatio, eam pertinaciter tuetur, adnectitque famulum esse Milonis, quem ministrãtem animaduertit in parui cerui diuersorio: & alia die vesperi sequentem herum Milonem, obuium habuit: quemadmodum testando exposuit. Eò testis ad operas redijt.

Reus in diuersum it flens, negansque, quæ ille esset commentus falsa.

Simili lege, ac modo cum postremo teste Dauide damas commissus Ebrio, atque rogatus iureiurando affirmat testẽ
k vidisse se nunquam, [k] nedum agnoscere, quo sit difficillimũ illum incusare.

Damas in eo obseruasse vultum, & ætatem iurauit, cũ famuletur Miloni in diuerso rio parui cerui, & sectaretur, in via die quo commissum est homicidium, sicuti testificatus est.

Testationis recitationi consensit Damas iuratus quanuis contradiceret Ebrio causatus illo toto die domi fu-
l isse, pauisse, ac pexuisse equos, cæterasque domesticas

res curasse.

Testis perseuerans, ac sibi consentiens, reuertitur ad magistrum, reus in carcerem.

a 1 VICARIO. † Caueat iudex, ne sua culpa vel negligentia pars aliqua damnum incurrat in defectu formæ, non examinando, vel confrontando testes separatim, vt suprà dictum est: quia vbi obmittitur ordo iudiciarius, & substantialis, vel præposteratur, sententia inde sequens, esset ipso iure nulla. l. prolatam. C. de sente. & interlocuto. omnium iu-
2 dic. † Et ideò iudex malè examinans testes, vel præposterando ordinem iudiciarium, resarcire teneretur damnũ parti læsæ: vt extrà de senten. excommuni. ca. sacro. &. C. de testib. l. si quan do. in fin. &. C. de iudic. l. sancimus. in
3 fin. † ita quod iudex negligens iustitiam facere, litem suam facit: vt. xxiij.
4 quæstio. ij. dominus noster. † vel si per iniuriam iudicis lata est sententia: vt extrà de emptio. & vendi. capi. vlti. & C. de euict. l. emptor fundi. & suprà me mini. huic adstipulatur noua constitutio domini nostri regis Francisci arti. 141. 143. 144.

b COMMISSVS EST. † Repetitis
5 testibus si constet iudici eos grauare criminosos inquisitos, tunc vicissim mandantur testes, & reis etiam segregatim, & præsentialiter exhibitis, confrontantur ad recognoscendum: vt. l.
6 iij. §. si quis noxali. ff. ad exhib. † Nec antea debent rei relaxari à carceribus timore subornationis testium, vel fugæ accusatorũ, si fortè publicationem inquisitionis haberet: vt not. Ioã. Ann. ad Specu. in titu. de teste. §. nunc tra-
7 ctemus. in fin. † ideò in vinculis causam dicere debent, vt. l. lege Corne. §. prætereà. ff. de senatuscõ. Sylleia. maximè, vbi venit imponenda pœna corporalis ex scelere vel suprà relegatio-
8 nem. † quia hanc carceris pœnam ante supplicium sustinere debent. l. diuus. la. j. ff. de custo. & exhib. reo. huic astipulatur regia constitutio nouissima, articu. clij. & articu. sequenti. cliij.
9 † Et eis fit lectio, siue publicatio attestationum: prout in textu hic.

c INCVSARI TOQVIS. † Saluum de-
10 bet esse ius opponendi in personas & dicta testium: vt. l. fin. quæ est singula-
11 ris. C. de probat. † Ita quòd si reus inquisitus in personam testis excipere velit, debet, si quas opinetur, ante dicta testificata exceptiones, & obiectiones dicere, & iuramento firmare, quod ad has proponendas ex malitia non procedit: vt capitu. præsentium. extrà de testi. &. capitu. dudum, extrà de electio. & capi. ij. in fi. extrà de iura. calum. in vj. & ad hoc in indiuiduo cõstitutio no
12 uissima. articu. 155. † Tamen si vellet reus exceptiones obijcere post audita testificata, & illas probare per instrumenta, aut acta iudicaria, ad id admitti potest, si pbatæ prodessent, quia vtraque pars potest de re instrumenta, etiã post publicationem attestationẽ vsque ad diffinitiuæ sententiæ calculum, exhibere, antequàm sit in causa conclusum: vt capit. cum dilectus. extrà de fi-
13 de instrumen. † Et licet post publicationem testium suorum, aut diuersarij,

non

non liceat producere alios testes timore subornationis.etiam ex diuina iussione,siue rescripto:vt authenti.at qui semel.C.de prob.saltem super ijsdem articulis,& eadem instantia:vt ibidem iuncta glo.&.l.officium.ff.de rei ven-
14 vendica.† Et quòd nomine instrumétorum contineantur testes:vt extrà de testibus.cog.capit.peruenit,&.ff.de fide instrumen.l.j.Tamen non est ita in instrumentis.sicut in testamentis,quia in instrumentis non timetur suborna-
15 tio,sicut in testibus, † quia ex multis causis facilius deprehenditur falsitas instrumentorum,quàm testium,vt extrà de fide instru.c.inter dilectos,& extrà de proba.c.licet.& glo.in.d.authen. at qui semel.in verbo:productione in fin.vbi dicit.quòd sic se habet consuetudo,& de facto ita obseruatur consue-
16 tudine Franciæ.† Super nouo autem articulo possunt testes induci:vt capi.
17 fraternitatum,extrà de testibus.† Sed quæro,testes examinati per tabellionem.prius,quàm per iudicem sint reis publicati ab hac luce subtracti sunt, an fides eorum depositioni sit adhibenda?Dic quòd sic:imò necessitas imponitur reo,fide scripturæ approbata, in qua depositiones testium referuntur, eas quasi factas in iudicio accipere. Nam in morientium personas depositiones eorum non sunt respuendæ,saluo tamen iure legitimo reis opponendi contra personas,& dicta testium:vt l.fin.C.de testibus.quæ est singularis, nec reperitur alibi:secúdum Paul.ibidem. Accedit constitutio nouissima,
18 articu. 165. † Et sic,quòd debet fieri publicatio depositionū testium mortuorum ipsis reis, cum possint opponere in & aduersus eorum dicta:per.d. l.fina.capitu.præsentata,eo.titu.de te-
19 sti. † Quæro adhuc, quomodo post mortem testium possunt eis obijci crimina,& opponi aduersus eorum personas,cum morte extinguantur crimina?Respon.quod ista causa non est cū teste mortuo,sed cū parte:vt.ff.de in-
20 fa.l.Lucius,& † sic nota,quòd excipiédo post mortem criminosi potest quæri de crimine,non ad effectum punitionis,sed ad fidem rei testificatæ: secundum Bal.in dicta.l.fin.C.de testib. Ista igitur depositio testis, est prima
21 probatio per testes,† & est triplex,Prima dicitur minor,vt hic:quæ rem perfecte non demonstrat,sed indiget suppleri:vt quando quis semiplene probauit per vnum testem,& in subsidium probationis iuraméntum defertur huic, aut illi,secundum causæ quantitaté,& personarum conditionem,& talis probatio interdum concludit in ciuili:vt l.in bonæ fidei.C.de reb' credit.in graui autem crimine illa probatio nó concludit.sed vbi esset casus torturæ,perueniretur ad torturam:vt.l.maritus.ff. de quæstio.&.l.cum probatio.ff.de testi.& glo.in.l.iij.C.ad leg.Iul. maiest. & capit.fin.extrà de iureiur.de secunda & tertia probatione,dicetur infrà in suo ordi.

d PERIVRII NOTATVM.† Qui-
22 libet reus potest obijcere in personam cuiuslibet testis.si ꝓbare valeat,quod est periurus,cōspirator,corruptus,decéptus testis,vel seruus vt gl.in.d.c.præsentiū,in ver.in personas.extrà de te-
23 stib.Potest etiā† obijcere,quòd est inimicus,

micus, qui venit repellendus, etiam si
offensa ignoranter sit facta, vt Barto. in
l. prima. nume. v. ff. de his, quibus. vt in-
dig. & d. gloss. suprà allega. Alias etiam
obiectiones obiicere potest, quæ cauen
tur. iiij. quæstio. secunda. & iij. cap. si te-
24 stes. † quia in criminalibus testes de-
bent esse omni exceptione reprobato-
25 ria maiores, vt l. fina. C. de proba. † Id-
circo vbi opinio testis inuenitur graua
ta, ad testimonium admitti non debet
in causa criminali, cùm sine omni infa-
mia debeat esse testis, vt extrà de exce-
ptio. c. denique. & ij. quæst. vij. c. testes.
& c. testimonium. extrà de testibus &
26 ibi glo. not. † Et si exceptio, quæ obiici-
tur, admittatur, probatio obiectorum
criminum, exhibenda est aute, quàm
causa per sententiam terminetur infrà
terminum competentem à Iudice sta-
tuendum, vt glos. in d. cap. primo. extrà
de exce. & extrà de probat. c. licet. & de
offi. delega. c. prudentiam. §. sexta. iuxta
27 statutum nouissimum arti. clj. † Iure ta
men ciuili quis non repellitur à testi-
monio ab obiecto criminis, nisi de eo
condemnatus fuerit, & infamis effectus
vt glossa in dicto c. primo extrà de ex-
ceptio. & l. athletas. §. calumniator, &. §.
fi. ff. de his qui nota. infam. & l. furt. eo-
28 dem. † Qui igitur infamis, est non re-
fert testimonium, vt l. iij. §. lege. ibi, alii
verò propter notam, & infamiam vitæ
suæ admittendi non sunt ad testimonii
29 fidem. ff. de testib. † Eadem ratione ali-
qua publica officia exercere non potest
verò, à dignitatibus constat eum esse
remotum, vt l. secunda de dignit. li. xij.
C. vbi cauetur neq; famosis, & notatis,
& quos scelus vitæ aut turpitudo in-
quinat, & quos infamia ab honestorum
cœtu segregat, dignitatis portæ pate-
bunt & l. secunda. §. miles. iuncta gloss.
30 ff. de his, qui not. infam. † nec partici-
pant infames circa dignitates cum ho-
minibus integræ famæ, vt gloss. in dicta
l. secunda. de dig. & l. ne quis. de decu.
31 lib. x. C. † Verùm à proprio iuramento
soluuntur. dicta l. secunda. §. ignominiæ
causa. ff. de his, qui no. infami. ad quam
rubricam contra hos qui notā. infamia.
recurre, vt non possint ferre testimo-
32 nium. † quemadmodum hi, qui publi-
co iudicio damnati sunt, vt l. testium
fides. §. lex Iulia. ff. de testi. ibi, quique
33 iudicio publico damnatus erit. † Pro
simplici tamen iniuria damnatus, infa-
mis non efficitur, vt c. cùm te. extrà de
34 senten. & re iudi. † mulcta etiam dam-
num famæ non irrogat, vt l. prima. C.
35 de modo mulctar. † non sunt enim infa
mes, qui extraordinariè condemnantur
vt gloss. fi. in d. l. j. C. de modo mulctar.
36 † Sic pro modico non datur actio iniu-
riarum, sicut nec actio de dolo, vt. ff. de
do. l. si oleum. & l. sequen. vbi cauetur,
quòd vsq; ad duos aureos inclusiuè non
37 datur actio de dolo, habita ratione, † quòd
septuagintaduo aurei valeant libram
auri, vt. C. de suscep. & arcar. l. quoties-
cunq;. Damnat' nihilominus pro mini
38 mo furto infamatur, † quia furtum non
solum in maioribus, sed etiam in mino
ribus iudicatur, non enim quid furto
ablatum est, sed mens furentis attendi-
tur. & quantuncunque quis abstulerit,
furti crimen committit, vt l. furti. ff. de
his, qui no. infa. &. §. gallinarum. instit.
39 de rerum diuis. & c. vltim. xiij. q. vj. † Si
ideò furti, vel aliis famosis actionibus
quis

quis condemnatus prouocauerit pendē
te iudicio, nondum inter famosos habe
tur. Si autem omnia tempora prouoca-
tionis lapsa sint, retrò infamis est dicta
40 l. furti. ff. de his qui notan. infam. †Nec
propter exceptionem vel reprobatio-
nem, quæ obiicitur in personas testium
in iudicio minus censentur idonei, nec
eorum differtur testimonium, nisi secu
ta sit condemnatio, vel pro reo oppo-
nente sit de iure præsumptio, vel talis
aperta probatio, quæ testimonium etiā
latum prorsus eneruaret, vt authenti. si
41 testis. & l. si testis. C. de testi. †Quia tūc
post aperturam testium reus posset in-
ducere testes ad reprobationem aliorū:
42 vt authen. si testis & ibi Bald. † Dum-
modo reus nominet testes reprobato-
rios probatoriorum, vt c. cùm contra.
ibi, testes debeas compellere nomina-
tos. extrà de testibus cogend. & c. super
his. eodem. ibi: cogatis testes, qui nomi-
nati fuerint, perhibere testimonium ve
43 ritati † In absentia tamen testium re-
probatorum nominare debet timore
subornationis, ne dictò alterius alii te-
stes subornentur, vt Bald. l. athletas. §.
calumniator. ff. de his, qui not. infam. su
prà dixi in verbo: querimonia. in fine.
44 †Si verò de criminibus ad solam ex-
ceptionem obiectis testes conuicti fue-
rint, siue confessi, pœna ordinaria: mul
ctari non debent, cùm accusatio in ip-
sos secundum iuris ordinem non pro-
cedat. Sufficit enim, si à perhibendo te-
stimonio repellantur, præsertim vbi
crimen, quod eis obiicitur, causam de
qua agitur, contingere non videtur: vt
45 d. c. j. extrà de excep. †Et quantuncun-
que testis confiteatur crimen, quod ei
obiicitur, vel si confiteatur se esse ho-
micidam, iudex non potest eum punire
ex sua confessione, quia non est facta
in iudicio. Nam non agebatur ad hoc.
Et pro hoc est glo. ordina. tertia quæst.
46 vj. c. hoc quippe. † Nec ob hoc, quòd
crimen obiicitur in modum exceptio-
nis, vt quis ab accusando vel testifican
do repellatur, excipiens se inscribit, vt
47 cap. licet. extrà de simo. †Et licet exci
piens probet exceptionem, non tamen
is, cui obiicitur, punitur. nec ob hoc est
infamis, sed tantum à testimonio, vel
accusatione repellitur, vt. ff. de his, qui
notan. infami. l. Lucius. & extrà de ordi
ne. cogni. c. cùm dilectus. §. fin. & extrà
de testib. cap. super eo. & d. c. j. extrà de
48 excep. †Similiter vbi de crimine exci-
pitur contra accusatorem hoc procedit
sine inscriptione libelli, vel pœna, vt
49 iij. quæst. vij. capit. iudicet. †Hinc est, si
vir accuset vxorem de adulterio, repel
litur, si vxor excipiat contra eum, quòd
ipse idem crimen commiserit, exceptio
ne probata, vt xxxij. quæstio. vj. c. nihil
iniquius. & per totum. ff. de adulte. l. si
50 vxor. §. iudex † quia paria delicta mu-
tua compensatione tolluntur, vt extrà
de adulte. c. penul. & fi. & . ff. soluto ma-
51 trimonio. l. viro. †Et idem, si excipiat de
lenocinio, vt C. de adulte. l. castigati.
& l. quoniam Alexan. Hodie autem cor
rigitur per ius authen. vt nulli iudicū,
§. adulteram, col. viij. & extrà de eo, qui
cogno. consang. vxor. c. discretionem.
52 †Quæro autem, quare non proceditur
ad pœnam, quando accusatori, vel testi
crimen in modum exceptionis obiici-
tur, & non probatur? Respond. ideò par
citur accusatori excipienti; quia licitū

est, quocunq; modo sanguinem suum redimere, vt. ff. de bonis eorum, qui
53 mort.sibi consci.l.j. † sicut parcitur illi, qui voluit se vlcisci prouocatus vt. ff. de bonis libert.l.quod cum maior.& ij. q.tertia.§.notandum. in princip. & c.si quis iratus.eodem,&. ff.ad leg. Iuliam, de adulter.leg.si adulterium.§.impera-
54 tor.† Quinimò etiam à iuramento extorto metu mortis reos solet ecclesia ab soluere, vt c.verum.extrà de iureiuran.
55 † Propter autem cognitionē iuris vbicunque iudex cognoscendo principaliter, reperit incidenter delictum esse cō missum, potest de illo cognoscere per modum inquisitionis, & non propter accusationem propositam, quia qui excipit, de directo non accusat, nec punitur accusatus, quo ad excipientem per modum accusationis, vt in extrauagā. ad reprimendum. Quomodo in læs.maiesta.cri.proced.iuncta gloss.in verb.inquisitionem,& l.secunda. §. si publico.
56 ff.de adulte.† Et ideò si testes falsò vel variè testimonium dixerint, vel vtriq; parti prodiderint, à iudicibus competenter puniuntur. l.qui falsò.ff.de testi
57 bus.† quia testibus qui aduersus fidem attestationis suæ vacillant, neq; creditur, neque illi audiendi sunt vt l.in test.
58 ff.de testibus.† Verum etiam quia illud crimen accidit incidenter, possunt iudicis officio motu puniri sine accusatore, semota omni exceptione fori, vt l. nullum.C. de testib. vel etiam possunt puniri pœna falsi, si ordinariè accusan-
59 tur, vt.ff.ad l.Cornel.de fal.l.eos.† quæ pœna falsi, vel quasi, est deportatio, & omnium bonorum publicatio, vt l.prima.§.pœna falsi.ff.ad leg. Corn.de fal. &.C.eod.l.vbi in fin. & insti. eodem. §.
60 item lex.† Sed quandoque grauior pœna, quandoque mitior imponitur casualiter: vt C.ad leg.Cornel.de falsis. l. maiorem.&.ff.eodem.l.quicunque.& l. diuus.§.primo & l.qui duobus.& suprà
61 dixi in prima inquisitione. † Hodie autem ex edicto domini nostri regis in Parisiensi senatu publicato, die. xxiij. April.anno Domini M. D. xxxij. siue in ciuili, siue in criminali causa falsi testes veniunt decapitandi.

e RECITATVR.† Obiectis in testes
62 dictis, debent testes ea, quæ deposuerint cum sacramenti religione sub præsentia cuiuslibet reorum firmare, vt l.testiū circa med. C.de testibus. Quanuis anteà iurauerint coram iudice in suis re-
63 petitionibus, † quia repetitis vicibus possunt induci, & examinari testes in criminalibus vt l. fina. quæ reputatur sing.secundum Barto.ibidem. C. de testibus iuncta gloss.& c.constitutis, cum glo. fi. extrà eodem. & nisi iurarent testes præsente reo, depositioni standum
64 non esset, quia † iurisiurandi religione testes prius, quàm perhibeant testimonium, arctandi sunt, vt l. iurisiurandi.
65 C.de testib. † & est ordo substantialis, & necessarius. quo obmisso sentētia inde sequuta esset ipso iure nulla. l. prolatam.C. de sentent. & inter.omnium,
66 iudicum.† Et pro vtraque parte debent testes deponere: vt in authenti. de sanctiss. episcopis. §. nulli. iuncta gloss.& glo.in §.& quoniam.in verbo: cognita.
67 in authenti.de testi.† præstito. hoc iureiurando lectio fit depositionis testiū, exponunturq; dicta, & depositiones testium, de quibus est inquisitum reis præ

sen

sentialiter vocatis vt facultatem ha-
beant se ipsos defendendi. Et non so-
lum dicta, sed etiam nomina ipsa te-
stium sunt eis, quid & à quo sit dictum
adpareat, publicanda. Nec non exce-
ptiones, & replicationes legitimæ ad-
mittendæ, ne per suppresionem nomi-
num infamandi, per exceptionem verò
exclusionem deponendi falsum auda-
cia præbeatur vt c. qualiter & quando.
el secundo. extrà de accu. & c. olim. eo-
68 dem. † Possunt ergo rei admitti ad pro-
bandum suas excusationes, dummodo
non perimant, sed exprimant suas con-
fessiones. quas si probauerint, & tales
sint quæ ad bonum & malum valeant
retorqueri, iudicari debent ex causa vt
cap. cùm dilecti. extrà de accusatio. &
gloss. in cap. primo eodem. & gloss. in l.
si quis in ea. C. de custo. reor. Ad hoc
quadrat statutum domini nostri regis
Francisci arti. cliiij.

f REPROBARE NON POSSE

69 † Si nihil est obiectum t. sti eo tempo-
re, quo fert testimonium contra reum
præsentem, non refert cuius opinionis
fuerit vt glo. in c. in primis. versic. quæ
rendum. secunda quæst. prima. alleg. l.
j. C. de testib. Ergo ista depositio habilis
cuius opinio non est grauata, validaret
præcedentem depositionem quantun-
70 cunque grauatam † Nam vbi vnus te-
stis ex duobus est suspectus ad testimo
nium ferendum, & alter est omni exce-
ptione maior, vt hîc, depositio testis su-
specti & inhabilis suppletur per habi-
lem & validatur, vt tenet Bald. in l. si
quis. §. quid enim. in princi. ff. de edend.
& Iason in l. cunctos populos ver. istā
regulam ponit Bald. in ij. lectura. C. de
71 summa trinit. & fide catho. † Nam pro-
pter communionem, & societatem in-
habiles gaudent priuilegio habilium:
vt l. si communem fundum. ff. quemad-
mod. seruit. amit. & Boër. in suis com-
men. in gloss. iij. §. ix. de iuris. omnium
72 iudi. & l. naturaliter. ff. de vsur. † Sed
hoc putarem procedere in criminibus
ciuiliter intentatis, vt l. in bonæ fidei.
73 iuncta gloss. C. de rebus cred. † Namq;
in grauioribus delictis, & personis gra-
uibus ad veritatem iuuandam eos testes
adhiberi oportet, qui fidem religioni iu
diciariæ debitam possent præponere o-
mni gratiæ & potentatui. l. eos. C. de te-
74 stibus. † quia in causis criminalibus est
perspicacius consilium adhibendum,
quia ibi maius detrimentum, & pericu-
lum contingit, vt argumen. l. addictos.
75 C. de appellatio. † & vbi imminet peri-
culum animæ, ibi maius periculum ver
titur, vt in authen. vt iudi. sine quoquo
76 suffrag. §. cogita. colla. ij. † & in incertis
probationibus melius est facinus nocē
tis impunitū relinqui, quàm innocen-
77 tem dānare. l. absentē. ff. de pœnis. † Si
tamen reus esset vilis persona, testis vi
lis admitteretur contra reum: secundū
Bart. in l. eius, qui delatorem. ff. de iure
fisci. & in addi. ad Pan. in c. iij. loco ver.
vtrū f. ma extrà de prob. in fi. ff. de q̄sti.

g HOMICIDIO NON IVISSE

78 se † Ad probandum negatiuam facti,
quæ non est coarctata loco & tempore,
quis non admittitur, vt l. secunda. ff. de
79 probatio. † quia vnico testi. affirman-
ti est potius credendum, quàm mille
negantibus. Barto. in l. hæredes. ff. de
testib. & idem Barto post. gloss. in lege
diem proferre. §. si plures. ff. de arbitr.
quan

80 †Quãdo autem sit credendum testibus negantibus, sicut affirmantibus. vide Bart. in.d.§.si plures. Et est notandũ quòd alia est negatiua facti: alia quali-
81 tatis. †Negatiua facti, alia est pura, & simplex, & indeterminata, alia terminata, alia est prægnans: Negatiua facti pura, simplex & indeterminata est, quæ non habet determinationem loci vel tẽporis, vel alterius rei: vt hic, dum dicit quòd non erat præsens: vt.c. bonæ.j.§. contra hoc. extrà de electione. & talis
82 negatiua probari non potest, quia† negationum non sunt causæ. Cùm enim aliquid negatur esse, hoc probari non potest: quia quod nihil est, probari non potest, & testis volens id probare, repellendus est: vt extrà de de causa possess. capiticũm ecclesia, & extrà de probatio
83 nibus. capit. iurauit. † Est tamen quidam modus probandi eam: vt.c.iij loco. extrà de proba. & cap. fraternitatis. extrà de frig. & malefic. ibi: quòd eadẽ
84 non poterat esse mater. †probatur etiã per iuramentum: vt.c.fin. extrà de iur.
85 †Potest etiam probari, quando dico simpliciter me non interfecisse Titium possum certe hoc probare, probando eũ viuere, vel morte naturali eum obijsse, vel quòd alius eum interfecit: vt.ff. ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.si quis homi
86 nem, cum duabus legib. seq. †Item probatur per acta: vt.c.lator. extrà de re iu
87 dic. †Negatiua autem facti determinata habens determinationem loci, vel tẽporis, bene probatur, saltem indirectè: vt si nego me Titium interfecisse tali die, & loco, possum hoc probare indirectè. probando, quòd illa die alibi eram: C.de contrahenda stipulatione.l.optimam. & c.c. ex tenore. extrà de testibus.
88 †Negatiua facti, prægnans est, quæ habet implicitam affirmatiuam: vt si dicam non sponte feci, vel renunciaui. iam enim implicitè affirmo, siue insinciando assero me, vi vel metu renũciasse, & hoc possum, & debeo probare: vt c. super hoc. in fine. extrà de renun. & l. si filius. ff. de probationibus. & C. de co
89 dicil. l. nec codicillos. †Quo autem ad negatiuam iuris & qualitatis, remitto ad Specu. in titulo de probationibus. §.
90 probare. †Ista depositio dicitur secunda probatio mitior, quæ fit per duos testes de veritate: & ista sufficit in ciuili, & criminali. l. vbi numerus. ff. de testibus. tamen in criminali facilius elidi-
91 tur, quàm in ciuili: †quia in criminali testes debent esse omni exceptione maiores. l. fi. C. de proba.

h SERMONE AC VESTITV
92 AGNOSCIT. †Testis interrogatus de notitia rei, debet dicere, quia vidit, & inspexit eius factum, cum tali signo & cicatrice, vel sic erat indutus tali pallio. vt. l. stigmata. de fabri. libr. xij.
93 C. & ibi Bar. †& ideò debet fieri exhibitio personæ cum indumentis, & qualitatibus: secundum Bartol. in leg. si cũ exhibuissent. §. ante autem. ff. de publi-
94 ca. & vectig. †Etiam valet testimoniũ de auditu sermonis, vt gloss. in. l. secunda. §. idem Labeo. l. prima. in verbo audierunt. ff. de aqua pluuia arcen.

i AGNOSCERE VISV. †In agno-
95 scibilibus per aspectum, secundum cõmunem hominum notitiam, sufficit, ꝙ per testes reddatur ratio per aspectum: licet consistat in iudicio intellectus. secus, si ex parte: quia tunc per iudicem vel

vel peritos: vt Barto. in. l. de ætate. nu. iij. ff. de minoribus. Ista depositio dici-
96 tur tertia † probatio: quæ est maxima circa quam non potest intellectus variare, siue errare, & ista est indubitata, quæ nec elidi potest siue loqueremur in ciuili, siue in criminali, vt hîc. & talis dicit probatio ꝓspectiua, siue intuitiua qñ testes deponentes viderũt factũ, & deponunt de hoc in numero sufficiẽti, & qualitas testium est approbata in iure. Vnde quicquid ei adiungitur, superuacuum reputatur, de quò talis da-
97 tur regula, quòd † si constat de crimine per hunc modum, non recipitur negatiua probatio: vt. c. ad nostram. extrà de probationibus. Quod secus esset in alia probatione, quàm prospectiua: quia te-
98 stes † deponentes de alibi, seu negatiua visu affirmatiua, & coarctata loco & tempore, præferuntur alijs testibus affirmantibus, etiam dignioribus, qui adstant pro reo: vt dicit gloss. in. cap. cleric. lxxxj. dist. maximè in causis sanguinolentis: vt Iason. in. l. vt vim. ff. de iu-
99 stitia & iure. † Quæro nunc, in quo excedere debeat probatio causæ criminalis probationem causæ ciuilis? dic, quòd probatio nil aliud est, quã quædã demonstratio. Quando ergo res est ita demonstrata, quòd est superuacuũ amplius demonstrare, sufficit in ciuili, & in criminali: vt. l. prima. in fine. ff. de do-
100 nationibus. † Aut non est ita demonstrata res, vt quid amplius demonstrare non sit inutile: quia per indicia res est demonstrata. tunc dicendum est, quod in criminalibus probatio debet excedere in triplici qualitate, Primò in receptione testium, quia cum maiori subtilitate sunt testes interrogandi; & apud iudicem repræsentandi, vt hic: ita
101 quòd † non potest examen testium delegari alteri: vt auhtenti. apud eloquentissimum. C. de fide instrumentorum &. ff. de testi. l. tertia. §. idem diu. nisi in casibus suprà declaratis. in repeti. test.
102 † Nam causæ meri imperij vel misti, non possunt delegari, nisi in casu absentiæ. l. j. ff. de officio eius, cui manda. est
103 iuris. † ea autem quæ semiplenam causæ cognitionem requirunt, & in quibus decretum interponitur, delegantur l. cognitio. §. vt possessio. ff. eo. † Se-
104 cundò, in qualitate demõstratiua, quia requiruntur indicia grauiora & maturiora in criminali, quàm in ciuili, quia plenior requiritur probatio, vbi maior requiritur condemnatio, vt l. in bonæ
105 fidei. C. de rebus credit. & ibi Bal. † vbi enim contra hominis salutem agitur, strictius proceditur. l. addictos. C. de appel. & not. in c. veniens. extrà de testi
106 bus † & vbi imminet periculum animæ, maius periculum vertitur vt in authenti. vt iudi. sine quoquo suffra. §. co-
107 gitatio. &. C. de fals. l. vbi. † Tertiò, in qualitate testium approbatiua. Nam requiruntur testes magis idonei, quos leges appellant omni exceptione maiores: dicta leg. finali. C. de probationibus. Ecce ergo in quibus consistit exces-
108 sus. † Nam ratione maioris causæ requiritur maioritas probatiõis, vt adeò sint probationes certæ, quòd non possit persuaderi contrarium, vel saltem non possit probabiliter dissuaderi? vt C. de pœni. l. qui sententiam. & hoc habetur quo ad probationem per testes.

109 †Quæro, quid si testis examinatus per tabellionem, aut irrenarcham, vel aliũ, quàm iudicem ordinarium sit mortu*, nec sit repetitus, neque iuratus per iudicem in præsentia rei, an debeat adhiberi fides eius depositioni, ac si confrontatus, & iuratus fuisset in præsentia rei? dic quòd sic: dum modo legato reo dicti defuncti depositio, ad hoc, vt possit in dicta, & personam eius testis oppone
110 re, & excipere, ac si viuens esset: † neque enim in morientium personas respuendæ sunt depositiones: vt.l. finali. C. de testibus. & c. qualiter & quando. el. secundo. extrà de accusationibus. vbi dicit tex. quòd nomina dicta, & depositiones testium sunt reo exponenda, ad hoc, vt possit opponere, & excipere in personam testis.

1 DOMI FVISSE. †Quotiescun
111 que inquisitus negat se interfuisse die & loco testificatis per testes, sed alibi,
112 debet ad id probandum admitti: † quia vbi negatiua facti habet annexam determinationem loci vel temporis, vel alterius diei, tunc indirectã habet probationem: vt extrà de testibus. c. ex tenore. & c. series. & C. de contrahenda & committenda stipulatione. in fine, lege optimam. in fi. & gloss. in. l. secunda. ff. de probationibus. vbi dicit Bald. quòd
113 † negatiua coarctata loco, & tempore, potest probari, etiam si factum negatiuum sit coarctatum ad certas personas, etiam collegialiter potest negatiua probari per illas personas singulariter deponentes, dummodo non sint singulares in dictis suis: vt capitulo. iij. loco. &
114 ibi Alex. extrà de elect. † & debet iudex reum admittere ad probandum dictam negatiuam, siue suum alibi, dummodo reus nominet testes, per quos intendat probare dictam negatiuam: vt c. cùm contra, ibi: testes debeas compel
115 lere nominatos. extrà de testibus. † Ita quòd iudex non admittens illam defensionem iuris, perinde punitur, ac si non admitteret defensionem veræ innocentiæ: vt. l. in. l. §. fi. ff. ad. l. iul. pec. quod
116 est notandum. †. Columbanus in suo tract. maleficiorum, dicit, quòd testes deponentes de alibi seu negatiua visu affirmatiua, & coarctata loco, & tempore, præferuntur alijs testibus affirmantibus, etiam dignioribus: quia stant pro reo. Alle. glo. in. c. cler. lxxxj. distinctio. maximè in causis sanguinolentis: vt Iaso. in. l. vt vim. ff. de iustitia. & iure. quia
117 etiã † fauorabilior est reus, quàm actor vt. ff. de regulis iuris. l. fauorabiliores. Bald. tamen contrarium tenendo, in. l.
118 finali. C. de testibus. dicit, † quòd quando constat de delicto per testes, qui deponunt factum, & de hoc deponunt in numero sufficienti, & qualitas testium est approbata in iure, & sic de visu deponentes, constat de crimine, in illo casu non admittitur probatio negatiua proposita per reum. alleg. c. ad nostram.
119 extrà de testi. † Sed si negatiua non habet certam determinationem loci vel temporis, aut alterius rei, nunquàm probatur directè, vel indirectè: vt si dicat quis non fuisse tali loco, tali die, nec hominem verberasse, aut occidisse, ad hoc probandum non admittitur: vt. d. l. ij. ff. de proba. & extrà de electio. c. bonæ memoriæ, el. ij. & c. ad nostram, extrà
120 de proba, & l. actor. C. eodem. † Sciendum autem est tres esse negatiuas, scilicet

cet iuris,qualitatis, & facti. Quarum duæ primæ debent probari ab eo, qui eas proponit:cùm omnia præsumantur licere: vt.l.ab ea parte.ff.de proba.&.l. cum quidam ita.ij.responso.ff.de legatis secundo, &.l.cùm pater.§.rogo.eodem.& gloss.in dicta.l.secunda.de probationibus.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Testes quandoque illegitimi recipiuntur:qui tandem recepti reprobantur.*
2 *Reus si protestatus fuerit se velle testes facta depositione,repellere.si quid pro eo illi dixerint,vix eis fides adhibetur.& nu.4.*
3 *Testes reijciens cōtra se non debet nec potest eos admittere pro se.*
5 *Probatum semel, reprobari non potest nec contrà.*
6 *Personam reprobans,non & ibidem videatur reprobare.*
7 *Desistere licet ante sententiam.*
8 *E:e p ion.s qua remitti non possint.*
9 *Non credi de facili, quomodo accipiendum.*
10 *Probari quomodo posit,quem post publicationem didicisse obiecta in personas.*
11 *Testes producens,an in eorum personas dicere posit.*
12 *Testis dicens ignoro,vel secum pugnans, aut dissidens à meis alijs testibus, vel aduersario meo fauens,an posit reijci.*
13 *Instrumenta producens,non,potest ab eis recedere.*
14 *Instrumento publico se nolle vti quis potest dicere.si falsita is illud arguatur.*
15 *Testes probatorios reprobans debet nominare testes,quibus intendit obiecta probare.*
16 *Testis vnus,nescit omnes articulos intentionis*
17 *Testes reprobatorij reprobatoriorum,non posunt reprobari.*
18 *Iudex maleficiorum debet examinare testes ex officio à parte non productos.*
19 *Sumptus necessarij litis,vnde petendi.& numero.21.22.*
20 *Pretiū constituitur maleficiū indicanti,arbitrio Iudicis,pro modo substantiæ accusati.*
23 *Testes interrogari,petente reo,posse.*
24 *Interrogatoriorum forma.*
25 *Testibus productis si perdantur attestationes, an posint iterum illi ipsi produci.*
26 *Testium subornandorum occasio rescindenda est.*
27 *Testium attestationes si perierint Iudicis facto,& testes mortui sunt, Iudex tenetur ad interesse partis. Et quo modo illud damnum probetur.nu.28.*

Dicta die.

Commißio secunda.



Accersitum itidem e carcere in cōclaue secretioris consilii Henricū Nebulonē nobilis Girardi Milonis famulū, præsente Apelle Coo primo inquisitionis teste,peracto solēniter,& iureiu. interrogaui,vtrū testē eū agnosceret:& posset etiam obiicere quēquā vel in mores,vel in testationem, quod illam infirmaret,& irritam faceret?

Nequeo,inquit,in eum dicere, quem nunquàm vidi: tantum

tantùm abest, vt nouerim. Protestatur autem ius sibi esse opponendi post aperturam & publicationem testimonii testis.

Contra verò testis etiam sacramento affirmat cognoscere se habitum, & vestitum rei, thoracem rubeum, caligas,& calceamēta alba: quemadmodum in testimonio antè dixit.

Deinde recitato testimonio, apparuit reus esse is, qui in illo significabatur: atque illud verum confessus est, præter id, quod loqueretur, herum cum eo in cæde & conflictu fuisse.

Testem auditum atque constantem domum remisi.

Simili modo coram Licinio teste, Nebulonem iuratum rogaui, nunquid haberet, quod reprehenderet in testis vita, quo illius testimonium eluderet?

Qui respondit illum non nouisse: propterea existimationem suggillare non posse. a

Lucius verò, vbi conspexit vestes, barbam, omnem denique hominis habitum, vnum esse confirmat, de quibus tulerat testimonium.

Dicta sua lecta attentè accuratéque intellecta iurisiurādi religione comprobat, nominatim repetens Nebulonem percussisse tunc viuentes, nunc defunctos Crassum, Xenium, & Plutum.

Mendacii reus testem insimulat ac falsi, quod alium pro alio sumat per se ipsum deuouens, atque execrans, si homicidio interfuerit.

Testis perseuerans dimittitur.

Ita coram Claudio Cornelio, ordine teste tertio & Nebulone reo, etiam iurato sciscitatus sum, ecquid haberet, propter quod infringeret Cornelii testationem illius, improbata vita?

Dixit fieri non posse, vt quis subagitetur ab eo, qui non nouerit.

Deinde recitatis, quæ testatus fuerat, Cornelius subscripsit concepto iuramento [a] autumans reum præsentem alterum esse ex famulis Milonis, quem

quem productus testis intellexerat

Reus tantùm negat, ratione, quamobrem negaret, non addita.

Ad hunc modum Dauid Damas vltimus testis se sistit in examine, corámque eo post sacramētum monui nobilem, vt circunspiceret diligenter, si quo pacto Damam à testandi iure summoueret, eximerétque è testium numero: citra tamen calumniam.

Dixit difficilimū esse eum incusari, qui non sit notus.

Perlecta ad verbum distinctè sua dicta subsignat sacramenti religione Damas.

Reus non habens, quod cōtra in medium proferret, conticuit, & testis abiit.

a POST APERTVRAM ET
1 publicationem. † Quandoque testes non legitimi de facto recipiuntur qui tandē recepti reprobantur. ideò aduertēdum est, quòd ante testium publicationem, & post, tàm dicta: quàm personæ testium possunt per alios testes legitimos reprobari: dummodo id ante sentētiam fiat, & ante publicationem testium, si protestatus sit reus ius sibi obiiciendi in personas testium solùm fore, aliàs autē audiri non debet, nisi iuret, quòd ad hoc ex malitia non procedit, vel quòd post publicationem didicit: id quod nunc eis conii-cit, vt. c. præsentium. extrà de testibus. quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de in-
2 terrog. actio. † Vbi autem personas testium se velle post publicationem depositionum repellere fuerit protestatus, si quid pro ipso testes dixerint, de facili eis nō creditur: vt. c. præsentium. extrà de testib. &. c. series. extrà de except. &. c. j. de probat. &. c. præsentium.
3 de testib. in. vj. † Per hanc enim protestationem videtur, quòd noluit fidem adhibere dictis illorum testium contra se. Non ergo debet habere pro se. glos. in dicto. c. præsentium. versic. protestatus. &. xxx. distinc. c. si Romanorum. & iij. quæstio. viij. cap. cuius in agendo. & extrà de censib. c. cùm olim. &. C. de solut. l. penult. sic. C. ad legem Cornel. de fal. l. qui falsas. &. ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. meminisse. &. C. de his,
4 quib. vt indig. l. alia. † esset enim absurdum redire ad hunc, cui renuntiatum est: vt. C. de rebus credi. l. si quis iusiu-
5 randum. † sic è conuersò semel probatum reprobare non possum:. vt. viij. q. ij. c. dilectissimi. &. ff. de nego. gestis. l. Pomponius. ff. de adulte. l. si vxor. extrà de iureiurando. c. quemadmodum.
6 † Sed non videtur, quòd intellectus talis, probabilis sit, quòd licet reprobem personam, non ideò videor reprobare dictum: sicut è conuersò licet approbem personam, non tamen approbo dicta: vt. iiij. q. iij. c. si testes. §. si quis testi-
7 bus. † Et propterea sola protestatio, si amplius non sit processum, non obest: quia

quia licitum est desistere quandoque
ante sententiam: vt dicunt iura prædi-
cta, scilicet. l. qui falsas. & .d. §. memi-
nisse. & .l. alia. quod dicas de illis exce-
ptionibus, quæ remitti possunt ex-
presse, vel tacitè ab eo, contra quem
producuntur, vt quia erat producentis
frater, consanguineus, affinis, coniunx,
vasallus, libertus, domesticus, socius,
venditor criminosus, vel ei, contra
quem producebatur, inimicus, conspi-
8 rator, vel aliàs suspectus, † Secus in his,
quæ remitti non possunt: vt quia hæ-
reticus, excommunicatus, paganus, iu-
dæus: vt in addit. ad Specul. in titu. de
teste. versi. de testium reprobatione. Et
ita sola protestatio non nocet, si non
fuit processum ad actum, quin creda-
tur, si pro ipso dixerint. Et si processum
fuit ad reprobationem, & non obti-
9 nuit, si dixit pro ipso, non prodest. † Et
expone, de facili non credatur, id est,
nullo modo credatur. ij. quæst. vj. c. bi-
duum. versic. si aduersarius. vbi habes
difficile est, vt hic audiatur, id est, nul-
lo modo audiatur. C. ad leg. Cornel. de
fal. l. imperator. & .xlvij. distin. c. quan-
tumlibet. j. q. j. c. principatus. Vel intel-
lige, quod dixit de facili non credatur,
quando ab initio antè, quàm deponere
protestatus fuit, quod licitum esset in
personas obiicere. Tunc enim præsum
ptio est contra testem. quòd criminum
timore aliquid dixerit pro ipso, ne
posteà obiiceret ei crimen, & tunc si
dixit aliquid pro ipso, de facili non cre
datur, nisi habito respectu ad qualita-
tem personæ ipsius testis: vtputà, si est
talis & ita honestus, quòd propter hoc
nulla suspicio est contra ipsum, quod
aliquid dixerit timore alicuius crimi-
nis, tunc creditur ei. Si verò sit suspe-
cta persona, vt timore illo præsumptio
sit contra illum, tunc non creditur ei,
vel de facili non credatur sine aliis ad-
miniculis, sed cum illis bene creditur.
& sic dupliciter potest intelligi, quod
dixit de facili non credatur. Hæc sunt
verba glo. in. c. præsentium. extrà de te-
10 stibus. † Sed quæro quomodo potest
probari aut ostendi, quòd post publi-
cationem quis didicerit, quod obiicit
in personas? glos. in. d. c. præsentium.
dicit. quòd hoc est difficile probare, ni-
si per iuramentum: vt extrà de except.
c. pastoralis. Nam non sufficeret pro-
bare, quòd sibi posteà fuit dictum. nam
potuisset prius sciuisse, & ad hoc de
conditio. apposi. c. per tuas. per Ioan.
Andr. & in additio. ad gl. de. c. præsen-
11 tium. † An autem producens testes, con
tra eorum personas dicere potest? dic
quòd non in sua causa, nec in alia, nisi
ex noua causa: sed in dicta eorum bene
potest dicere: quia sibi ipsis in serie sui
testimonii contradicunt, siue per se in-
ducti sint in causa, siue contra se in
alia: vt. iiij. q. iij. c. si testes. §. si quis te-
stibus. & est ratio: quia cùm produco
testem, personam eius approbo. & ideò
si approbo illum pro me, & teneor reci-
pere contra me: vt. xix. distinct. c. si Ro-
12 manorum. † Sed quid sit dicturus, igno
ro, & ideò indicta dicere possum, si vi-
deo, quòd cótradicit sibi ipsi, vel etiam
aliis testibus meis, vel si faciat pro ad-
uersario meo: vt. d. §. si quis testibus. &
glo. in. d. c. præsentium. versi, si quis. ex-
13 trà de testib. † Sed si produxit instru-
menta, non potest aliquid dicere cótra
illa:

illa: quia diligenter debuit præuidere instrumentum, an faceret pro se, antè, quàm produceret illud. Sed in teste illud præuideri non potest: quia frequenter mutant ex eo, quod dicunt se scire, quod nesciunt, & quandoque dicunt se nescire, quod sciunt, & è conuerso: & hæc est causa, quare diuersæ scripturæ ab eadem, parte prolatæ inuicem sibi derogant: vt.C.de fide instrumentor. l.scripturę.&.c.imputari.extrà eodem.

14 †Potest tamen aliquis dicere se nolle vti instrumento producto, si arguitur falsitatis. C.de fide instrumentor.l.iij.

15 †Quando autem reprobo testes probatorios, debeo nominare testes, per quos intendo obiecta probare. c.præsentium.de testib.lib.vj.& idem suprà dixi in verbo: periurum. Et hoc, ne possit esse) variationi & fraudi locus: vt glo.ibidem.&.c.ij.de rescript.lib.vj.& debet ita scribi: intendit talis probare talem testem adulterum, pro eo quod talem vxorem talis, publicè in suam tenuit cõcubinam, & hoc probare vult per Muscam, aliósque. Item dicit, quòd intendit etiam probare, quòd Apelles Cous testis est periurus, quia deierauit corruptus in tali causa, & hoc vult probare: per. D.E.F. testes. & sic de sin-

16 gulis, † quia vnus testis nescit omnes articulos intentionis, sed interdum alterum tantùm, & si vellet alios, quàm nominatos inducere, vel alios transponere, non posset: argu.ff.manda.l.diligenter. & extrà de rescript.c.cùm dilecta.&.c.cui.de no.de præbend.lib.vj.& glos.in.d. c.præsentium. verb.nomina.

17 †Et ita possunt testes probatorii & reprobatorii probatoriorum reprobari, sed reprobatorii reprobatoriorum nõ: vt.c.licet dilectus. extrà de testib. affert statuti nouissimi art.clviij.& art.

18 clix. † Sic iudex maleficiorum debet examinare testes ex officio, à parte nõ productos: vt.l.ij.C.de aboli.vbi iudex quærit de partis innocentia, parte non postulante, & pro hoc est tex.in.l.si non defendantur.ff.de pœnis.& Bart.in.l.j. §.si quis vltrò. ff.de quæstioni.& idem Bart.in.l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff. de damno infec. & suprà idem dixi in attestatione vltimi testis informationum.in verbo, nec plus, aut aliâs. Et per

19 aliud sequens statutum, art.clx. † Hæc autem statuta videntur confirmari iure, vt scilicet, ii sumptus necessarii consequãtur. Primò de bonis malefactoris suspecti: vt.l.circensium.de decur.lib.

20 x.C. † ei enim qui indicat, pro modo substantiæ accusatæ personæ æstimatione iudicis pretiũ constituitur. Idem, si publica vtilitas ex hoc emergat: vt.l.

21 Cornelia.§.fi.ff.de iniur.† Secundò, de bonis eius, ad cuius vtilitatem sumitur vindicta: vt.l.cùm sæpe.de erogat.mi-

22 lit.anno.lib.xij. C.† Tertiò, de publico, vbi actor & reus, scilicet delator, & delatus non sunt soluẽdo: vt.l.lex Cor.

23 ff.de senatusc.Sylleia. † Potest autem reus dare interrogatoria contra testes, vel petere eos interrogari per iudicem secundum circunstantias causæ & personarum productorum: vt.c.licet. §.j. extrà de probat.& extrà de testib.c.cau

24 sam.&.c.per tuas. † Et fiunt interrogatoria hoc modo, si testis dixerit verum esse, quod primo intentionis articulo continetur, quæratur ab eo, quomodo scit, & si ibi erat præsens, & ad quid

ibi erat,& si vidit,potuit enim esse pręsens,& non vidisset.Item quo anno,& die id fuit factum. Item,in quo loco, qua domo,qua parte domus,an illa sit terranea,vel in solario:& qui erāt ibi. præsentes.Item si cognoscit illum, de quo testificatur,& cuius est ætatis,staturæ.& coloris?& his similia,secūdum quod faciunt ad factum.Et hæc interrogatoria de consuetudine, & de iure non dantur parti aduersæ. Ne posſit super his instruere testes suos. sed iudex per se vel assessoré examinat illa. Et si qua reperit superflua,vel impertinentia,illa resecat,quòd si negligenter factum non sit interrogatorium,nō obst.publicatione,repetetur hæc doct. gloss.in capit.præsentium.§.testes. de testib.in.vj.in verbo: interrogatoria.

25 † Nunc quæro,quid si testibus publicatis perduntur attestationes? dicunt quidam hoc casu iterum testes posse produci:vt extrà de prob.capi.fin. alij dicunt,quod aut perduntur apud iudicem,vel notarium,siue graphariū, vel aliam publicam personam.& tūc ipse resarciet totum damnum causæ,& punietur.C.de appel.l.ne causas.C.de test.l.si quando.aut apud eum, contra quem producuntur,& tunc ille resarciet expensas,& iterum publicātur.ff. de inoffi.testa.l.nihil.§.fin.&.ff. si obmiss.sit caus.testa.l.quid autem.§.non simpliciter, aut apud eum,per quem producuntur,& tunc ille sibi imputet, quū reus absoluetur,nec ipse amplius testes pducet:alioquin daretur ei occasio negandi,& dicendi se perdidisse, vt iterū alios posset inducere subornatos,

26 † quod esse non debet:vt.ff.de iureiur.l.ait prætor.§.primo.&.ff.de edēdo.l.j.§.editiones, & extrà de testib. in capit.constitutus: vbi dicitur,quòd si archidiaconus habuit testes apud se, sit illis contentus, si tamen probauerit se acta iudicij,casu,sine culpa perdidisse,ei succurritur:vt.ff.de edēdo.l. si quis ex argentarijs.§.fin.&.l.fin.cod. & extrà de priuilegijs.capi.cum olim, videtur tamen,quòd in primo casu,scilicet cum per iudicem perdūtur,quòd posſit iterum producere,quia periculosum est litigare cum iudice,& difficile probare interesse, vel quod saltem restituatur ex generali clausula:si qua iusta causa,&c.vel aliqua speciali: vt Specu.in tit.de testium pub.§. satis

27 vtiliter. in fin.† sed si testes mortui sunt?& tunc iudex soluat interesse, vt

28 idem Spe.ibidē,† Sed quomodo probatur damnum,& interesse?Respon.sacramento producentis: vt.ff. quod vi aut clā.l.semper.§.hoc,&.C.vnde vi.l. si quando.&.c.fin.extrà quod met.cau. & no.extrà de foro compe.c.dilecti.

SVMMVM CAPVT.

1 ☞ *Testimonij fides,manat à iuramento, tan quam à radice.*

Commisſio tertia.



Girardum Milonem nobilē prolixa barba,tonso capillo,ac caligis indutū partim rubeis,partim croceis,ex eodem

eodem carcere exhibitum curaui,coram Apelle Coo primo inquisitionibus teste, de fama,& moribus delato iureiurando,percontatus sum,an quid sciret ad labefactandum illius testimonium?

Dixit opinari vidisse testem Coum periurio, infamia,perfidia vænali, redempto testimonio,atque alijs nō tātum flagitijs, denique eiusmodi,qualem leges intestabilem faciunt,nec illud testibus egere,quod communi omniū fama probatum esset.

Testis contra,asserit reum mentitum, probitatem suam omnium iudicio defendens. Præterea,se de facie agnoscere Milonem vnum de illis, quorum in testationem meminit:quē & defunctos percutientem, & festinanter fugientem vidit.

Recitata est testi sua testatio,cui etiam subscribere sacramento nihil dubitauit,nec addens,nec detrahens.

Reus verò contendit eiusmodi non esse credendum. Nihilominus testem remisimus,quo sua illum vocarent negocia.

Eodem venit Lucius Licinius,secundo loco testatus, sistitur à me coram reo Milone, si fortè ab illo notetur, & post iusiurādum obijceretur, quòd fidem homini derogaret,vel illum reijceret testem.

Negat Milo quicquam scire.

At testis iuratus reum sibi facie ac habitu notum, autumat vnum de homicidis,de quibus in suo testimonio intelligit.

Illud testimonium lectum est præsente Milone,& confirmat Lucius.

Fortiter reclamat reus, mendaciique arguit. Tandem testis remittitur ad suas operas.

Claudius Cornelius tertio loco testis ad eundem reū adductus,si fortè ab eo reprobaretur, præstito vtrinque sacramento, recitatum item testimonium Cornelii coram Milone, & ab authore confirmatum.

Milo, ſublatis in cœlum oculis, flere amare cœpit, & dimiſſo teſte, exclamat: O deus deus optimus.

Dauid Damas poſtremus teſtis, nulla per eum ſuper eo iuratum improbatus contumelia, dictum, ac teſtationem ſuam à me lectam, & apprime perceptam ab eo, adſtante reo veram eſſe cum ſacramenti obſtrictione adſeruit.

Tum reus omnes, inquit, mihi aduerſantur, & nituntur expugnare, caput meum appetentes, quo dicto in carcerem remiſſus, donec aliud à me ediceretur.

a 1 IVRAMENTO. † A iuramento procedit teſtimonij fides & authoritas tanquàm à radice, ſicut mors procedit à vulnere, & trahitur retrò: ſecundum Bald. in. l. ſi quando. C. de teſtib. alle. l. huic ſcripturæ. ff. ad legem Aquiliam.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Teſtis grauatæ & corruptæ æſtimationis, nõ eſt admittendus in cauſa criminali.*

2 *Reus delatus quibus nominibus poßit productum in ſe teſtem reijcere.*

3 *Rei exceptiones in teſtes, ſunt admittendæ, & probandæ intra terminum præfixum à Iudice, antè, quàm ſententia feratur.*

4 *Reum excipere debet in teſtẽ, ante teſtationes Nec refert cuius fuerit tum æſtimationis. numero. 5.*

Commiſsio quarta.



Bernardus Thraſo prĩcipis noſtri Miles deductus è carcere in conclaue cõſilij, & exacto iuramẽto à me inquiſitus, ſi quid foret, quod Apellis Coï primi teſtis præſentis æſtimationem minueret: infamem, ac inteſtabilem faceret.

Ait illum criminari non poſſe, de quo nunquàm audiuit, tantùm abeſt, vt benè, perſpectum habeat.

Atqui teſtis ipſo aſpectu reum agnouit, recitateque teſtationi iuratus conſenſit, & adhæſit.

Tum reus, væ, inquit, falſo teſti, & mendaci linguã cõtumelioſe vibranti deoſque, obteſtatur immortales, ſi huius particeps criminis fuerit.

Teſtis perſeuerãs, vt corã alijs, reuerſus eſt domum.

Lucius Licinius alter teſtis,

ſtis,vocatus in ius,à reo præſente,& ſacramẽto obuinĉto, inculpatus ſuũ prolatum teſtimonium, ac coram repetitum iureiurando ſtabiliuit.

Verùm reus teſti non eſſe credendum docet,vt qui aliàs peieraſſet, conſpiraſſetque in reum,ac liquidò conſtaret ex illius verbis,& affectu,aduer-
a ſariorũ adiutorem eſſe[a].

Teſtis Lucius criminationem ſubleuat ac regerit, aſſerens quod dixerat verũ eſſe. Ita miſſus eſt.

Claudius Cornelius tertius ordine teſtis,nulla læſus à reo ſtante & iurato maledicentia,quod paulo ante teſtatus fuerat, vallat ſacramento.

Reus repugnare nititur; ſed fruſtrà:quare,vt anteà,remittitur teſtis.

Dauid Damas teſtis poſtrem⁹ in præſentia rei,qui delato iureiurando ne minimũ criminari potuit, cum maxime vellet,& ſua plurimũ intereſſet,teſtimonium alio iureiurando communit.

Reus illud verum eſſe negat:ſed tamen Damas ſibi cõſentiens abiit dimiſſus.

a ADIVTOREM ESSE.
1 † Videtur quòd opinio huius teſtis ſit grauata,ideò in teſtimonium admitti non debeat in criminali cauſa,cum ſine omni exceptione debeat eſſe teſtis:vt extrà de excep.capit.denique.
2 † Nam reus criminis aut delatus poteſt obijcere in perſonam teſtis,quòd ſit periurus infamis,conſpirator,inimicus,aut corruptus, vt glo. in capitu.præſentium.verſic.in perſonas,extrà de teſtib.
3 † Ideò debent admitti hæ exceptiones:& per cõſequẽs probatio illorum criminum exhibenda erit ex parte infra terminum competentem à iudice ſtatuendum, antè, quàm cauſa per ſententiam terminetur,vt gloſ.in.d.capitu.j. extrà de exceptio.& lege ſi teſtis.C.de teſtib.&.l. ſi quis. eodem.
4 † Dic tamen,quòd his non obſtantibus teſtatio huius teſtis procedet,& concludet,quia reus nihil obiecit ante publicationẽ teſtationis, quod facere debuit,& non poſteà, vt hic. Et pro hoc facit capitulum præſentium,extrà de teſtibus. & capitulum dudum. extrà de electio. & capitulum ſecundum. in fine.de iura.calumniæ.in ſexto.
5 † Ideò vbi reus nihil teſti obiecit ante publicationem teſtationis eo tempore,quo teſtis fert teſtimonium contra reum præſentem, non refert cuius opinionis fuerit teſtis:vt glo.in capitu.in primis,in ver. quærendum. ſecunda quæſtione prima allegat legem primam. C.de teſtibus.

Commißio. v.


Aegidius Gnatho nobilis Desyderii Anippi famulus, vocatus similiter è tenebris carceris, in lucem ad me, ac compositus cum Apelle Coo teste si posset, seruata sacramenti religione, illum testem, vel reiicere, vel reprobare.

Testem non nouisse, ingenuè fatetur.

Testis itidem reum non noscere ait: dubitareque, an vnus illorum sit, in quos testis sit productus.

Verùm quod dixerat, tunc præsente reo iureiurando approbauit: & illi abeundi facta est potestas.

Reus contradixit nihil.

Lucius Licinius secundo loco testis ab accusato præsente, & admonito nulla infamia reprobatus, dicta sua intestando coram repetita iuratus confirmauit, verùm accuratè circunspiciens hæsitat famulus sit nobilis Anippi, aut quiuis alius, & an auxilium tulerit sicariis cędis conscius..

Accusatus Anippum herum agnoscit, verum homicidio interfuisse negat. Testis hinc soluit.

Claudius Cornelius tertio loco testificatus in iure præsente reo stetit, vt, si legitimè fieri posset, ab eo reprobaretur delato iuramento.

Sed reus anteà vidisse testē non recordatur, eo reprobare se non posse.

Altius testatio legitur illic, in præsentia accusati, approbaturque iureiurando, à suo authore: qui præter id, quod scriptum erat, addidit reum famulatum Miloni, quum paulò ante pranderet in parui cerui diuersorio vti fert testimonium.

Reus prandio adfuisse nihil diffitetur: sed de homicidio nihil audiisse.

Dauid Damas vltimo loco testis accitus similiter, & cum accusato compositus, vt refutaretur ab eo, si religiosè & citra iniuriam fieret. Lectum etiam suum testimonium, & vt ipse Damas inquibat, non oscitanter auditum

tum iureiurando confirmauit quamuis mostratum reum nõ agnosceret.

Reus obmutuit singultibus illa vellens. Testis verò hinc vt superiores, dimissus & reus carceri redditus.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Fisco delatori & sunt edenda, quæ ad causam pertinent, & intentionem suam fundandam. & super hoc Caroli. vij. statutum. nume. 2.*

3 *Fiscus agit criminaliter, pro interesse publico.*

4 *Libellus dari debet in scriptis, in causa criminali, quæ magni est ponderis vel præiudicij. & quæ in eo sint designanda nu. 5.*

6 *Actionem criminosam intendens, vagari non debet cum discrimine alienæ æstimationis.*

7 *Libellus in criminali, criminis qualitatem, personarum & temporis, cur continere debeat.*

8 *Iniuriam augẽt, personæ dignitas, rei & temporis ratio. & nu. 9.*

10 *In iniuria ratio duplex habenda.*

11 *Iniuriam passus criminaliter, aut ciuiliter potest agere.*

12 *Interesse publicum postulat vigor publicæ disciplinæ, priuatum priuatorum vtilitas.*

13 *Pro crimine priuato, offenso tantum competit actio pro publico, cuilibet de populo, & quæ sint illa. nu. 14. 15.*

16 *Iudiciorum publicorum quædam sunt capitalia quædam extraordinaria. & quæ pœna hincinde consequatur. & nu. 17.*

18 *Ad iudicem quæ sint transmittenda, ad iustè de causa statuendum.*

19 *Dona recipientem naturaliter obligant, & deuinciunt. & nu. 20.*

21 *Vltio canonica exercetur non modo in dantes quid iudici, sed etiam in iudicem recipientem.*

22 *Iudici an dona liceat recipere, causæ gratia. Et super hoc Seueri & Antonini epistola.*

23 *Xenia non sunt producenda ad munerum qualitatem.*

24 *Factum gratis, necessitate non est obstringendum.*

25 *Xenia non sunt accipienda, nisi in salarij defectum. Aliàs pœna quadrupli, iudici contrà facienti imminet. iustitia enim gratuita esse debet.*

26 *Muneribus accipiendis collocandisq; tria spectanda.*

27 *Iudici equum dono accipere licet.*

28 *Munus & donum, quid inuicem differunt & nu. 29. 30.*

31 *Dona frequentia, transeunt in munus.*

32 *Petentur quædam inhonestè, quæ tamen oblata honestè r cipiuntur.*

33 *Munus, quod petenti datur, nõ gratis accipitur.*

34 *Dare, beatius est, quàm accipere.*

35 *Animi interiora, per exteriora cognoscuntur, nec potest aliunde peti & colligi animi conceptus, quàm ab his, quæ sunt oculis subiecta; nu. 36.*

37 *Iudicum perdita ambitio, ad magistratuum gradus.*

38 *Delicta potentum & magnatum, latent, manentq; sæpe impunita.*

39 *Iustitiæ administrandæ ratio sapiens & diuina. & nu. 41. 44.*

40 *Iudex, antè, quàm ius partibus reddat, videat ne quid durius aut remissius constituat, quàm causa deposcit.*


42 *Iudex vacare debet amicitia, gratia, odio, & personarum acceptione.*

43 *Iudex impietati non debet fauorem impartiri*

45 *Iudex sola æquitate niti debet.*

46 *Iudicum prouincialium, munus, & officium. Et in officio peccantis pœna.*
47 *Iudicis prouincialis vicarius si facta iudicis contraria legibus, probet & tueatur, codē supplicio, quo ide, est afficiendus.*
48 *Pœna in iudices, qui furtis & sceleribus operam dederint, & inde deprehensi conuictiq; fuerint.*

Commißio sexta.



Ferdinandus Parasitus nobilis Desyderii alter ex famulis, à tenebroso carcere euocatus, ac rogatus à me coram Apelle Coo primo teste post sacramentum, si quam aduersus eum reprobationem sciret ad euertendum contra se testimonium?

Dixit illum tam sibi perspectum, quàm eum, quem nunquam viderit.

Recitatum deinde in præsentia accusati elogii capitulum, quod exceptum fuerat Coo testante; comprobatum est etiam iureiurando ab eo, & Cous dimissus.

Reus obmutuit omni reprobatione destitutus.

Lucius Licinius secundus testis reo coram me exhibitus est, vt à reo refutaretur, delato tamen prius iuramento, ne quid iniuriosè obiiceret, aut criminaretur reus.

Post recitato testimonio, iuratus testis calculum adiecit, affirmans se nescire, an Parasitus cædentibus ad fuerit, & à se in cæde non conspectum. Conticuit reus, & testis discefsit.

Claudius Cornelius, tertius, testis in iure coram nobis stans, nulla in se obiecta ab accusato, tametsi admonito, & religione obstricto, ne id iniuriosè faceret, infamia, publicatam testationem sacramentò corroborauit: reumque vnum esse ex his, qui ministrarent prandentibus in diuersorio parui cerui, quod cùm dixisset in testimonio, reo nihil contradicent, dimissus est testis.

Dauid Damas. iiii. loco testis eadem ratione accersitus in iudicium, testationem suam per me, recitatam præsente reo, prius tamen solicitato de criminando teste: modò id religiosè fieret iuramento ob-

sig

ſignauit: nec dubitauit affirmare paraſitum adfuiſſe prandio in diuerſorio parui cerui, miniſtrantem Miloni, vt teſtatus eſt.

Paraſitus ſilentio conſentire viſus eſt: ita teſtis ad ſuas operas dimiſſus.

Reuocatis teſtibus, ac cum reis commiſsis, iudex ad hunc modum edicit.

Edicimus omne hoc litis
inſtrumentum edi, & exhi-
a beri regio procuratori,[a] vt no-
mine ipſius domini concludat
ad id, quod Reipubli. inter-
b eſt[b] aduerſus accuſatos, quos
criminis indicia vrgent. Inſuper, vt conquerentes petant
c id,[c] quod ſua intereſt, & pri-
uatim [d] nocitum eſt, contra
eoſdem accuſatos: quæ omnia intra triduum ad nos tranſ
e mittentur,[e] vt quod iuſtum &
f æquum fuerit, ſtatuatur.[f] Inter moras nobilis Deſyderius Anippus, accuſatorum vnus ex abſentibus vltrò ſe in carcerem coniicit Pariſien. Præpoſituræ, cum principis gratia, ſiue indulgentiæ remiſsione ad iudicem miſſa, atque hanc ſibi probari, & admitti ſiue interinari libello poſtulat.

Sic autem inſcribitur actis Anippi ſpontaneus in carcerem ingreſſus.

Die xviij. Ianuarii, anno. M.DXL.

Nobilis Deſyderius Anippus vltrò ſe in carcerem coniecit, vt interrogetur, ac ſtet iuri ſuper indiciis, & criminibus ſibi impoſitis, quorum remiſsionis diploma à domino noſtro rege conceſſum actuario exhibuit, & edidit.

a EXHIBERI REGIO PRO
1 curatori. † Ea enim ſunt edenda fiſco delatori, quæ ad cauſam pertinent, & intentionem ſuã fundandam: vt. l. ne quiſquam. ff. de edẽdo.
2 † Idem ordinatio Caroli. vij. ar. xvj. & xvij. ſuper ſtylo parlamenti. accedit ſtatutum regiũ nouiſsimũ. arti. clvj. clvij.
b REIP. INTEREST. † Fiſcus pro
3 intereſſe publico agit criminaliter: in. l. oẽs. de delato. li. x. C. & l. fi. C. de iniur.
c PETANT. ID. † Libellus in cau
4 ſa criminali, quæ eſt magni põderis, vel præiudicii, debet dari in ſcriptis: vt l. ſi filius, & ibi Bart. ff. de iud. Et l. ſi iudex. ff. de variis & extraordi. cogn. & inſt l. de obl. quę ex quaſ. maleſi. in prin.
5 † Ita quòd in conceptione dicti libelli qualitas commiſsi criminis & perſonarũ ci-

uitas

uitas,locus,& menſis deſignanda ſunt,
& hoc leg.Iul.publicorum iudiciorum
cauetur,& generaliter præcipitur om-
nibus,qui reum aliquem deferunt, ſeu
accuſant. Diem autem neque horam
admiſsi criminis accuſator inuitus non
comprehendit:vt.l. libellorum . ff . de
6 accuſat.†Actionem idcirco famoſam
intendens,non debet vagari cum diſcri
mine alienæ æſtimationis,ſed deſigna
re certum,& ſpecialiter dicere, quam
ſe iniuriam paſſum contendit:vt.l.præ
tor.ff.de iniurijs.&.l.ſi in rem.ff.de rei
7 vẽdic.†Qualitas autem criminis,perſo
narum , & temporis deſignanda ſunt
ideò:quia atrocior fit iniuria , aut pro
8 perſona aut tempore,aut re ipſa.†Per-
ſonæ atrocioris fit iniuria ,cùm magi-
ſtrui,cum parenti patronove fit.Tem-
pore,ſi in ludis,& in conſpectu.Nàm in
prætoris conſpectu,an ſolitudine iniu-
9 ria facta fuerit multum intereſt : † q̃a
atrocior eſt,quæ in conſpectu fit.Re au
tem atrocior iniuria fit:vtputà,ſi vul-
nus illatum os alicui percuſſum ſit : vt
l.prætor.§.fin.ff.de iniur,& inſti.eodẽ.
10 §.atrox.†Dupliciter autem ſpectanda
eſt perſona eius,videlicet qui fecit , &
eius,qui paſſus eſt.aliter enim punitur
ex iiſdem facinoribus,qui quid in do-
minum parentem ve auſus eſt , quàm
qui in extraneũ:in magiſtratum,quàm
in priuatum:vt.l.aut facta.ff.de pœnis.
11 † Concludere ergo poteſt is,qui iniu-
riam paſſus eſt,de omni iniuria,& age-
re aut criminaliter,aut ciuiliter agat ,
pœna pecuniaria æſtimatione iudicis
actori danda imponitur:vt.§.pœna. in
fine.inſtitu.de iniur.& l.j.§.ſpectat . ff .
eodem.Sin autem criminaliter agat of-
ficio iudicis extraordinaria. ſ. capitis ,
vel ſtatus,ſi iudici ſedeat , vel pecunia
inferenda fiſco,non actori pœna reo ir
rogatur:vt.l.finali.C.de iniur.& . §. in
ſumma.inſti.eodem.
d PRIVATIM. †Suprà vidimus de in-
12 tereſſe publico,nunc de intereſſe priua
to eſt dicendum de iure,& conſuetudi-
ne,alterũ vtilitas priuatorum,alterum
vigor publicæ diſciplinæ poſtulat.l.li-
citatio.§.quod illicitè.ff.de publica &
13 vectig.& hîc patet.†Crimina ſiquidem
alia ſunt priuata,vt illa,quorum execu
tio.i.accuſatio, vel denuntiatio perti-
net tantùm ad illos . quibus inferũtur:
vt furta,damna,illata,& iniuriæ:vt . ff.
14 de priuat.delict.per totum.†Et tũc nõ
cuiuis competit actio iniuriarum crimi
naliter,ſed tantùm offenſo:vt glo. in.l.
prætor.§.quid ergo.in verbo : publica.
15 ff.de iniur.†Alia ſunt publica,vt ſuprà
quorum accuſatio datur cuilibet de pò
pulo:quoniam ad vtilitatem publicam
ſpectat,ne maleficia remaneant impu-
nita:vt ſunt homicidia,parricidia, adul
16 teria,& alia notata in.l.j.ff.de pub . iu-
dic.Publicorum autem iudiciorũ quę-
dã capitalia ſunt,ex quibus pœna cor-
poralis,mors,aut exilium eſt : per has
enim pœnas eximitur caput de ciuita-
te:nam cætera non exilia,ſed relegatio
nes propriè dicuntur,tunc & ciuitas re
tinetur.Nam capitalia ſunt,ex quibus
pecuniaria,aut in corpus aliqua coër-
ctio,pœna eſt.l.ij.ff.de publ.iudi . &.l.
edicto.§.rei capitalis.ff.de bono.poſſeſ.
17 †Alia ſunt extraordinaria crimina , in
q̃bus pœna extraordinaria imponitur.
Et dicitur extraordinaria,ideò q̃a à iu-
dice nõ eſt introducta pœna,ſed iudex
cubo

ex bono,& æquo arbitratur,quid facto opus sit, vsque ad pœnā capitis:vt.l.saccularii.§.sunt quædam.ff.de extraordinariis criminibus.

c AD NOS TRANSMITTENTVR.

18 †Scilicet informationes,interrogationes,acta,repetitiones, & confrontationes testium,& cætera id genus.Non autem munera,quia scriptum est.Non accipies personam,nec munera.Nam munera excæcant oculos sapientum,& mutant verba iustorum.Iustè, quod iustū est, persequeris: vt viuas.& possideas terram,quam dominus,Deus tuus dederit tibi. vt Deuteronomio .xvj.& Exo.xxiij.capit. versicul. nec accipies.
19 †Qui enim donat,alium sibi naturaliter obligat:vt.ff.de petitione hæredita-
20 tis.l.sed & si.§.consuluit†& ille,cui donat,exhibere reuerentiam donatori cōpellitur,& obedire:vt.viij.q.ij.c. illud quidem.vnde Varro: Boues ad victimas faciunt,atque deorum suplicia,& Esaię.v.c.Væ, qui iustificatis impium pro muneribus,& Eccle.xx.c. Venia,& dona excæcant oculos iudicum,& quasi mutus in ore auertit correctiōes eo-
21 rum.†Hinc est,quòd non solùm in dātes,sed & in recipientes canonica exercetur vltio:vt.c.dilectus filius,extrà de
22 simo.†Contrarium tamen videtur de iure ciuili,vt dona etiam recipere iudici liceat.Nam quanuis nullus præsidū munus, donumve accipere debeat,nisi esculentum,poculentum ve.quod intra paucos dies prodigari potest: vt.l. plebiscito.ff.de officio præsidis.Nō verò in totū Xeniis abstinere debebit pro consul.sed adiicere,vt neque.se in totū abstineat,neq; auarè modū xeniorū excedat.Itaque diuus Seuerus,& imperator Antoninus elegantissimè epistola moderati sunt cuius epistolę verba hęc sunt,Quantum ad Xenia pertinet,audi quid sentimus,prouerbiū est,neq; omnino,neq; semper, neque ab omnibus accipere debere.Nā valde inhumanū est à nemine accipere,sed passim vilissimum,& per omnia auarissimum. Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipse proconsul. vel qui in aliquo officio est,accipiat,ematve quid nisi victus quotidiani causæ:ad Xenia non pertinent,sed ad ea, quæ ædulio-
23 rum excedant vsum.†Sed nec Xenia producenda sunt ad munerū qualitatē.
24 l.solēt.§.fi.ff.de off.procons.& legati. †Nam quod fit gratis,non debet ad necessitatem deduci:vt gl.fi.in.d.l.solent, quod facit pro rustico,dicit gl.qui aliquādo aliquid pręstitit:vt.ff.de annuis leg.l.Scio.§.j.&.l.litibus.de agricol. &
25 censit.lib.xj.C.†Hodie autē nec Xenia accipi debēt,nisi in defectu salarii,quod si cōtrà fecerit iudex,aut alter pro illo quadruplū restituet.Insuper exilio perpetuo mulctabitur,prius ei plagis corporeis infligendis:vt in authē. scriptū exemplar.in fi.vt iudi.sine quoquo suf-
26 fi.collat.ij.†Aduertendum est,quòd in accipiendis muneribus vel dandis, tria sunt maximè attendenda,personæ.s.dātis,& accipientis qualitas, Quantitas muneris,& donationis tēpus. Qualitas personarū,vt à quo,vel cui, videlicet, an à paupere,diuiti,vel è conuersò,siue à diuite,locupleti datū fuerit, æstimatio muneris,& donationis tēpus,si magni,vel minoris pręcii reis data existat & an instāti necessitate,seu alio tpe cōferatur.

feratur.Nā quodſcriptū eſt:Beatus,qui
excutit manus ſuas ab omni munere,
de illis donis dicitur, quæ accipientis
animū allicere vel peruertere ſolent.
Quòd ſi iudici offeratur vinum, ſiue
alia huiuſmodi,quæ modici ſunt prçiu
dicii quæ voluntatem recipientis incli
nare,vel mouere non debeant,interpre
tari nō conſueuit accipientē in his de-
27 linquere vel donantē.† Vnde ſi equus
detur,permiſſum eſt illū recipere:vt.c.
& ſi qōnes.§.qn̄ in accipiēdis,extrà de
ſimo.iuncta gl.quæ dicit aliud eſſe mu
28 nus,& aliud eſſe donum. † Nam donū
eſt ſine cauſa,munus ex cauſa:vt.ff.de
29 verbo.ſignif.l.inter donum. † Vel do-
num poteſt dici exile. Vnde Eccle.xx.
c.Exigua dabit,& multa improperabit.
30 Munus verò dicitur pretioſum: vt pri-
mo Reg.viij.c. Acceperunt munera,&
31 peruerterunt iudiciū.†Frequentia etiā
dona,tranſeunt in munus:vt extrà de
32 donat.c.apoſtolicę,verſi.credite†Quæ
dam enim inhoneſtè petuntur,quæ ta-
men honeſtè recipiuntur.l.j.§.eſt enim
ff.de variis & extraordinariis cognit.
33 Vnde Seneca:† Non gratis accipitur
munus,quod petēti donatur.Vnde ver
ſus:Gratius eſt donum,quod venit an-
te preces.Affert adhuc illud apoſtoli:
34 †beatius eſt dare,quàm accipere. xvj.
q.j.c.prædicator.Qua igitur intentio-
ne quid detur.per exteriora interpreta
35 tur.†Quia interiora animi ſecreta,per
exteriora dignoſcuntur:vt.l. ſi tamen.
36 §.ij.ff.de ædilit.edict.†Aliter non poſ-
ſet diuinari intentio alieni cordis: quia
nec etiā Paulus licet ſpiritu Dei ple-
nus fuerit,potuit diuinare:vt.xxij.q.ij.
c.beatus.& extrà vt Eccle.bñfi.c.vt no-
ſtrū,&.ff.ad.l.Aquil.l.ſi putator.In fin.
37 †Sunt tñ nonnulli iudices,qui ſæpenu
mero officium ſplendidioris militiæ,
ſtudio,exercendæ cupiditatis ambiunt,
& appetunt,vt velut in meliori fortu-
na poſiti,aut ea ſcelera,quæ prius com
miſiſſe decentur,occultent,aut aliàs poſ
ſint impunè cōmittere:vt.l.ad ſplendi-
dioris.de diuerſis off.& appar.iudi.lib.
duodecimò.C.ita ꝙ hodie arguere iudi
ces de iniuſtitia,reputatur deliramētū.
audéntq; veſani,& vecordes iudices ad
iniuriam reprehenſoribus retorquere.
38 †ideò ſæpe contingit,quòd delicta ma
gnorū celantur,& non puniuntur, licet
iuſtitiæ claues errēt.dicit gl.in.d.l. ad
39 ſplendidioris.†Diſcite ergo iudices fi-
nium terræ,præbete aures vos,qui con
tinetis multitudines, & placetis vobis
in turbis nationum,quoniam data eſt à
Domino poteſtas vobis,& virtus ab al-
tiſsimo:qui interrogabit opera veſtra,
& cogitationes ſcrutabitur. quoniā cū
eſſetis miniſtri regni illius, non rectè
iudicaſtis,nec cuſtodiſtis legem iuſtitię
neq; ſecūdū voluntatē Dei ambulaſtis
Horrendè & citò apparebit vobis: quo
niam iudicium duriſsimum in his. qui
præſunt:fiet.cuſtoditio legū,cōſumma
tio incorruptionis eſt:incorruptio aūt,
facit eſſe proximū Deo,vt Sap.vj.c.
f STATVATVR. †Iudex antè, quàm
40 ius partibus reddat,reſpicere debet,ne
q̄d durius,aut remiſsius cōſtituat,quā
cauſa depoſcit.Nec enim,aut ſeuerita-
tis aut clementiæ gloria affectanda eſt,
ſed perpenſo iudiciò,prout quæque res
expoſtulat,ſtatuendū eſt.Planè in leuio
ribus cauſis proniores ad lenitatem iu
dices eſſe debent,in grauioribus pœnis
ſeueri

seueritatem legum,cum aliquo tempe ramento benignitatis subsequi.l.respi-
41 ciedum.&.l.hodie.ff. de pœnis.†debet itaq; iudex habere respectum ad id, q fieri solet,glo.in.d.l.respiciendum.&.l. si finita,in princip.ff.de dãno infect.& C.de episc.audi.l.iij.&.l.vel vniuerso-
42 rum.ff.de pigno.actio. † Punireq; debet cõiunctum,sicut extraneum:& magnum,sicut paruum,cauere quoque ab acceptione personarum.l.fi.& ibi glos.
43 ff.de rerum diui.†Neq; fauorem impietati pro iuribus impartiri debet: vt capit.qui potest obuiare.xxiij.quæ. ij.
44 †Aliquando enim secundum iura vtetur mera iustitia,quandoq; rigore iuris quãdoq; æquitate,secundum personas, causas,loca,& tempora:vt capitu. sicut dignum,extrà de homicid.&.C.de leg. l.j.&.l.aut facta.ff.de pœnis,&.xlv. di-
45 stinctio.c.bonus dominus.† Quinimo æquitatem ante oculos habere debet: vt.ff.de eo,quod cer.lo.l.quod si Ephe-
46 si.§.interdum.in fin.†Iudices quoque prouinciarum omnia quælibet crimina secundum leges vindicare.& peccãtes tenere,& nõ alios pro aliis comprehendere,nec damna inferre debent, sed neque pignoratiões facere propter peccantem, aut criminis vindictam proprii lucri causam inferre,aut delinquẽtium res,proprium lucrum facere.Rei quidem ex legibus pœnas substinere debent.Nec licet iudicibus,aut eorum hominibus, siue officialibus vllatenus propter rerum desyderium iniustè aliquos castigare,aut peccantes vendere. Si enim præter hæc hoc fiat,ipse præses,seu prouinciæ iudex,omne ex hoc damnum accidens,læsis medebitur,& suppliciis subiectus exilio tradetur.
47 †Et consiliarius eius simile sustinebit supplicium,si factis à iudice contraria legibus in scriptis consentiat. Hæc in authen.vt nulli iudic. §. quoniam ve-
48 rò contingit. collat. nona. †Iudices etiam,qui se furtis,& sceleribus fuerint maculasse conuicti,ablatione codicillorum,insignibus,& honore exuti, inter pessimos quosque,& plebeios habeantur.Nec sibi posthac de eo honore blãdiatur,quo seipsos esse indignos iudicauerunt:vt.l.iudice.de digni.lib.duodecimo.C.Ita vidi exequi contra magistrum Petrum Ledet,regis consiliariũ, qui pro furtis,& sceleribus per eum commissis per arrestum curiæ Parisiẽ. parlamenti die.xx.Iunii Anno domini M.D.xxviij.fuit exauthorat⁹,degradatus,& suis insignibus,& vestimentis cõsularibus exutus,post emendam honorabilem peregit:& veste plebeii indutus in petra marmorea gradnũ Palatii Parisien,In pronuntiatione cuius arresti fuit.d.l.iudices.per tunc viuentem Poliot præsidentem recitata.

SVMMA CAPITA.

1 *Reus,in criminalibus petens restitutionem aduersus sententiam,vel appellans à sententia criminali,tenetur personaliter comparere in iudicio,genibus flexibus, capite discooperto,in conspectu Iudicis sedentis pro tribunali.nec potest diffugere &c.nu.2.*
3 *Rescripta possunt impugnari obreptione, tanquam nullam vim habentia.*
4 *Obreptio,est fraudulosum mendacium.*
5 *Obreptio propriè consistit in facti narratione.*

6 *Iudicis officium, ad quem dirigitur rescriptum obreptitium. & nu. 7. 8.*
9 *Rescripta omnia, hac clausula sunt munita: si preces veritate nitantur.*
10 *Rescripti mēdax precator & impetrator, eius priuilegio carere debet.*



Rimo facto die, ac ordinario accersitur, & educitur à suo carcere Anippus ad tribunal coram iudice:
a & ibi genibus flexis, [a] humi prolapsus, ac capite apetto, vocatis etiam, quorum interesset, eius remissionis diploma per actuarium publicatur: quo publicato, interrogatus reus iurat verum esse, quod loquitur, verisque constare, eo probari postulat. Dicit iudex diploma accusantibus postulantibus, aut eorum pro ipsis procuratori intra præstitutum diem per actuarium transcribi, intercedentibus atque expugnantibus diploma, siue interinationem impedientibus. Deinde idem diploma vnà cum elogio fiscali procuratori transfertur, vt eo audito, secundum ius & æquum statuatur.

Hoc peracto, ponamus eundem Anippum cum reis committi, & separatim audiri de diplomate, in quo mordicus adhæreat, & accusatos reos agnoscat negantes, atque contradicentes, quæ omnia veniunt scribenda, vt suprà monstratum est in committendis cum testibus reis: quæ breuitatis gratia obmittuntur.

Diplomatis publicatio editur hoc contextu.



Niuersis præsentes literas inspecturis, Ioannes Vlpianus miles, & dominus &c. Notum facimus, quòd hoc die infrà subscripto, lectum ac publicatum in iudicio fuit remissionis diploma, die &c. à domino nostro Rege impetratum, & concessum super criminibus in eo scriptis, per nobilem Desyderium Anippum veris se niti, solenniter iurantem, idque probari, ac admitti, siue interinari postulantem, aduersus Antoniam Dianam viduam defun

defuncti &c. & alios conquerentes, aut eorum procuratorem transcribi petentem. Nos edicimus eiusmodi regiæ gratiæ diploma, elogium & omne litis instrumentum regio procuratori exhibēdum. quo audito vti ius suadebit, statuetur. Diplomatis exēplum per actuarium nostrum edetur conquerentibus intercedentibus, & obreptitium, commentitium, illegitimúmque diploma contendentibus, ad obreptionis causas triduo proponendas, vt de iis secundum ius pronuntietur.

Actum die vicesima Ianuarii anno. M. D. X L. In cuius rei testimonium sigillum dictæ præpositurae his præsentibus duximus apponendum.

Sic signatum.

a 1 GENIBUS FLEXIS. † Remissionarius in criminalibus petens restitutionem aduersus sententiam, vel appellans à sententia criminali, tenetur personaliter comparere in iudicio, genibus flexis, capite discooperto ante faciē iudicis pro tribunali sedentis. l. j. ibi: si se obtulerit. C. ad leg. Corne. de sicar. & l. j. §. finautem. ff. an per alium causæ appel. red. poss. arg. l. lege Corn. ff. ad senatus. Syl-la. ibi: ex vinculis causam dicāt, & Bal.
2 in. l. j. §. eum, qui. in fi. ff. de postul. † Nec posset in contrarium reus impetrare, scilicet vt non teneatur personaliter comparere. l. fina. in fi. C. de iniur. Et ad hoc ordinatio Regis Ludouici duodecimi, art. clxij.

b OBREPTITIVM. † Obreptione impugnari possunt rescripta: quia nullam vim habent, quæ obreptione impetrata fuerint. l. si qua loca. in verbo: rescriptis per obreptionem impetratis.
4 de fund. & sal. lib. xij. C. † cū obreptio, sit fraudulosum mendacium. l. sed & si hac. §. patronum. ff. de in ius vocan. &
5 l. finautem. §. j. ff. de neg. gest. † Et propriè consistit in facti narratione, nō iuris scripti. l. cùm verò. §. subuentum. ff.
6 de fideicom. libert. † Et si opposita mendaciorum præscriptione, siue in iuris consuetudinarii narratione mēdacium reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude, pro tenore veritatis, & non deprecātis affirmatione datum, iudicem, ad quem dirigitur rescriptū, cognoscere debere, & secūdum hoc de causa conuenit ferre sententiam. l. proscriptione.
7 C. si contra ius, vel vti. pub. † Decētque iudicem super obiecto falsę assertionis in rescripto contentæ, probationē recipere. Quod si renuerit, & pronuntiauerit, in decem libras auri venit mulctandus. l. puniri. C. eo. † Et si iudex inuene-
8 rit, & pronuntiauerit rescriptū non tenere, habet in principali exequi. l. & si
9 cognitio. C. eod. † Nam quæcunque rescripta sunt iudicibus directa, sub ea cō ditione proferūtur, si preces veritate nitantur. Aliàs precator mendax nullum

fructum oraculi percipit impetrati. l. a
10 vniuersa.C.de diuerſ.reſcript. † Men- 1
dáxque precator carere debet impetra
tis. l.& ſi legibus. C.ſi contra ius, vel
vtili.publicam.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Partes ſi conuenerint & in gratiam redierint, iudicis nullæ ſunt partes, quo ad intereſſe ciuile. Secus, quo ad intereſſe publicum. nume. 2.*
3 *Sceleris patrati euidentia, non indiget accuſatoris clamore.*
4 *Iudex non vindicans ſcelus euidens, tegere id cenſetur. Et quæ pœna inferenda iudici non coërcenti crimen ad ſe delatum. & nu. 5.*



a Nterim priuatus accuſator tranſigit[a] cum Anippo, fiſcus etiam perſpecto omni litis iuſtrumēto, gratię diploma probat, ſeu interinationem gratiæ conſentit: quod ſcripto ſignificat, aut apud acta. Si non conuenit inter accuſatores ciuiles, interceſsionis cauſas, & obreptionis proferunt, quas breuitatis cauſa patrono cōquerentium conficiendas relinquo. At ſi conueniat inter litigantes, iudex gratioſum diploma probat, & interinat hoc tenore.

PRIVATVS ACCVSATOR tranſigit. † Vbi partes ſunt concordes, quo ad intereſſe ciuile, nullæ ſunt partes iudicantis. l. ſi conue
2 nerit. ff. de re iudi. † Secus autē, quo ad intereſſe publicum, ſcilicet fiſci, nam licet fiſcus ceſſet, ſiue deſiſtat ab accuſatione: crimina tamē ſemel audita, nullo modo indiſcuſſa præterire oportet, etiam ſi accuſatus cum accuſatore in gratiam redeat: vt. c. crimina. extrà de
3 collu. detegē. † Et hoc iudex ex ſuo officio facere poteſt, cùm euidentia patrati ſceleris non indigeat clamore accuſatoris: vt. c. euidentia. extrà de accu. &
4 l. cōgruit. ff. de offi. præſi. † Quod ſi repertum crimen iudex non vindicet, tegere, vt cōſcius criminoſa feſtinabit. l.
5 ij. C. de cōmerc. & mercat. † Quinimo nulli iudicum licet delatū ad ſe crimē minori aut nulli coërctiōi mādare, niſi id ipſe pati velit, quod aliis diſsimulādo cōceſsit. l. ſi. in fi. C. ne ſan. bapt. reit.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Regis proprium & peculiare eſt, remiſſionem aut indulgentiam concedere.*
2 *Rex ſolus poteſt in ſuo regno legem tranſgredi in diſpenſando, & quomodo hoc accipiendum. nume. 3.*
4 *Reſcripta contra ius, & commodum alterius, refutari debent à iudice.*
5 *Reſcripta, quibus crimen condonatur, vel remittitur, de vrbanitate non ſunt impugnāda.*
6 *Princeps & Senatus, in cōcedendo æquipollēt.*
7 *Princeps qualē & in quibus poteſtatē habeat.*
8 *Papæ poteſtas, quæ.*
9 *Nobilitatis ratio habenda in delictis. Item, iuuentutis nu. 10.*

11 AEtate & imprudentia ferè succurritur in omnibus pœnalibus iudiciis.

12 Restitutio est obreptitia, quæ fraudulosum continet mendacium.

13 Impetratis priuari debet, qui in supplicatione restitutionis, fraudulosè mendacium inseruit.

14 Percussorum associans, non animo feriendi, sed opem ferendi percussori, si necessum foret, non æquè punitur ac percussor.

15 Homicidij an teneantur, qui occisoribus auxilium tulerint.

16 Fuga non modò consilio, sed & facto cōstat.

17 Delinquens innocens est, quo ad gratiam, si dolus à delicto absit. Secus, quo ad legem. Et quatenus teneatur. nu. 18.

18 Animus magis spectatur, quàm actus in delictis, iure communi.

20 Occisor tenetur iniuriarū actione, erga defunctorū heredes. Et ad iudicē illa pertinet æstimatio. nu. 21. Et quō illa sit tēperāda. nu. 22.

23 Iudex spectat personam agentis, quantum ad ius æstimationis damni & iniuriæ.

24 Delictis fortuitò commissis, impetu, lasciuia, ebrietate aut lata culpa noxa est excusabilis.

25 Homicidiū cōsultò ac dolore cōmissum, mortis pœna vindicādū, sine remissione. & n. 26. 27.

28 Restitutio in criminalibus, ex solius principis misericordia implorat & cōceditur. & nu. 31.

29 AEquitas scripta, rigori scripto præfertur.

30 Principem nihil æque decet, atque humanitas & misericordia.

32 Delictum remittere debet, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit.

33 Imperialis dignitatis proprium.

34 Victo capto misericordia debetur.

35 Hosti parcendum est.

36 Vindictæ genus magnum & honestum est, ignoscere.

37 Regium est, subiectis parcere, & debellare superbos.

38 Dānatus, restituitur in integrū per remissionem, etiam quo ad bona, honores, & famam

39 Remissio & indulgentia, quid differant.

40 Indulgētia, pœnæ tātùm gratiā facit nec infamiā tollit: nec bona restituit. Limit. nu. 41.

42 Iudicio famoso cōdemnatus, & restitutus per restitutionem in integrum, infamia iuris liberatus est: non item facti. nu. 43.

44 Condemnati bona si fuerint proscripta, & data cuiquam per principem, vel alienata per fiscum, & posteà ille fuerit per Principem restitutus, an recuperet bona iam alienata. disting. nu. 45. 46. 49.

47 Fiscum retractare id, quod semel vendidit, æquitatis honestatisq́; ratio non patitur.

48 Iure canonico restitutus ad gratiam reuocatam, sine alterius præiudicio restitutus intelligitur.

50 Rescripto Principis extorto inuerecūda petētiū hiatione, aduersus formā legis, nō est stādum.

51 Rescriptū motu proprio iudicis indultū, valet.

52 Recipiuntur quædam honestè, quæ nihilominus inhonestè petuntur.

53 Interesse & emēda partibus ciuilibus competentia, nō remittūtur per Principis rescriptum.

54 Ius naturale, item gentium, est immutabile, quod nec Principis concessio ex certa scientia, parti quæsitum potest auferre.

55 Reus nō potest hodie per rescriptū Principis, trahere actorē ad iudicem extraordinarium.

56 Iudex cognoscens de causa appellationis, an possit causam principalem retinere.

57 Iudex ad quē, nō potest cognoscere de negotio principali, nisi prius finito appellationis articulo, dicat bene appellatū, & malè iudicatū.

58 Papa & Senatus possunt retinere causam principalem, etiamsi dictum fuerit: bene iudicatum, & malè appellatum.

59 Papa, Rex, & Senatus, possunt iudicibus inhibere, ne se intromittant amplius de

causa, eamque ad se aduocare.

60 *Iudicium, quotupliciter soluatur.*

62 *Euocationes de minori Iudice ad majorem, fiunt virtute. l. iudicium soluitur.*

63 *Rescriptum siue priuilegium semper intelligitur concessum, saluo iure alterius.*

64 *Priuilegium, est priuata lex, non egrediens personam.*

Approbatæ gratiæ seu interinationis formula.



Niuersis præsentes literas inspe- b
cturis. Petr9 Iabo-
len9. & cætera. Sa- c
lutem. Notum facimus, quòd d
conspectis custodiarum dictæ
præposituræ actis, in quibus
scribitur nobilem Desyderiū
Anippum vltrò se in dictos
carceres intrusisse, ac exhibuisse, xviij. die Ianuarij, anno domini. M. D. X L. conspecto
etiam gratiæ & remissionis
diplomate, per eundem nobilem à domino nostro rege im-
a petrato [a] subscripto, & subsignato cera viridi, chordula
serica pendente, ob perpetratum homicidium, & cædem
illatam defunctis Ioanni Pluto nuper Lutetiano negotiatori, Iuliano Xenio similiter mercatori, & magistro Chrysostomo Crasso in curia suprema Parisijs aduocato, sicuti, latius explicatur eiusmodi diplomate: cui fidit, & id supplex probari postulat, cuius contextus subsequitur.

Franciscus Dei gratia Frācorum Rex Notum facimus, ac palàm præsentibus omnibus, & futuris nos libellum nobilis [b] Desyderii Anippi domini arenarum, ætatis viginti annorum [c] recepisse: qui loquebatur [d] cum à quatuor mensibus aut circiter, comitatum nobilem Girardum Milonem dominum prati falcati, in parui cerui diuersorium Parisiis ad prandendum cum nōnullis aliis supplicāti ignotis, vbi inter verba, & colloquia vltrò citroque habita, idem Milo retulit se causa cecidisse, ac victum in supremo senatu à Ioanne Pluto, & Iuliano Xenio negotiatoribus Parisinis, subtili ingenio ac acumine magistri Chrysostomi Crassi, in illo senatu patroni: Se quoque de iisdem ante tunc temporis hebdo-

madæ finem suppliciũ sumpturum. quibus idem supplicans obmutuit, non habens, quod obiiceret. Tribus autem, vel quatuor post diebus Milone supplicante, Bernardum Trasonem, Claudium Caligulam milites ad cœnam in cauponam leonis argentei via ad sanctum Honoratum ductos, illicque inter cœnandum Milonem accito famulo dixisse talia, aut non longe dissimilia: Ito sciscitatum, vbinam sint, quorum tibi memini, mihique renunciato. Atque eundem famulum statim à cœna illos per viam Sancti Honorati iuxta crucem Tirioueri iter facturos detulisse, hinc Milone assumptis Bernardo Thrasone, & Claudio Caligula nostris militibus, & aliis duobus eius famulis, dixisse: animo estote constanti: sumite vires: vindicate me, oro: promissa vobis à me certa tenetote, eamus illis obuiam: Iam iam me consequimini: Te dominum Anippum haud me relicturum confido, cuius beneficii vices repensurum me spondeo. Eundem Milonem huc & illuc oculos circunferentem sub horam nonam illius noctis iuxta crucem Tirioueri tres numero viros ipsi supplicanti incognitos aduentantes circunspexisse, famulo quodam ante eos facem accensam gerente: in hos prætereuntes eundem Milonem, simulque Thrasonem & Caligulam strictis gladiis insultauisse: insultantibus fortiter reluctatum educto ferro famulum: quod quũ vidissent ipsum supplicãtem, & duos eius famulos AEgidium Gnathonem, & Ferdinandum Parasitũ enses exeruisse, non vt ferirent, [c] sed vt Miloni, & suis opem ferrent, si forte reluctantes sustinere non possent: deinde pluribus vltro citroque illatis ictibus, tres illos viros, quos postea audiuit nominari Crassum, Xenium, & plutum, humi prostratos, famulum nomine Dauum aufugisse, ipsum pariter supplicantem Milonem aliosque socios, atque illos

tres ſic relictos, dolore vulne-
rum, vel imperia medicorũ,
vel penuria medicamẽtorum
animam egiſſe. Quam ob cau
ſam, ipſe ſupplicans iuſtitiæ
rigorem, ius ſummum, & le-
gis pœnas veritus, ſolũ ver-
f tit, [f]redire nequaquàm au-
dens, niſi prius impetrata no-
ſtra gratia, vt ait, nos ſummiſ-
ſe ſupplicans. Quibus atten-
te penſitatis, hoc etiam addito
quòd idem ſupplicans nullũ
percuſsit, ſed inſcius in eum
caſum incidit, in eoque non
g doloſe[g] ſe geſsit, atque in cæ-
teris rebus omnibus probe ac
honeſte, vitæ ſemper integrę,
& inculpatæ, ſic verſatus, vt
nunquam infamia, aut mini-
ma labecula ſit conuictus, aut
notatus, nihilque reprehenſio
ne dignum commiſerit, gra-
tiam noſtram, & miſericor-
h diã impartiri [h]velimus. Qua-
re miſericordiam iuſtitiæ ri-
i gori [i] præferri cupientes, di-
cto ſupplicanti ignouimus,
remiſimus, indulſim9, & per
k has prę́ſentes ſpeciali gratia,[k]
plena poteſtate, regia autho-
l ritate [l] ignoſcimus, remitti-

m mus, & indulgemus m facinus
& caſum, cum omni pœna,
mulcta, offenſione corporali,
criminali, & ciuili, quæ præ-
dicti facinoris occaſione erga
nos & iuſtitiam incurrere po-
tuiſſet. Reuocamus inſuper
omnes, & ſingulas exilii pro-
clamationes, vadimonia deſer
ta, & contumacias, ſi quæ in-
ſecutæ fuerunt. Reſtituimuſ-
n que cum in integrũ [n] famæ,
& rumori in patriam, mœſtã-
que domum, atque illius bo-
o na non publicata, o ſatisfa-
p ciendo tamen parti ciuili, p ac
priuato delatori, ſi non ſatiſ-
fecerit. Et ſuper hoc ſilentiũ
perpetuum procuratori no-
ſtro præſenti, & futuro impo
nimus, noſtro verò præpoſi-
to, hiſdem prę́ſentibus damus
in mandatis: quia hoc facinus
in illius territorio patratum
q eſt, q & omnibus aliis noſtra-
rum iuriſdictionum, aut eo-
rũ vicariis quibuſlibet, quos
decebit, dictum Anippum
noſtra præſenti gratia, venia,
remiſsione, indulgentia vti,
frui, & gaudere plane ac pa-
cifice faciant: & ſuper hoc ei
mole

molestiã aut quoduis aliud impedimẽtũ nũc,& in posterum fieri nõ patiatur. Quod si iam impeditus fuerit,eũ relaxẽt,leuẽt,à reatu soluãt,Et quaten⁹ res sit valida,firma,& in perpetuũ stabilis,nostrũ sigillũ præsentibus duximus apponendum Saluo tamen aliis in rebus iure nostro, & alieno. r
Datũ in campo Martio,mense Nouembri anno domini M.D.XL. & regni nostri. xxvj. Visa contentor per Regem N. Conspectis etiam elogio & lite super hoc aduersus eum confectis, dicto remissionis diplomate, ab eo obtento superius exscripto ratione cædis illatæ in dictos defunctos, certis literis,ac tabulis transactionis,& acceptilationis celebratis inter litigantes ab H. & E. domini nostri regis in prædicta præpositura tabellionibus, receptis die.xxiii. mensis Ianuarii, anno domini M.D.XL. quibus constat viduas,& hæredes defunctorum cum Anippo trãsegisse,ac remisisse in perpetuum res omnes, de quibus agere possent, & eum persequi occasione illius illatæ cædis mille Franciscarum librarum summa: quam viduæ, & hæredes defunctorum fatentur recepisse. Auditis itaque aduocato, & procuratore domini nostri Regis in dicta præpositura, quibus nomine dicti domini elogium, actiones, diploma remissionis,tabulæ transactionis & pacti,fuerũt edita, ostensa,exhibita atque approbata: omnibus denique cõspectis,& consideratis cõspiciendis,& cõsiderãdis in hac parte,nos remissiõis diploma ab eo Anippo impetratũ secundum eius tenorem approbamus,admittimus,& interinamus. Quãobrẽ eius corpus,& bona, si qua capta, aut aliàs obuincta fuerũt,pure,ac plane liberari, ac dissolui edicimus per hãc nostrã sententiã, iudicium,& ius. In cuius rei testimonium præpositurae nostræ sigilli appensilis munimine has præsentes literas roborauimus,die.xxiii.Feb.anno. M.D.XL. Sic signatum.

Nota visum fuisse curiæ dictum Anippũ non posse ampliari prius, quàm ius redditum sit in alios, nec sententia ei pronuntiabitur, aut publicabitur hucusque, ne fortassis vrgeretur per conscios, & participes sceleris vltra confessionem in gratia scriptam, ita cogetur litis exitum operiri.

a 1 REGE IMPETRATO. † Ad solum regem pertinet remissionem aut indulgentiam concedere. l. vniuersis. C. de precibus impe
2 ra. offi. Ratio est, quia † solus idem princeps in suo regno potest legem transgredi in dispensando: vt. ff. de ritu nup.
3 l. qui in prouincia. §. diuus. † Quòd autem princeps possit legem transgredi, est verum, quando rescriptum siue concessio est talis, quæ non lædit alium, sed prosit petenti, vel crimen supplicanti indulgeat. His casibus refutari nõ
4 debet à iudice. † In aliis autem casibus rescripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari debent, vt suprà dictum est dicta l. rescripta. C. de preci-
5 bus imperat. offeren. † Et ea ratione rescripta, quibus crimen indulgetur, aut remittitur de ciuilitate impugnari non debent: cùm princeps legem transgradi possit dicta l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nuptia. Et nota, quòd in concedendo princeps, & senatus, æquipollet, quia senatus fungitur vice principis in hoc, & possunt dicere. Non obstante. l. ista vel alia, vt. ff. de aqua pluuia arcen. l. quod principi & lege finautem. §, fina. eo. & l. prima. §. interdum ff. à quibus app. non licet. Ita dicit glos.
7 in l. quo minus. ff. de flumi. † Princeps autem qualem, & super quibus habet potestatem: vide Bald. in dicta l. rescripta. C. de precibus imper. offer. & Barto. in proœm. ff. in verbo: omnem. in
8 prima constit. † Quæ verò sit potestas papæ: idem Bald. in d. l. rescripta. contra ius elicita ab omnibus &c.

b NOBILIS. † In delictis habetur ratio nobilitatis: vt xlj. distin. c. non cogantur.

c 10 AETATIS VIGINTI ANNORUM. † Habetur etiam ratio iuuentutis, vt trigesimatertia. quæst. secunda cap in adolescentia. & l. distinct. c. pœnitentes. & xvj. q. vij. c. hoc sit. & c. tempora.
11 † Ferè enim in omnibus pœnalibus iudiciis, ætati & imprudentiæ succurrendum est l. ferè. ff. de reg. iur.

d QVI LOQVEBATVR. † Hæc est facti narratio, in qua non debet abesse fides veri, alioquin esset restitutio obreptitia, si fraudulosum mendacium contineat, vt suprà dixi, per. l. sed & si hac. §. patronum. ff. de in ius vocando.
13 † quo casu mendax precator carere debet impetratis. dicta l. & si legibus. C. si contra ius vel vtilita. publicam.

e 14 NON VT FERIRENT. † Qui associauit percussorem, non vt feriret, sed vt percussori opem ferret, si fortè per aliorum violentiam impediretur, paulò minori pœna debet mulctari quàm percussor: cùm scriptum sit, qui potuit hominem liberare, & non liberauit

15 rauit, eum occidit.†Constat ab homi-
cidii reatu immunes non esse, qui oc-
cisoribus opem contra alios præstare
venerunt. c.sicut dignum.§.illi etiam.
extrà de homici.

f SOLVM VERTIT.† Si quis ea
16 mente sit,vt non impetrato auxilio do-
mum non reuertatur, nondum fugiti-
uus est,quia non solum consilii, sed &
facti,fugere est l.bouem, qui cornu pe-
tit. §. qui ad amicum domini depreca-
turus confugit.ff.de ædil.edic. & l. quis
sit fugitiuus.§. idemq; probat. & §. se-
quent.eodem.

g NON DOLOSE.†Vbi abest do-
17 lus in delictis, delinquens quantum ad
gratiam, innocens est, quia extra ani-
mum,& sine dolo deliquit. nam gratia
voluntatem,& animum requirit.Quan
tum autem ad legem,reus est, quia ope
ra lex quærit,vt cap. si quis non iratus.
18 xv.q.prima †nec minus ex culpa quàm
ex dolo quisquã tenetur ciuiliter, quo
ad priuatum interesse, actione legis
Aquiliæ, vt l. in lege.la secunda. ff. ad
19 leg.Aquil.Sic in l.Corn.de sica. † Iure
Communi habetur plus respectus ad
animum,quàm ad actũ. Sed lex Aqui-
lia,magis respicit actum, quàm animũ
vt videam⁹ ex quo ictu secuta sit mors,
non vt videamus animum principali-
ter,vt l.item Mela.§.sed si seruum plu-
20 res.ff.ad legem Aquil.† Et ideò tene-
tur actione iniuriarum erga hæredes
defunctorum, vt l.dominum. C.de in-
iur.& gloss.in §.iniuria.institu. de lege
21 Aquilia.† quorum damnorum & iniu-
riarum æstimatio ad iudicem spectat,
22 vt l.prima.§.spectat.ff.de iniur.†Arbi-
trari autem oportet hanc æstimationẽ
pro modo substantiæ personæ accusa-
tæ,vt l.lex Cornelia.§.fin.ff.de iniur.&
c.pen.§.fi.extrà de accus.& c. ex parte.
23 eodem. & l.fin.C.de ordi. cogni.†Spe-
ctatur etiam persona agentis,quantum
ad ius æstimationis, vt aliud in vilissi-
mo,& compedito, aliud in medii actus
homine ius æstimationis constituatur,
24 vt §. pœna autem.instit.de iniur. † Et
sic nota, quòd in delictis extrà animũ
commissis per impetum, aut lasciuiam
aut ebrietatem, aut latam culpam no-
xa nõ committitur inexcusabilis, quin
reus possit restitui per principem,quã-
do contrahitur maleficium, vt homici-
dium : vt pœna corporalis,& pecunia-
ria,quo ad publicum interesse, scilicet
fisci,non irrogetur:vt l.j.iuncta glo. C.
25 si aduersus delictum.†Si verò homici-
dium sit proposito & dolo commissum
erit præcisè pœna mortis sine redem-
ptione,Bald in d.l.nemo.C.de episcop.
audien.vbi dicit text. homicida, quod
26 fecit, semper expectet, † & ideò debet
puniri capite l.Cornel.de sica. non ha-
bita differentia, cuius conditionis ho-
minem interemerit.l.j.§.j.&.ij. ff. ad l.
27 Cornel.de sicar.†Nec debet restitui. d.
l.nemo.& adhuc homicida morietur
nec misereberis eius vt Deutero. xix
c.& c.primo extrà de homici.Et ad hoc
ordinatio noua domini nostri Regis
Francisci.168.& arti.171.

h ET MISERICORDIAM IM-
28 partiri.†Remissio siue restitutio in cri
minalibus,ex solius principis misecor-
dia imploratur & conceditur Bart.in l.
j.§.si quis vltrò.ff.de quæst.

i IVSTITIAE RIGORI.†Aeqtas
29 scripta, præfertur rigori scripto l.pia-

cuit.C.de iudi.

k SPECIALI GRATIA.† Quid
30 tam peculiare est imperiali maiestati, quàm humanitas per quam solam Dei seruatur imitatio? vt l.fi.C.de dona. inter vi.& vxo.

l REGIA AVTHORITATE.† Vi
31 de quæ dixi suprà in verbo vniuersis, super præsenti interinatione.

m REMITTIMVS ET INDVL-
32 gemus.† Is ergo parcere debet, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. l. si quis in hoc genus.C.de episco.& cle-
33 ri.† Proprium si quidem est imperiali beneuolentiæ omni tempore subiectorum commoda, tam inuestigare, quàm eis mederi, & procurare. l. imperialis.
34 C.de nuptiis.† Sicut bellanti, & resistenti violentia redditur, ita victori capto misericordia iam debetur vt capit. noli existimare, vigesimatertia quæstio
35 ne prima.† Itaq; quis tenetur parcere hosti suo, vt glo.in d.c.noli.& ij.q. quinta c.quantò.in fin. iuxta illud de Cæsare dictum, qui vincis semper, vt victis parcere possis.

Parcere prostratis scit nobilis ira leonis. Et ad hoc xlv. distin. c. discipli-
36 na. vnde Senec.li.de virtu.† Honestum & magnum vindictæ genus, ignoscere, vt glo.in c.j.in verbo, vlcisci. extrà de
37 postu.prælat.† & alibi.

Parcere subiectis & debellare supbos.

n RESTITVIMVSQVE EVM
38 in integr.† Damnatus, per remissioné, aut restitutionem in integrum, restituitur in pristinum statum, etiam quo ad honores, bona & famam, vt l.j.C.de senten.pass.& rest. vbi sunt hæc verba, restituo te in integrum prouinciæ tuæ. Vt autem scias, quid sit in integrum restituere, honorib9, & ordini tuo & omni-
39 bus cæteris te restituo.† Aliud autem est indulgentia, & quam remissio: quia indulgentia minor est, quàm remissio,
40 vt Bald.in l.ij.C.de senten.pass.† Nam indulgentia pœnæ tantùm gratiam facit, nec infamiam tollit, nec bona restituit sed quos liberat, no.vt.C.de genera abolit.l.indulgentia. & propriè dicitur gallicè. Ita dicunt tex.in l.ij.& l.generalis.C.de senten.pas.&.C.de his.qui notan.infam.l.ad tempus. Vnde Ouidius:

Pœna pôt demi, culpa perennis erit.

41 Vt glo.in d.l.indulgentia.† Et hoc verum, quando per indulgétiam sola pœna remittitur, tunc infamia remanet. dicit glo.in l.j.§.an autem.ff.de postulã. Sed secus est in remissione, † quia si quis famoso iudicio sit condemnatus, & per in integrum restitutionem fuerit absolutus, is infamia eximitur vt d. l.j. §.an autem.ff.de postulãt.& d.l.j.C. de sententiam pass.&.ff.de vsuris.l.videamus.§.in aufana. Ita soluit glo.in d.l.j. §.an autem.ff.de postulationi.† & sic infamia iuris tollitur, sed non facti. vt d. l.indulgentia.

o ILLIVS. BONA PVBLICA.
44 ita † Quid si bona fuerint cõfiscata, & data alicui per principem vel fuerint alienata per fiscum, posteà fuerit delinquens restitutus principem, an dictus restitutus reciperet bona iam alienata? Dic quòd non secundum Bal.in c. domino guerram.in ti, hîc finitur lex Corra. in vsib.feudo.& in additio.ad Bart. in l.j.§.si quis vltrò.ff.de q.quia restitutio principis non trahitur retro contra ius quæsitum alteri, vbi bona sunt iam alie

alienata.Pro quo est gl.in verbo,emancipatus esset,& hoc ibi dicunt Bar.Angel.& Imo.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthum.& glos.in l.j.
45 C.de senten.pas.& restit. † Dic tamen, quod sunt quædam bona,quæ deueniũt immediatè in aliũ per ipsam confiscationem,vt exemplum & tex.in auth.bona damnatorũ.C.de bo.proscr.Vbi dicitur,ꝙ bona damnatorũ acquiruntur hæredibus ascendentibus vsq; ad tertium gradum immediatè. Et ad illa bona intelligitur facta restitutio bonorum sup
46 plicanti.† Quædã verò sunt bona,quę mediatè veniunt per aliũ contractum quando scilicet fiscus rem confiscatam, vendidit alteri,tunc reus restitutus nõ restituitur ad res,& bona vendita arg.l.j.ne fiscus rem,quã vend.euincat.lib.x.
47 C.† Retractare enim fiscũ, quod semel vẽdidit,æquitatis honestatisq; ratio nõ patitur vt l.fi.eo.Intellige tamen, quòd verum est ꝙ bona iam alienata recuperari nõ possunt scilicet à possessoribus: sed à fisco,quatenus effect⁹ est locupletior,recuperari possunt vt d.gl.in l.j.C. de sentẽ.pas.alleg.Bar.in l.fi.C.eo.ver. pro declaratione huius.vbi vide plenè.
48 † Iure etiam canonico vbi quis restituit ad gratiã reuocatam, sine alterius præiudicio intelligitur restitutus.Vnde alteri ante restitutionem impetrãti restitutus præferri non debet,nisi hoc dictũ fuerit,vt c.quanuis,de rescriptis.in vj. Nam restitutio debet hoc tantũ operari vt nec prosit nec obsit huic,quod euenit vt gl.in d.c.quanuis.&.ff.de mino. l. ꝙ si minor.§.restituto.& ff.ex q.cau.ma.
49 l.j.in j.resp.† Dicto iure tñ põt restitui ad sua bona immobilia,si hoc dictũ fuerit per rescriptũ,& non quo ad fructus perceptos,& mobilia,& hoc põt Papa d. c.quãuis,iuncta gl.ibidẽ.c.pe. de præb. in vj.& in cle.quoniã.extrà de immuni. eccle.li.vj.vide Bal.in l.rescripta.C.de
50 preci.impera.offer.† Non tamen quòd princeps plerũq; in nonnullis causis ita inuerecunda petentiũ inhiatione scilicet frequẽti petitione,constringiť, vt etiã nõ cõcedenda tribuat quibus adhæredũ non est,nec rescripto quidẽ aduersus formã latæ legis loci aliquid decet relinqui.Si autẽ princeps suo iudicio,& proprio motu, nullo tamen desiderante,aut poscente. concedi quicquã voluerit,huiusmodi valeat liberalitas.
51 l.j.de petitio.bo.subla.li.x.C. † & sic valet rescriptũ proprio motu principis indultum vt Bal.in l.rescripta. C.de pre-
52 ci.impe.offer. † quædã enim inhonestè petunť quæ tamen honestè recipiunť.l. j.§.proinde.ff.de var.& extrà cogni.

p SATISFACIENDO TAMEN
53 parti ciuili.† Per remissionem à principe indultam nõ remittitur emenda. & interesse partibus ciuilibus cõpetentia. Nam indulgentia,siue priuilegiũ indultum per principẽ, intelligiť concessum saluo iure alterius,vt.j.videbitis in pręsenti remissione.& l.de curionibus. de silentia.li.xij.C.& l.si qua loca. de fun. & saltib.eo.& l.ex facto ff.de vul.subst. &Bal.in c.studuisti.extr.de off.leg.& c.
54 quãuis.de rescri.in vj.† Nec posset princeps concedere rescriptũ ex certa scientia, vt alicui auferat ius sibi quæsitũ ex iure naturali,siue gentiũ,ꝗa est immutabile vt insti.de iure natu.gent.& ciui. §.pe.glos.& ibi plenè doct.in l.quoties. C.de precib.impera.offeren.

IN

¶ In illius territorio pa-
55 tratum est.† Sic reus hodie per rescri-
ptum non potest trahere actorem ad
extraordinarium iudicem.l.in crimi-
nali.iuncta gloss.in verbo:habeatur.cir
ca medium.C.de iuris.om.iudi.& au-
thentic.qua in prouincia.C.vbi de cri.
agi opor.ibi:si ambo sint in prouincia,
illic omni priuilegio cessante,res expe-
diatur:& in authen.vt omnes obed.iu-
dic.prouinc.§.j.coll.v.quadrat huic sta-
tutū regiū nouissimū,art.170.&.ar.171.
56 †Iuris est etiam vt iudex cognoscens
de causa appellationis,non possit reti-
nere causam principalem:vt.c.j. de fo-
57 ro compe.in.vj.†nec potest cognosce-
re de principali negotio etiam de con-
sensu partium:nisi finito articulo ap-
pellationis,dicat:bene appellatum, &
malè iudicatum,quia tunc posset arti-
58 culum principalis causæ retinere.† Se
cus autem in papa,vel senatu,quia pos
sunt retinere causam principalē, etiā si
dictum fuerit bene iudicatum, & malè
59 appellatum.†Imò sine appellatiōe pa-
pa,Rex,vel senatus possunt inhibere iu
dicib.ne se intromittant amplius de
causa:sed ipsam causam,vnà cum par-
tibus,remittant ad regem,vel senatum:
vt glo.in.d.capitu. primo.de app.in v..
60 &.c.vt nostrū,eo.tit.in anti.† iudicium
soluitur vetāte eo,qui iudicare iusserat
vel etiā eo,qui maius imperium in ea-
dem iurisdictione habet:vel etiam si ip
se iudex eiusdem imperii esse cœperit,
cuius est,qui iudicare iussit.l.iudicium
61 soluitur.ff.de iud.† Vnde istæ euocatio
nes,q̄ quotidie fiūt de minori iudice ad
maiorē,fiunt virtute illius.l.iudiciū sol
uitur. prout dicit gl.in.d.c.j.de appe.
in.vj.& tales euocationes fiunt post li-
tem contestatam.d.l.iudiciū soluitur.

¶ Ivre nostro et alieno.

62 †Rescriptum siue priuilegium semper
intelligitur concessum saluo iure alte-
rius:vt not.in.l.decurionib.C.de silen-
tia.lib.xij.&.ff.de vulg.substitu.l.ex fa-
cto &.C.de fund.& salt.rei dominicæ.
l.si qua loca,lib.xii.& Bald.in.c.studui-
sti.extrà de off.legat.& in rubr.ff.de cō
stitutio.princip.†vbi priuilegium dici
tur priuata,lex quæ non egreditur per
sonam.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Seruum domino suo opitulari,& præsto esse,verisimile est.*
2 *Iudicandum non est ex suspicionibus.*
3 *Quæstio adhibenda est in criminibus,vbi facti veritas aliunde non potest erui.*
Et quando idipsum.nu.4.
5 *Quæstionis modus,situs est in iudicis arbitrio, non accusatoris voluntate.& nu.6.*
7 *Quæstio,grauior est pœna, quàm vtriusque manus abscisio.*
8 *Quæstio.quàm crudele sit tormentum.*
9 *Misericordiæ genus est citò occidere: acerbissima vero crudelitas,quæ pœnam trahit.& numero.10.11.*
12 *Quæstio non in omni causa,non semper, nec in quouis desideranda est.*
13 *Iudici integrum est de quæstione statuere. Et quibus nam illa non possit iure adhiberi. ibid. & nu.14.15.16.& 17.23.*
18 *Quæstio an & quando adferri possit innocentibus,decurionatus minuere defunctis, liberis eminentissimorum & antè acta vita integritate probatus& cæteris id genus.*
19 *Reatus omnem honorem excludit.*

Mino

20 *Minoribus.xiiij.annis,subijci non debent quæstioni,excepto crimine læsæ maiestatis.In aliis autem criminibus minus terrendi,vel ferula cædendi sunt.nu.27.*

21 *Minores.xxv.annis,torqueri non possunt, in caput alterius,nisi accusatio aliis argumentis extrinsecus fuerit impleta.*

24 *Quæstio an adhibenda sit ratione vnius indicij,an verò plura desiderentur,stat in Iudicis arbitrio & nume.26.*

25 *Legis verba de indicijs mouentibus ad quæstionem quomodo accipienda.*

27 *Indicia generalia & remota.per se non sufficiunt ad quæstionem inferendam.Secus.si fuerint vnita.nu.28.*

29 *Singula quæ non prosunt,multa iuuant.*

30 *Indicium vnum propinquum & tangens negotium præsens,sufficit ad quæstionem.& numero.31.*

32 *Indicia sufficientia ad quæstionem si defuerint,tortura præsentari po. est ad terrorem incutiendum accusato. Et qui id fiat.nu.33.*

34 *Reus vbi nullis argumētis & indicijs vrgetur instādum est accusatori,vt id comprobet quod intendit.*

35 *Iudex in interlolutoria potest damna & interesse in diffinitiua reseruare.*

36 *Expensæ,damna & interesse.cur reseruentur in diffinitiua,cùm in criminali veniat expēsarum refectio,vbi pœna in supplicio cōsistit.*

37 *Reū accusans criminaliter,eum fisco dicit obnoxium,non sibi.*

38 *Causa si fuerit criminali & pecuniaria,expēsarum refectio venit,quo ad partem ciuilem.*

39 *Sētētia calūniæ,dānorū,& expēsarū,ferri potest cōtra actorē nō psequitē vel defendētē litē*

40 *Iudex debet tā in ciuili,quā criminali ferre sentētiā ī loco maiorū suorū.&.n.46.li.42.*


41 *Prætor vbicunque salua maiestate imperij sui,soluaque more maiorum ius dicere cōstituit is locus rectè ius dicitur.*

43 *Sententia.que non est lata in loco maiorum, nec præsentibus officialibus,nulla &.Limit. nume.44.45.*

47 *Iudex delegatus,qui non habet locum maiorū deputatum.potest alibi iudicare.*

48 *Præpositus metatorum,per prouincias discurrens,potest etiā in agro iudicare.Nec ab eius sententia potest appellari.nu.49.50.*

51 *Reo denegantur cibus & potus eo die quo quæstionem subiturus est.*

a Onuocato cōsilio,[a] coramque omni in instrumēto litis inspecto, itum est in hanc sententiā , vt non posſit criminatio diffinitiuè termina ri,prius , quā quæreretur de Aegidio Gnathone, Ferdinando Parasito reis,tabellaris ideò sentētia sub hac fertur forma.

Iso litis criminalis processu corā nobis agitato, criminatione viduarū,& conquerentiū,procuratore regio nomine regis subscribente aduersus Girardū Milonē, & alios reos accusatos , carceri inclusos , indiciis , elogio , interrogationibus, confesſionibus,reuocationibus , commisſionibus testium,tabulis remisſioni

ſionis nobili Deſyderio Anippo conceſsit à principe, & omnibus viſis, cōſyderandis, audito ſimul procuratore regio, & peritorum cōſilio, Nos ediximus, & edicimus, ante, quā ad diffinitiuam iudicii ſententiam procedamus, per Aegidium Gnathonem, & Ferdinādum Paraſitū famulos Anippi quærendum de crimine, ad eruendam veritatem extraordinariè, & in ſe, & in alios torqueri, vt hoc peracto, & auditis accuſatoribus, ac regis procuratore, nomine eiuſdem in petitionibus, & intentionibus, ſecundum ius & æquum pro-
b nuntiemus, expenſis, [b] damnis, & eo, quod intereſt in finem reſeruatis, per hanc noſtram ſententiam, iudicium, & ius.
c Pronuntiatum in prætorio [c]
d litigantibus, xxviij. Feb. [d] anno. M.D.XL.

Quæſtionis executio, die, qua ſuprà:

a
1 CONVOCATO CONSILIO. †Conſtat per proceſſum, & confeſsionem Aegidii Gnathonis, & Ferdinandi Paraſiti reorum, quòd ſunt famuli prælibati Anippi. quod eſt primum indicium, & veriſimile, quod aſtiterint cum domino die facti & commiſsi criminis, de quo agitur. Secundò, idem confitentur ſe fuiſſe dicta die cum magiſtro, maximè Ferdinandus Paraſitus dicit ſe comitatum prædictum ſuum dominum poſt cœnam, à leone argenteo in cauponam baliſtæ, & idem Gnatho iuiſſe ante in dictam cauponam, quod fuit inter moras homicidiorum perpetratorum. Ideò nō multum poterant abeſſe à prædictis homicidiis. Tertiò, memoratus Anippus fatetur, & dicit eoſdem ſuos famulos ſecum aſtitiſſe in dictis homicidiis cū cæteris aliis, in cuius perſonam non eſt obiecta excep. Quartò, prælibatus Paraſitus confeſſus eſt audiiſſe minas pridie factas per Milonē, quas reticuit, vt conſtat in ſua confeſsione. Hic ſunt plura indicia concurrentia, quæ tamen nō concludunt quo ad condemnationem,
2 †cùm ex ſuſpicionibus non ſit iudicandum. l. abſentem. ff. de pœ. & Pan. in c.
3 iij. loco, ext. extrà de proba. † Ideò in criminibus ſcrutandis quæſtio adhiberi ſolet, interrogandiq; ſunt rei, vbi aliis probationibus veritas illuminari non poteſt. l. quoties. C. de quęſt. ad hoc facit ſtatutū regium nouiſsimū, ar. 163.
4 †Sed ita demum ad tormenta deuenire oportet, cū ſuſpecti ſunt rei, & aliis argumentis, ita probationi admouetur vt ſola confeſsio deeſſe videatur. l. j. ff. de quæſtion. †Et tunc iudex arbitrari debet modū quæſtionis, vt ita habeatur vt reus ſaluus ſit, vel innocētiæ, vel ſup-
6 plicio. l. quæſtionis. ff. de quæſtio. † Nō enī quāta accuſator poſtulat, habenda

ſunt

ſunt tormenta,ſed vt moderatæ rationis temperamenta deſiderant.l.de mi-
7 nore.§.tormenta.ff.eo.†Tortura ſiquidem grauior eſt pœna, quàm vtriuſq; manus abſciſio:vt in authen .vt nulli iud.§.fina.vnde Caſsio in lib.variarum
8 epiſtolarum. xlvj. † Non grauius eſt ſpem à te mortis expetere,quã tormẽtorum crudelia ſubſtinere.Inter ſupremas enim anhelatus anguſtias, potius eſt perire,quàm viuere: & deteſtabilis ſenſus pœnarum excludit dulciſsimæ
9 ſalutis effectum.†Et Seneca in libr.de beneficiis,miſericordiæ genus eſt citò occidere,quia tormentum vltimum finem ſecum affert.acerbiſsima vero cru-
10 delitas eſt,quæ pœnam trahit. †Et ad Lucilium epiſtola vigeſimaſecunda. Nemo tam timidus eſt,vt malit ſem-
11 per pendere,quàm ſemel cadere,†vnde facilius reperiuntur,qui ſe vltrò morti offerant,quàm qui dolorem patienter ferant:vt ait Iulius Cel.lib.vij. quẽ refert Luc.de pen.iu.l.quotiens. de di-
12 gnit.lib.duodecimo.C.†Hinc eſt,quòd quæſtiones non ſemper, nec in omni cauſa,& perſona deſiderandæ ſunt, ſed tãtùm,cum capitalia & atrociora ſunt maleficia,quæ aliter explorari,& inueſtigari non poſſunt,quàm per reorum quæſtiones:tunc efficaciſsimæ ad inquirendam veritatem æſtimãtur.l. edi-
13 ctum.ff.de quæſtio.†Si igitur certis indiciis ductus, veritatis inueſtigandæ gratia,ad tormenta putauerit iudex eſſe veniendum, tunc id demum facere debebit,ſi perſonarum conditio patiatur.l. milites.§. oportet.ff.eodem.Neque deflectens à iuſtitia indignatio iudicum,& venalis exigentium terror,

quid ſibi licere putet in eas perſonas,q̃ aut innocẽtia ſunt ſecuræ,aut principali honore ſunt munitæ,habet enim hãc laboris mercedem multorum munerũ, ſcilicet officiorum teſtimoniis commẽdata deuotio.Idémq; eſt, & ſi munera
14 decurionatus quis depoſuerit. †Nã & ipſe propter priſtinam dignitatem quæſtionem non patitur.l.nihil.C.de quæ-
15 ſtioni.†Decuriones certè ſunt earum omnino pœnarum exortes,quas fidiculæ,& tormenta conſtituunt.l. decurio-
16 nes.C.eodem.†Liberi etiam eminentiſſimorum,nec non perfectiſsimorum virorum vſq; ad pronepotes plebeiorum pœnis,& quæſtionibus non ſubiiciuntur,dumtamen prioris gradus liberos, per quos priuilegium ad vlteriorẽ gradum tranſgreditur,nulla violati pudoris macula aſpergat.l.diuo Marco.C.eo-
17 dem.†Nam grauitas perſonarũ,& qualitas præcedentis vitæ,elidũt huiuſmodi indicia,per quę plebeii,vel viles perſonæ veniunt torquendi : vt. l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milita.&.c. cũ in iuuẽtute,extrà de præſumptioni. Sed hoc poſſet intelligi de mediocribus delictis, vt in his ceſſet quæſtio.
18 †Nam in grauioribus delictis non haberet locũ,quod dictũ eſt ſuprà, qa hæ perſonæ etiã torqueri poſſent:vt. l. cũ cognitionaliter.C.de qõni.ibi:ſi priſtina fuerint ex tanto ſcelere argumenta, vt videantur accedere ad veriſimilitudinem cauſæ crimina ipſa quoque mulier torquebitur:neque enim ægrè feret,ſi torqueatur,q̃ veneno viſcera hominis extinguit.& leg.j.C. vbi ſenato.
19 vel clariſ.vbi dicitur,†ꝙ reatus omnẽ honorẽ excludit, imò aggrauat reatũ.

Secer

20 † Secernuntur etiam minores. xiiij. annis, à quæstionibus, quibus subiici non possunt, excepto crimine læsæ maiestatis: qui etiam ad testimonium, cùm res exegerit, torqueri poterunt. l. de mi
21 nore. C. de quæstioni. † In aliis autem, quàm in crimine læsæ maiestatis, terreri habena, vel ferula cædi possunt. l. j. §. impuberi. ff. ad Senatuscon. Syllani.
22 † Minores etiam vigintiquinque annis, in caput alterius torqueri non possunt: maximè, cùm nullis argumentis extrinsecus accusatio impletur. Non tamen consequens est, vt eidem minori sine tormẽtis credatur. Nam ætas, quæ aduersus asperitatem quæstionis eum tueri videtur, suspectiorẽ quoque eundem facit ad mẽtiendi facilitatem. l. ex libero. §. de minore. ff. de quæstionib. & l. in testimonium. ff. de testib. Notandũ est igitur secundum Bal. in. l. fina. ff. de
23 quęstio. quòd † in omnibus casibus tortura habet locum præcedentibus indiciis: nisi in criminibus in iure expressis: vt in. l. diuo Marco. C. de quæstio. &
24 l. milites. §. hac enim. ff. eod. † Sed nunc quærendum est, an plura indicia, aut vnum requirantur ad torturam? Dic quòd leges videntur loqui in plurali: & ideò quòd plura indicia requirantur. d. l. j. in princ. ff. de quæstio. ibi aliis argu. & l. vnius. §. j. & l. milites. eodem. & in glo. l. fi. ff. eod. videtur loqui in singulari, dum dicit: præcedente suspicione. & glo. in. l. si quis. C. ad leg. Iul. ma-
25 iestat. ibi: indicium enim. † Quamuis ergo leges loquantur in plurali: tamen hoc non cogit, nec infert, vt valeamus intelligere de pluribus indiciis: vt. l. ij.
26 §. homines. ff. vi bonor. raptor. † Vtrum ergo sufficiat vnum indicium an plura, hoc stat in arbitrio iudicis: vt. l. iij. §.
27 eiusdem. ff. de testib. † Nam possunt esse indicia generalia & remota, & ista non sufficerent sine aliis: vtputà, est homo malæ conditionis, est indicium talequale: vt. l. de minori. §. penult. ff. de quæstionib. Et illud non sufficeret ad
28 torturã sine aliis indiciis. † Sed si istud indicium esset vnitũ cum alio, vt quia est homo malæ conditionis, & conuersabatur in domo illa, certè ista duo indicia generant suspicionem. l. dominus
29 horreorum. ff. locat. & † sic quæ nõ prosunt singula, multa iuuant. l. rationes. &
30 l. instrumenta. C. de probationib. † Si autem indicium non esset remotum, sed propinquum & tangens negotium, de quo quæritur, vt vnus bonus testis de visu: prout in hac nostra materia, vbi Anippus deponit vidisse, & adfuisse homicidiis prædictos Parasitum, & Gnatonem eiusdem famulos. tunc tale indicium est sufficiens ad torturam: vt l. maritus. ff. de quæstio. Vel si est confessio facta extra iudicium: vel captus ibi. & dicitur, quòd est propter hoc: vt l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adulte.
31 † Tunc posset esse vnum indicium ita propinquum, quòd esset sufficiens ad torturam: secundum Bart. in. d. l. fi. ff. de quæstionib. vbi dicit, ita intelligi deberi glo. d. l. ibi: præcedente suspicione. & glo. in. d. l. si quis. C. ad leg. Iul. maiesta.
32 † Si verò absint indicia sufficientia ad torturam, in defectum illorum ad terrorem potest tortura præsentari: vt in authen. de manda. princ. §. & talem. & Bal. in. l. ij. C. quorum appella. non reci. & in cle. j. extrà de hæret. & c. j. extrà

de test

de testib.&.l.j.§.impuberes.ff.ad senat.
33 Sylla. † Modus autem præsentãdi torturam, debet fieri sine prolatione sententiæ: quia si diceretur in sententia, quòd ei præsentabitur quæstio, non esset ei curæ, quia sciret se nõ passurum. Si autem dicatur, quòd torquebitur, haberet vim sententiæ, & tunc licitè posset appellare. Reus ergo adducẽdus est ad locum tormentorum, & ostensis tripodibus, funiculis, & aqua, ei iniungatur se exuere indumentis. Et tunc debent ei fieri cõminationes de eum apprimè torquendo, fingendo eum ligare pedibus, & manibus, nisi dixerit veritatem. Et nisi illo terrore fateri velit, remittendus erit: quia vbi reus nullis argumentis vrgetur, in causa non facilè
34 tormenta adhibenda sunt: † sed instandum accusatori, vt id, quod intendit, comprobet, ac sic conuincat.l.vnius.§. in eo. ff.de quæstio.quòd si testis deficiat, innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio manifesta: vt.c.j.xxij.q.j. Concludendo igitur constat, quòd isti duo rei Gnatho, & Parasitus, qui plebeii sunt & viles personæ, satis argumentis vrgentur sufficientibus ad torturam.& ita mihi videi lima correctionis salua.

b EXPENSIS &c. † Iudex in inter-
35 locutoria potest damna, & interesse in diffinitiua reseruare: quia nõdum perfectus & instructus est processus: vt.l. terminato.ibi: victori causę restitui debere expensas, aut super his querelam iure competere.C.de fruc.& lit.expen.
36 & arg.l.Modestinus.ff.de sol. † Quæro autem quare reseruantur expensæ, damna, & interesse in diffinitiua, cùm in criminali non veniat refectio expensarum, quando pœna in supplicio consistit: vt Bal.in.l.non ignoret.C.eodem.
37 de fruct.& lit.expen. † Etiam, qui reum accusat criminaliter, nõ dicit sibi obnoxium, sed fisco: vt.l.agraria.ff.de termi. mot.&.ff.de popu.actio.super rubr.& l.iij.in prin.ff.de sepul.viola.dic quòd
38 † vbi causa est criminalis & pecuniaria, quando scilicet fit persecutio per fiscum ad finem criminalẽ, & per accusatorem ad finem priuati interesse, tũc venit refectio expensarũ, quo ad partẽ ciuilem: vt.l.cùm quidã. in verbo: obnoxios sibi.& ibi Bal.C.eod.de fruc.&
39 lit.expen. † Namque contra actorẽ non persequentẽ vel defendentẽ litem, vel pendentẽ potest ferri sententia calumniæ, damnorum, & expẽsarum.d.l.non ignoret. Dic hoc procedere à pœna cõfiscationis citrà: vt.c.calumniam.extrà de pœn.C.de fideius.l.j.&.l.tutelas.§.si libertate.ff.de capi.diminu.

c IN PRAETORIO. † Regulare
40 est, quòd iudex debet ferre sententiam tam in ciuili, quàm in criminali, in loco maiorum suorũ: aliàs non valet sententia: vt.l.cùm sententiam.C.du sent. & interlo.omni.iud.prætor enim vbi-
41 cunque † salua maiestate imperii sui, saluóque more maiorũ ius dicere constituit, is locus rectè ius appellatur: vt
42 l.pen.§.fi.ff.de iusti.& iure. † Potest tamẽ iudex ordinarius eligere sibi alium locum, & mutare illum: dumtamen publicè, & notoriè corã officialibus hoc faciat, & sit in suo districtu.i.iurisditione & territorio: quia omnis locus, qui est intra territorium iudicis ordinarii, locus maiorũ intelligitur: secundum Domi.de sancto Gemi.in.c.cùm

episcopus.de offi.ordi.lib.vj.& ita te- d
net Alb.de rosa.in.d.l.cùm sententiam.
C.de sent.& interlo.omn.iudi.vbi di-
43 cit tex.† quòd sentétia, quæ non est la-
ta in loco maiorum, nec præsentibus
44 officialibus, est ipso iure nulla. † Ex
partium autem prorogatione iudex po
test in alio loco, quàm in loco maiorũ
suorum ferre sententiam in criminali-
bus:vt.l.quæro.ff.de solu.Tutius tamẽ
est, vt ferat sententiam in loco maio-
rum:vt Bar.in.l.j.§.dies.ff.quando ap-
45 pel.sit.† Aut non fit prorogatio partiũ,
& tunc aut non potest iudex iudicare
in loco maiorum, ratione impedimen-
ti,timoris, vel suspicionis:& tũc potest
alibi iudicare,& sententia alibi lata,va
let:vt no.glo.in eo, qui iudicauit super
æquo.in.l.ij. C.de sent.ex peric.recit.
46 † aliâs autem si potest iudicare in loco
maiorum,& consueto, in illo debet iu-
dicare:aliâs non valet sententia.d.l.pe.
47 §.fi.ff.de iusti.& iure.† Si auté esset iu-
dex delegatus,qui nõ habet locum ma-
iorum deputatum,tunc posset alibi iu-
dicare : vt Bal.& doct.in.l.j.C.de sent.
ex peri.reci.& Spe.in tit.de senté.§.iu-
xta præpositionis seriem.versic.secun-
48 dò † iudex vel præpositus metatorum,
aliâs,marescalorum Fráciæ,discurrens
per prouincias,potest vbique, etiam in
agro iudicare:vt.l.prouinciarum.C.de
49 fer.&.l.constitutiones.ff.de appel.† nec
ab eo appellatur ex edicto regis. Vnde
ex perpetuo edicto aliquid decernitur,
id quod minus fiat, vel vbi res dilatio-
nem non recipit, non permittitur ap-
pellare.l.si res.ff.de appel.reci.vel nõ.
50 † Et sic vbi te inuenero,ibi te iudicabo:
vt Bal.in.d.l.prouinciarum.

XXVIII. FEBRVARII. † Ea enim die, qua quis venit torquendus, non datur ei ad comedendum, nec bibendum ante torturam, ne corpus ex cibo turbetur in ipsa tortura. Crassus enim venter tennem sensum gignit.l. quæ adulterium. iuncta glo.C.ad leg. Iul.de adult.& ita seruatur de consuet.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Reis pluribus stantibus vnius facinoris, à timidiore & iuniore auspicãda est quæstio.*

2 *Quæstio etiam auspicanda à suspectissimo, & à quo verum extortum iri est probabilius, quàm à quoquam reorum.*

3 *Iuramentum licitum est pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in alijs.*

4 *Iudex decurrere debet per omnia interrogationum & quæstionum vestigia & nu.5.*

6 *Iudicis diligentia subtilis, plurimum adfert in excutienda veritate.*

7 *Iudex curare debet scribi per actuarium præsentem, rei responsionem, motum, corporis gestum, & omnia acta in quæstione.*

8 *Rei plerũque in quæstione deficiunt ideò exuti vestimentis, crucis signaculo, se muniant, iudicis mandato nu.9.10. & vnde hic mos originem duxerit. nu.11.*

12 *Quæstio, quid.*

13 *Quæstionis verbo, quid veniat.*

14 *Reus sic torquendus est, vt innocentiæ vel supplicio saluus reddatur. & pœna iudicis in eo pecantis. nu.15.19.*

16 *Maleficij mala præsumptio.*

17 *Propinquus si modum excedat in corrigendo propinquo, tenetur.l.vna.C.de emendatione propinquo.*

18 *Officium non excusat iudicem peccantem.*

20 *Delinquere non videtur quisquam, nisi mali*

gnum

gnum delinquendi animum habuerit.

21 *Maleficia distinguūt voluntas & proposi-tum.*

22 *Crimen non contrahitur nisi interuenienti-bus proposito & voluntate nocendi.*

23 *Facto non noxæ imputantur sæpe, quæ ex improuiso casu potius, quàm fraude accidunt.*

24 *Princeps de officialibus suis bene præsumit, nisi contrarium edoceatur.*

25 *Iudex qualiter reum debeat interrogare. & nu. 26.*

27 *Reus repeti potest in quæstionē, non superuenientibus aliis indiciis, vt manifestet mandatorem & socios criminis.*

28 *Quæstioni subiectus in caput alterius vt testis & confessus, non potest reuocare confessionem.*

29 *Tortus si responderit suprà, quàm fuerit interrogatus, res iudicium fuerit, non interrogantis culpa.*

30 *Reo vltrò confesso non semper fides est adhibenda.*

31 *Perire volens, non auditur. Et ratio est quia nemo est dominus membrorum suorum. Liber homo. ff. ad leg. Aquil.* a

32 *Confesso de se & sociis non est credendum, nisi rationem euidentem vel verisimilem allegaris. nec ex illa confessione damnari potest. nu. 33.* b

34 *Reorum probationes, pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nisi quæ probatio religionem cognoscentis instruat.* c

35 *Confessio facta in tormentis, irreuocabilis est, nisi reuocans probaret clarè cōtrarium. contrariis indiciis eludentibus nu. 36.*

37 *Reus vnico & simplici indicio, in quæstionem vocatus, confessus. non adferendo euidentem rationem, vel verisimilitudinem, non facit fidem, nisi perseueret extra torturam.*

38 *Confessio rei spontanea, metu probationis, an fidem faciat.*

39 *Reus confessus metu tormentorum, nisi perseueret extra tormenta, fidem non facit. & nu. 40. & quid ibi nu. 42. 43. 44.*

41 *Torti in alium, vt testes, confessionem reuocare non possunt extra torturam.*

45 *Iudex moderatione tormentorum vti debet in reum, pro conscientiæ suæ modo, non pro accusatoris desiderio.*

46 *Iudex in quæstionis atrocitate & iniuria peccans actione iniuriarum tenetur.*

47 *Quæstionem quibus circumstantiis & modis iudex debeat metiri.*

48 *Reus confessus in quæstione, ad quem locum ducendus sit, vt repetatur domo super sua confessione. & quos ad id negotii debeat sibi iudex adhibere. nu. 49.*

50 *Iudicis arbitrio relinquitur, quanto temporis interuallo confessio rei in tormentis, & reductio ad perseuerandum, distinguantur.*



Erdinandus Parasitus iunior [a] alter ex famulis memorati Anippi, à carcere in conclaue consilii accitus, & exacto iureiurādo [b] rogatus [c] à me præposito &c. de vero dicendo, & reuelando homicidio in defunctos Crassum, Plutum, Xenium, perpetrato:

Dixit non interfuisse, proptereà nescire se, qui patrauerit tale homicidium. Tunc deductus est à tortoribus in loc

locum quæstionis, vt torqueretur: Ibique exutus omnibus vestimentis, supponitur quæstioni, Prius tamē adhortatus ad verum dicendum.

Dixit non alia, quàm quæ iam coram me confessus esset scire.

Hoc dicto venerabili signo Sanctæ crucis [d] se meo
d iussu munit, orans in nomine patris & filii, & spiritus sancti Amē, Deo omnipotenti, beatæ Mariæ virgini, & omnibus sanctis eius se commendando.

Tunc manibus, ac pedibus funi alligatus à tortoribus, ac tensus in aëre, resupinus ad pedes supponitur paruus tripus, quo magis extenderetur: deinde compresso torti naso eius ori ahenum primū aqua infundit, alter ex tortoribus, verumque ab accusando extorquere admittitur, [e] sed ille
e nihil confitetur.

Similiter infuso secūdo. iii. iiii. aquæ aheno, ille confitetur nihil.

Deinceps interrogatus, num sæpe dictæ Crassi, Pluti, Xenii cædi interfuisset? nū illam commisisset? num opem præstitisset, & à quo cōmissa?

Dixit cædi præsentem nō fuisse, Deos obtestans immortales.

Infuso. v. vi. aheno, idem omnia negat.

An AEgidius Gnatho [f] alter Anippi famulus adfuerit, suppetias tulerit, homicidiumque patrauerit?

Dixit nescire, credere tamen illum relicto communi hero Anippo, in vico sancti Honorati die & hora homicidii, recta domū in diuersorium balistæ ad sternendos lectulos, & digerenda singula præcurrisse.

Substituitur funi tripus alter maior, quo plus extenderetur miser, qui vehementer exclamans, hei, hei, cædi adfuisse, ensemque strinxisse ab negauit.

Infusum est ori eius septimum aquæ ahenum quam ferè euomuit sanguine mistam..

Rogatus an dicta die cædis

dis semper, maxime post coenam, vsque ad lectum hero adstiterit?

Dixit adstitisse, nec reliquisse, quemadmodum anteà confessus erat.

g Soluitur g miser à tormentis: & lotis manibus, iuncturisque brachiorum compositis, sublatus est in aliud cubiculum ad focum lucentem, vbi lecto ad terram strato positus & rogatus perseuerat in sua nouissima confessione.

Die sequenti mane.

Eductus item Parasitus à carcere in diem conclaue, & delato sacramento à me interrogatus de integro, persti-
h tit in sua confessione h ibi coram recitata, addens aut detrahens nihil.

a FERDINANDVS PARASI-
1 tus iunior. † Hîc duo rei torquendi. Et ita vbi vnius facinoris sunt plurimi rei, ita audiendi sunt, vt ab eo primum incipiatur, qui timidior vel teneræ ætatis videt. l. vnius.
2 ff. de. quæst. † A suspectissimo etiam est incipiendum, & à quo facilius verum sciri iudex credit: vt. l. j. ff. eo.
b IVRSIVRAN. † Iuramētum licitū
3 est pro veritate inquirēda, siue in testibus siue in alijs: vt. c. quāquā. xxiij. q. ij.

c ROGATVS. † Per omnia interroga-
4 tionum, & quæstionum vestigia iudex decurrere debet. l. super statu. C. de. q.
5 † & reum interrogare super quolibet indicio in informationibus contento. dicta, l. vnius. §. cogniturum, & l. custodias, & ibi Bald. ff. de pub. iudic. capit. quoniam contrà falsam, extrà de pro-
6 ba. † Iudicis siquidem in excutienda veritate plurimum subtilis diligentia adfert. Qua ex voce & sermone, & ex eo, qua quis constantia quid dicat, quædam ad illuminandum veritatem in lucem emergunt. l. de mi-
7 nore. §. tormenta. ff. de quæstio. † Et debet iudex describi facere responsionem, & quemlibet motum, & gestum corporis, & omnia gesta in quæstione per scribam: vt capitulo quoniam contra falsam, extrà de protio. & hoc, ne publica fides depereat: vt. l. gesta. C. de re iudi. Et per ordinationem regis Ludo. xij. articu. cxij.
d SIGNO SANCTE CRVCIS.
8 † Quia plerique in tortura deficere
9 solent: vt. l. quæstiones. ff. de. q. † Idcirco torquendus priusquam ligetur funiculis per tortores, in quæstiōis loco debet vestimētis exutus, se signaculo crucis in signire in fronte, & alijs mēbris, sic dicēdo: in nomine patris, & filij & spiritus sancti, amen. Na scriptura salutiferæ crucis signaculo fideies docuit insigniri: vt capitulo ecclesiarum. vn
10 decima distinct. † quod signaculū crucis in fronte, & alijs mēbris debet fieri: vt de cōsecrat. dist. iiij. c. posteà figura-
11 tur. & dist. v. c. nunquid. † Quod signaculū crucis, videtur traxisse originem ex veteri testamento: quia cū Angelus

deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum est filijs Israël vtrunque postem linire de sanguine agni, ad modum Thau literæ, quæ est admodum crucis T. legitur itaque in Ezechiele, quòd cum apparuissent sex viri vasa habentes in manibus, & quidã vir apparuisset in medio eorum habẽs atramentum ad renes, dixit Dominus ad eum: Signa Thau in frontibus dolentium & gementium, vt gloss. in. d. capitu. ecclesiarum. xj. dist.

c EXTORQVERE ADNITITVR.

11 † Ista quæstio est inquisitio, quæ fit ad eruendam veritatem per tormenta & corporis dolorem: vt. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. adijcitur. ver sicu. quæstionem. vbi dicitur, quæstionem intelligere debemus & tormenta, corporis dolorem ad eruendam veritatem. nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edi-
13 ctum, &c. † Et quæstionis verbo, etiam ea, quam ob malam mansionem dicũt, cõtinebitur: cum igitur per vim & tormenta habita quæstio est, tunc quęstio intelligitur. Sed & si iussu domini quis quæstionem habeat, modum tamẽ excesserit, teneri eum debere Labeo ait: vt. d. l. item apud Labeonẽ. §. quæstio-
14 nis verbo. † Sic ergo torquendus est reus, vt innocentiæ vel supplicio saluus reddatur. l. quæstio. ff. de quæstio.
15 † quẽ modum si iudex non seruat, tenetur ex hoc. l. si cõstante. §. si maritus. ff. solu matri. ibi attamen sæuitia, quæ in proprijs culpanda, in alienis coërcenda est, & l. sed & si quẽcunque. §. si ma-
16 gister. ff. ad le. Aquil. † Nec ꝓdest iudici, cũ tanquã iudex hoc fecerit, cum deliquerit. nã contra maleficiũ praue præsumitur actum: vt. C. de iniur. l. si non conuici, & l. j. C. ad legẽ Cor. de
17 sicar. † propterea si propinquus in corrigẽdo propinquum modũ excesserit, & sic membrũ debilitauerit, tenetur: vt
18 C. de emen. propin. l. vna, † nec iudicẽ excusat officium: quia sicut nec priuatis, ita nec magistratibus cõcessum est aliquod illicitũ facere. l. nec magistra-
19 tus. ff. de iniu. † Econtrà videtur, quòd iudex nõ teneatur: quia hoc facit exequendo officium suum, causa eruendi veritatem: non autem animo interficiendi vel debilitandi, ergo non debet
20 ex hoc teneri, † nemo enim videtur delinquere, nisi animum malignũ delinquẽdi habuerit: vt. l. sæpe. ff. de ver. & rer. signifi. ibi: ait nemo opere furtũ videatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec consiliũ habuisse nocendi, nisi & factum sequutum fue-
21 rit. † voluntas enim & propositum di-
22 guũt maleficia: vt. ff. de fur. l. j. † Tũc enim crimen contrahitur, cũ voluntas & propositum nocendi interuenit: non aliter: vt. C. ad leg. Cor. de sicar. l. j. ibi, crimen enim contrahitur, si & volun-
23 tas nocẽdi intercedat. † Cæterum ea, quæ ex improuiso casu potius quàm fraude accidunt, fato plerunque non noxæ imputantur, &. ff. de lib. homi.
24 exhib. l. iiij. §. j. † præsumit enim princeps bonũ de officialibus suis, nisi manifestè contrarium doceatur: vt. ff. de offi. præ. præto. l. vna. ad fi. ibi: credidit enim princeps eos, qui ob singularẽ industriã, explorata eorum fide, & grauitate ad huius officii magnitudinẽ adhiberentur, nõ aliter iudicaturos esse pro

sapien

ſapientia ac luce dignitatis ſuæ,quam ipſe foret iudicaturus.

F AN AEGIDIVS GNATHO. † Vi-
25 detur quod hic index delirat,cum non debeat ſpecialiter interrogare reũ, an dictus Gnatho homicidiũ fecerit, ſed generaliter quis id fecerit,quando in alium torquetur.alterum enim magis ſuggerentis,quàm requirentis videtur. dicta.l.j.§.qui quæſtionem.ff.de quæſt. Dic quòd eſſe verum,quãdo in alium tantum torquetur:vt.d.§.qui quæſtio-
26 nem.† Sed quando reus torquetur in ſe,ſuper facto proprio de ſe interrogari poteſt ſpecialiter:vt hîc: vt.d.l.j.§.
27 diuus.†Et etiam de ſociis,& in hoc eſt caſus ſpecialis,vt reus repeti poſſit in quæſtio.nõ ſuperuenientibus aliis indicijs:vt ſcilicet manifeſtet mandatorem,& ſocios criminis.text.in.l.& ſi Seruus.ff.ad ſenatuſ. Sylla. vbi dicit textus,et ſi certus ſit percuſſor, tamen habenda eſt quæſtio,vt cædis inueniatur mandator, vtique ipſe percuſſor quæſtioni dabitur,quanuis cæteri mãdatores puniantur:quanuis aliâs ſerui in caput domini non torqueãtur.Rectè tamen fiet quæſtio,etiam ſi hæredẽ accuſet ſiue extraneus hæres, ſiue ex
28 ſuis ſit,† & ſi torqueatur in alium,vt teſtis,& confeſſus fuerit,non poterit reuocare confeſſionem:per gl.in.d.l.edi
29 ctum.ff.de quæſtio.† quòd ſi reus dũ torquetur,amplius dixerit:quã interrogatus fuerit,rei erit iudiciũ,nõ interrogãtis culpa.ad.l.j.§.diuus Adrianus.ff.
30 de quæſt.† Sin verò reus vltrò fateatur,nõ ſemper eſt fides ei adhibenda: nõnunquã enim aut metu,aut aliqua de cauſa in ſe cõfitetur.d.l.j.§.ſi qs vltrò.&.l.in fraudẽ.§.fin.ff.de iure fiſci.
31 †nec perire volẽs,auditur.l.nõ tãtũ.ff.
32 de appel.†Neque etiã credendũ eſt cõfeſſo,de ſe,& ſocijs,niſi allegauerit euidẽtẽ rationẽ,vel veriſimilitudinẽ,quæ inſtruat iudicẽ,qa tũc publicæ vindictæ nõ erit ſubtradẽdus reus.l.ſicut.C.
33 de qõ.† Ita ꝙ ſi cõfitens fuerit cõfeſſus in tortura,nõ præcedẽtibus indicijs nõ allegãdo euidentẽ rationẽ,vel veriſimilitudinẽ,nunquã poteſt ex illa confeſſione dãnari:vt gl.mirabilis & ſingu
34 laris,in.l.pe.ff.de.q.† Quia cõfeſſiões reorũ ꝓ exploratis facinoribus haberi nõ oportet,ſi nulla probatio religionẽ cognoſcẽtis inſtruat.d.l.j.§.diuus Seuerus.ff.de.q.Si autẽ aliqua ſint indicia cõtra reũ,quæ cõiuncta ſunt cũ cõfeſſione,quanquã extorta,inducũt indubi
35 tabiliter veritatẽ.† Ideò nõ ꝓdeſt reo cõfitẽti reuocare cõfeſſionẽ extra tormẽta:qa eſt irreuocabilis:ſecũdũ Bal.
36 in.l.nõ hoc.C.vnde legit.† Et hoc niſi reuocãs ꝓbaret clare cõtrariũ per indicia cõtraria elidẽtia,vt.l.ciuile.C.de furt.& ibidem Bal.in.l.fin.C.de prob.
37 † Si aũt reus vnico & ſimplici indicio torqueatur,& cõfeſſus fuerit nõ allegãdo euidentẽ rationẽ,vel veriſimilitudinẽ,nõ ſtabitur illius confeſſioni,niſi ꝑſeueret extra torturã:vt.d.l.j.§.diuus Seuer'.ff.de qõ.&.d.l.ſicut.C.eo.& gl. in.l.j.ff.de cuſto.reo.&.l.ſi quis in ea. iũcta gl.C.eo.Azo autẽ in ſumma di-
38 cit,† aut ſi qs cõfitetur crimẽ ſponte metu probatiõis,& ſufficit vna cõfeſ-
39 ſio:vt.l.qui ſentẽtiã.C.de penis.† Aut cõfitetur metu tormentorũ,& requiritur,ꝙ perſeueret in cõfeſſiõe,extra locum tormentorũ:vt.l.ſi cõfeſſus.ff. de

custo.reo.& l.j.§.quæstioni.& §.si quis vltrò.ff.de quæst.Cy.in d.l.si quis in ea. & ita est consuetudo secundum Bar. in d.l.j.ff.de custo.reorum.Prout vidi pra
40 cticari Parisiis. † Oportet ergo, quod post confessionem factam in tormentis reus reducatur in locum publicum iudicii,scilicet in cameram cōsilii, si qua sit extra metum tormentorum,& ibi coram tabellione, aut scriba, & personis publicis confiteatur denuò: vt text.in l. ij.C.de custo.reorum.& Bar.in d.l.prima.§.diuus Seuerus.ff.de quæst.& per ordinationem regis Ludouici. xij. arti. xiij. quæ dicit, quod post diem, & noctem reus debet iterum interrogari, an perseueret. Tunc quæ tormentis,verberibus,& igne fatigati in se torti dicunt, veritas ipsa dici videtur si perseuerauerint extra torturam vt Tullius in To-
41 picis. Sed si in alium torqueātur,vt testes,confessionem reuocare nō possunt extra torturam:imò tenebit,vt glo.in l. edictum. in verbo efficacissimas. ff. de
42 quæstio.† Ratio autem,quare quis debeat perseuerare post tormēta in se tortus,ideò videtur esse,quia quæstioni fides non semper, nec tamen nunquam habenda est.res fragilis, & periculosa, quæ veritatem fallit.Ita quod plerique patientia, siue duritia tormentorum sic tormenta contemnunt, vt exprimi veri
43 tas ab eis non possit † Alii sunt tanta impatientia,vt in quouis mētiri, quàm pati tormenta velint,& ita fit, vt vario modo fateantur,& non tantùm se, verum & alios criminantur d.l. j.§. quæ-
44 stioni.ff.de quæstio. † Alii & multi indurantur habētes breuia scripta in brachiis,vt refert Par.de put.tract. de syndica.verb.tortura grauior.& apud eum dicit quidam magnus Theologus,quod si quis gestaret in dorso versum psalmi ij.contere brachium peccatoris, & maligni:quæreretur peccatum illius,& nō inuenietur.quod non confitebitur in tortura. Et dicit Albertus magnus in lib. de secretis naturæ,ꝙ lapis Mephites dictus à ciuitate,quæ dicitur Mephis tritus, aquæ mistus & datus in potum illi qui debet pati cruciatus, quòd inducit insensibilitatem pœnæ, vel cruciatus. Alii etiam dixerunt quòd bibendo apiū non sentiet dolorem.Hinc est, cū apud Tholosates agerem,vt patronus causarum in iurisdictione domini vicarii regii,vidi nonnullos torquendos ordinatione viuentis,& nunc defuncti domini Bertrādi iurium doctoris,necnon eiusdem vicarii locum tenentis, denudari, & pilos capitis & corporis eorūdem abradi ad euitandam prædictam suspicionem, qui quæstioni repetitæ ex nouis indiciis dati citò confessi sunt maleficium,cùm anteà diffessi fuerāt, & ideò sint ad hoc cauti,& intenti iudices.

g Solvitvr.† Iudices hoc tempe
45 ramentum teneri debent, vt tormenta immensa non sumant de aliquo, nec quanta postulauerit accusator:sed prout moderatæ rationis tēperamenta desiderant:adeò quòd tortus sanus.seu saluus innocentiæ,vel supplicio conseruetur vt ff.de quæst.l.de minore.§.tormēta & l.quæstionis modum.ff.eodem tit.
46 †aliâs tenebitur iudex actione iniuriarum,vt ff.de iniur. l. item apud Labeonem.§.quæstionis,ibi: sed etsi iussu domini quis quæstionem habeat,modum tamen excesserit, teneri eum debere La

beo

47 beo ait. † Sed super hoc nõ potest certa doctrina dari, sed iudex debet considerare cuius fortitudinis, vel debilitatis valetudinis aut ætatis sit, qui torquẽdus est, vt secundum varietatem personarum, & varietatem criminis seu alterius negotii qualitatem vtatur quanq; grauioribus qñq; minoribus tormentis. Quòd autem hæc sint considerãda probatur per iura, vt ff. de senatus. Silla. l. si quis i n graui, & §. subuenitur. ibi ignoscitur etiam iis, qui ætate defecti sunt, & l. j. §. impuberi. & §. impubes. ibi ætas enim excusationem meretur. ff. de eodem. ad Sillania.

h PERSTITIT IN CONFES-
48 sione. † Quæritur ad quem locum debeat duci reus tortus ad perseuerandũ? respon. quòd apud acta, vel alium publicum locum, prout in cameram consilii, & non in conspectum torturæ. Et ideò solemus nos iudices in perseuerantia facienda conuocare testes, scilicet tam clarissimos viros, quam patronos causarum iuxta l. custodias. ff. de publi.
49 iudi. in qua cauetur, † quòd iudex custodias personas auditurus, tam clarissimos viros, quàm patronos causarum, si omnes in ciuitate, vel prouincia quam regit, agunt, adhibere debet. Et sub publico testimonio iudex facit scribere perseuerantiam, prout in tex. Et ita fieri debet arg. l. ij. C. de custo. & exhib. reor. ibi, ita enim quasi sub publico testimonio cõmemoratio admissi criminis fiet.
50 † Quantum autem sit intermedium ab hora confessionis torti, vsq; ad horam reductionis ad perseuerandum, hoc nõ determinatur aliqua lege vt d. l. ij. C. de custo. reo. ibi, atq; post modum eductus apud acta audiatur. Sed illud relinquitur arbitrio iudicis, considerata qualitate personarum, & leuitate, vel grauitate criminis cùm enim tempus certum vel quid aliud non præsumitur à iure iudicis potestati relinquitur. vt ff. de iure delib. l. j. ibi, cùm dicit tempus, nec adiicit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quam diem præstituat, & ff. de statu. lib. l. j.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Quæstionis comminatio leuis à iudice reo facta, non habet vim tormenti: nec confessionem inde natam, vitiat, & nu. 2.*
3 *Confessio rei facta metu tormentorum, illusoria est, nec prodest, nisi fuerit constans.*
4 *Tormentorum metus præsens, quando dicatur.*
5 *Confessio dicitur facta metu tormentorum, vbi torquendus ducitur ad pedem torturæ, & vinciuntur retrò eius manus.*
7 *Paria sunt & æquipollentia, quo ad leg. Cor. de sica. hominem percutere gladio, & stringendo gladium, hominem adoriri.*
8 *Armorum tremor, sufficit ad pœnam leg. Cor. de sic. inferendam.*
9 *Reus si ductus ad pedem torturæ, non tamen fuerint ligatæ illi manus retrò, sed quæstionem iudex minetur, an confessio, delicti fidem faciat.*
10 *Confessio an dicatur facta metu tormentorum si iudex denegat reo cibum & potum, vel in imum carcerem trudat, donec confiteatur.*
11 *Confessio per motum & impressionem tormentorum facta, ad hoc vt dicatur sponte approbata, fieri debet per vnum diem & per vnam noctem, post tormenta.*
12 *Confessio facta in quæstione adhibita nullis*

cedentibus legitimis indicijs, non est sufficiens ad cōdemnationem quantumuis post fuerit ratificata.

13 Tortus non praecedentibus legitimis indicijs, si postea in confessione perseueret, notarius non potest scribere eum sponte confessum. aliâs secus. nu. 14.

15 Iudicis est arbitrium, quod & quantum interuallum debeat esse inter tortram, & confessionem repetitum.

16 Clericus an possit quaestioni subijci.

17 Iudex officio priuatur, si dolo vel culpa mandet torqueri senem, valetudinarium, vel alium quempiam id genus, qui vi tormentorum moriatur.

18 Confessio torti de cōsceleratis & socijs facinoris, an sufficiat ad eos comprehendendos vel torquendos.

19 Confessus de vno crimine, an possit de alio interrogari.

20 Reus diffessus in tortura delictum, est liberandus, tanquam indicia sint purgata.

21 Accusator damnum rependere debet indebitè & accusato & torto. & nu. 23.

22 Dominus agit contra calumniatorem serui sui.

24 Ingenui vel plebei, si verberibus fuerint lacessiti tormentisq; vexati, gratia testimonij, abolitionem iniuriarum, damni & interesse denegari oportet.

25 Indicia si fuerint manifesta quibus reus est tortus, accusantē excusant à calumnia. & numero. 26.

27 Iudex habens sufficientia indicia, contra accusatum, qui pluries tortus, nihil voluit confiteri nō debet ipsum diffinitiuè absoluere, sed debet concedere abolutionem accusationis.

28 Reo delato nihil confesso in quaestione, propter quod accusator tortus fuit, qui nihil probauit, quod de vtroq; iudex statuat.

29 Iudicis est arbitrium, indicia sint sufficientia vel manifesta, necne, ad quaestionem.

31 Quaestio an possit repeti. & nu. 32.

33 Indicia prouocantia quaestionis repetitionem, debent esse diuersi generis à primis.

33 Confessus in tormentis, an teneatur perseuerare in sua confessione extra tormenta.

34 Confessionem in tormentis, quaestionis repetitione adhibita, perseuerare cogitur in ea, nisi contrarium probet.

35 Iudex quomodo purget indicium illud, quod oritur ex confessione in tormentis facta, an eò adhibere debeat tormenta, donec ille perseueret.

Dicta die.



Egidius Gnato, alter Anippi famulus, euocatus à me Praeposito, è carcere in locum, vbi flagitiosi torquentur, ac commonefactus, nisi verum palàm fateretur, decretam ei esse quaestionem.[a]

Dixit veritatem se non tacitum, nec aliud scire, quàm quod paulò antè rogatus nobilis locutus fuerat. Tum assumptus est à tortoribus & ab eisdem exutus, positusque super lapide à pariete praeeminenti: nostro iussu signum crucis in fronte pollice pingit. & precatur in nomine patris, & filii, & Spiritus sancti, Amen

b men: deinde ligatis,[b] singulis pedibus, ac manibus funiculo, ferreis anulis trahitur, subiiciturque ad pedes paruus tripus, quo magis distrahatur, ac sollicitatur sacrosanctè de vero fatendo.

Is vociferans, Iesus morior: vos inquit, me interimitis, Sum ego clericus,[c] & sacris initiatus, peto ad meum iudicem ecclesiasticum, remitti.

c

Deinde superposito faciei strophiolo vdo, alter tortorum, compresso torti naso, primum aquæ alienum ori infudit, quam eructando miser finxit loqui velle, is laxato naso receptoque anhelitu in hæc verba erupit: ha morior,[d] mortuus sum: ego vitam exhalo

d

Adhortatus itaq;, ne quid veri reiiceret, cædemque cuius reus esset, agnosceret:

Dixit moriar ego potius, quàm tanta tormenta.

Secundò ingesta est ori eius secundi aheni aqua pressis naribus: quam aquam reuomuit, quantum potuit, nihil confessus.

Infusa est adhuc tertii aheni aqua, modo, quo memoratum est, totum se commouit tortus.

Rogatus quis homicidium commisisset,[c] committentive suppetias tulisset: e

Nihil voluit respondere.

Subiectus est per eosdem tortores magnus tripus tenso funiculo, vt corpus magis tenderetur, & miser grauius torqueretur.

Hei hei, confitear, inquit, heu quantam vim patior, siccine me decet nunc mori inconfessum, vis falsum tormentorum vi à me extorquere? O maledicti tortores estisne carnifices, aut iis crudeliores, qui me tam grauioribus, tam atrocibus excruciatis suppliciis: O Deus, erue me à circundantibus. Infusa est quarti aheni aqua, vt suprà.

Iam venter aqua intumescebat, eiusq; partem aliquam euomuerat, nec quicquam promere voluit. denuò. v. vj. aquæ ahenum exhausit diffitens omnia.[f] f

Solutus præterea, & remotus

tus est à quæstione, distorta membra composita, ac sublatus per dictos tortores super stratum ad focum, denique ad positum panis, & vini ientaculum.

FINIS.



Bsoluta iam vniuersa criminationis institutæ praxi, nobis primò dispiciendum est, ad quem modum qualiter & quibus modis, committantur maleficia.

Secundò, quibus modis, quantum ad notorium attinet eadem maleficia comprobari posint.

Tertiò, quis modus in irrogandis pœnis sit obseruandus, quæ singula ordine tractare in animo habemus, qbus peractis, finē imponem⁹ iudiciali huic disputationi.

a 1 DECRETAM EI ESSE quæstionem.† Si extra locum tormentorum iudex comminando reo torturam, prout hîc in textu, inferendo ei terrorem, quantum potest, si reus his auditis confiteatur non dicitur confessio facta metu tormentorum: quia leuis territio non habet vim tormenti, metus enim causa abesse videtur, qui iusto timore mortis, vel cruciatu corporis conterrito abest: & hoc ex affectu eius intelligitur, sed non sufficit quolibet terrore adductum timuisse, sed huius rei disquisitio iudicis est. l. metus. ff. ex quib. caus. maio,

2 † Leuis ergo territio, extra locum tormentorum facta illusoria est, artic. l. hæc autem satisdatio. ff. si cui plus, quàm per leg. Falci. ibi: nam iniquum erat omnimodo cauere nondum illata controuersia litis, cùm posint elusoriæ minæ fieri: ideoque eam rem prætor ad cognitionem suam reuocat: sed videtur sufficiens metus, cùm super hoc iam erat lata

3 sñia torturę.† Ideò non profit talis confessio, nisi sit perseuerata: argu. l. j. §. ex incendio, & l. Pedius. ff. de incend. ru. & naufrag.

b LIGATIS.

4 † Terrorem tunc aut metum tormentorum debemus accipere præsentem, & instantem torturæ, non suspicionem inferendi eius. l. metum præsentem. ff. de eo, quod metus caus. &

5 & leg. metum autem. ff. eodem. † Et tūc confessio dicitur facta metu tormentorum, vbi torquendus ducitur ad pedem torturæ, & ligantur eius manus retrò, & hoc casu non valet eius confessio, nisi perseueret extra locum tormentorum: vt suprà dixi. † quia lex æquiparat talē confessionem extortam metu tormentorum, confessioni factæ in tormentis: vi. C. quorū appell. non recip. l. iij. ibi: aut formidine tormentorū. & nota ꝙ ibi dicit formidine, nō autē dicit in tormentis, & idē sentit gl. ibidem. & ar. ff. de iniur. l. itē apud Labeonē. §. adiicitur versi.

versi-quæstionem.ibi.Quæstioné intelligere debemus & tormenta, & corporis dolorem ad eruédam veritatem.nuda ergo interrogatio, vel leuis territio,
7 non pertinet ad hoc edictum.† Vnde paria,sunt,& æquipollentia, quo ad leg. Corn.de sica.hominem percutere gladio:& stringendo gladium, hominem insultare.l.j.§.diuus.C.ad leg.Corn.de
8 sica.†sic sufficit terror armorum,etiã si quis armis vsus non sit.l.idem est.§.armis.vers.si qui armati.ff.de vi,& vi ar-
9 ma.†Quid autem, si quis ducatur ad pedem torturæ,sed non ligátur ei manus retrò,sed tantùm iudex minatur ei quæstioné,nisi cõfiteatur,& ob eas minas confessus fuerit.nunquid talis confessio videtur facta formidine tormentorum,vt dicamus confessionem non valere,nisi perseueret in ea? videtur ꝙ sic:arg.d.l.j.§.armati,&.d.l.metum præsentem.ff.de eo,quod met.cau.&,l.j.§. ex incendio,ibi: propter tumultum incendii,vel propter trepidationem incédii rapuit.ff.de incen.rui.& naufra.&.l.
10 Pedius,eodem.†Quid verò,si iudex denegat cibum,& potum reo,vel facit eũ contineri in arcto & stricto carcere, donec confiteatur:& ob hoc sit reus confessus? Dic quòd talis confessio videtur facta metu tormẽtorum: vt.ff.de iniur. d.l.item apud Labeonem.§.quæstionis, ibi.nam quæstionis verbo, etiam ea, quæ malam mansionem dicunt, conti-
11 nebitur.†Confessio ergo per metum, & impressioné tormẽtorũ facta ad hoc vt dicatur sponte approbata,debet fieri per vnum diem post,& vnã noctem post tormenta,alias dicitur facta metu tormẽtorum: quia ex vicinitate actuũ iudicandum est metum durare. Alexã. in consi.xcviij.nume.v.&.vj.in.iij.vol. & Bart.in.l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quęstio.& Angel.in.l.ij.C.de custo.reo &.c. lot.xxxj.q.ij.ca.j.extrà.quod met.caus.
12 †Itidem vbi aliquis est tortus,non pręcedentibus legitimis indiciis,confessio facta in tormentis,quantuncũque post eã ratificata,non est sufficiens ad condemnationem Alexand.in consi.j.nu. v.in.iij.volum.alleg.glo.iuncto.tex. in l.pen.ff.de quæstio,&.l.j.§.diuus Seuerus.ff.eodem.Ange.in.l.qui in aliena. §.Celsus.ff.de acquirend.hære.dicit ꝙ
13 †si aliquis sit tortus non præcedentibus indiciis,si posteã perseueret in confessione, notarius non potest scribere ipsum sponte confessum,si sciuit eũ tortum sine indiciis,quia præsumitur durare metus tormentorum.ideò tũc scri-
14 beret contra veritatem.†Si autem iusta indicia præcessiissent tormenta, tũc bene posset scribere notarius, ꝙ reus fuit sponte confessus, dummodò inter tormenta,& confessionem aliquod me-
15 dium interuallum interueniat, †quod interuallum qualе & esse debeat,relinquitur arbitrio iudicantis: vt not.in.d. l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæstio.& ita tenet Ioan.de Imo.in.d.§.Celsus.& idé Alexan.in consi.v.nume.j.primo volumine.Et consi.lij.nume.secundo in tertio vomine.
c Svm ego clericvs.†An cleri-
16 cus possit torqueri? dic quòd sic. C.de episcopis & clericis.l.presbyteri.&.xiiij quęstio.vjc.si res.& de hoc per Canonistas ic.c.j.extrà depositi.&.per Abbatẽ, in.c.cùm in contemplatione. de regul. iur.in antiquis,& gloss.in.l.fallaciter.§. quod

quod si ingenuorum.C.de aboli.in verbo:vexata.

d HAMORIOR.†Iudex,qui aliquem
17 torqueri mandat,si talis vi tormentorũ moriatur,eo fortè quòd erat antiquus, vel valetudinarius,vel aliàs,iudex ipse priuandus est officio,& aliàs puniẽdus si ob dolum.vel culpam hoc euenerit: vt not.in.l.Gracchus,C.ad legem Iul. de adult.& Barto.in.l.quæstionis.ff.de quæstionib.

e QVI HOMICIDIVM COMMI-
18 sisset.†Tortus si confiteretur.& aliquos tanquàm consceleratores,& complices criminis accusauerit, non propter hoc illi accusati essent prehendendi,vel torquendi, nisi superessent alia indicia,& adminicula probationum:induceret tamen præsumptionem modicam,vel non modicam secundùm qualitatem personarum,& si tortus perseuerauerit vsque ad mortem, & de hoc not.Cyn.in.l.fin.C.de accus.&.l.repe-
19 ti.ff.de quæstio.†Quæritur autem an confessus de vno crimine,possit interrogari de alio crimine?Dic quòd sic de consuetudine,si constet de eo crimine aliquantulum per informationem, quã consuetudinem approbat Bart.in hac materia,per hoc quod habetur in authentic.vt iudic.sine quo quo suffrag. §.oportet col.ij.

f OMNIA.†Vbi reus in tortura nõ cõ
20 fitetur delictum,venit liberandus,quasi indicia sint purgata:vt dicit Bartol. in leg.fina.ff.quæstio.Ideò quando ex tortura non potest crimen inueniri, videtur quòd tortus absolui debeat: quia licet indicia præcesserint torturam,nõ
21 excusatur accusator à calumnia:† & proptereà damnum læso contingens indebitè debet sibi emendare: secundum Bald.in.l.final.ff.de calumnia. & facit secundum eundem,quod not. in.l. penulti.C.de condi.ob caus.dat.&.leg. do
22 minus.C.de quęstio.†vbi dominus cuius seruus est tortus,agit contra calumniatorem, & quæ habentur in.l.sed si
23 vnus.ff.de iniur.cum similib.†vnde si reus aliquid iniuriæ tolerauerit,id est, si vel cárceres sustinuerit,vel tormenta,vel verbera,vel catenas, accusator non poterit ex hoc abolitionem obtinere cum effectu,nisi fortè ille,qui passus est,suum accommodauerit consensum ad petendam abolitionem:vt.l.fallaci-
24 ter.C.de abolit. † Quòd si ingenuorum,vel plebeiorum qui conscii, vel participes criminum non erant, gratia testimonii,corpora fuerint lacessita verberibus,tormentisque vexata,abolitionem etiàm duarum partium consensu petitam,denegari oportet,& crimẽ propositum,cuius examen tormentis iam cœperat,agitari oportet.d.l. fallaciter.
25 §.quod si ingenuorum†Si verò indicia sint manifesta,ex quibus reus est tortus,excusant accusantem à calumnia: secundum Bald.in.l.tertia.C.ad leg.Iu
26 liã.de adult.†Vnde reus tortus liberandus erit ab illa inquisitione tantùm,sed non diffinitiuè à delicto: secundũ Par. de put.in tractat.de sindico. in verbo visto,&c.not.per Saly.in.l.si hi,qui adulterii.C.ad.l.Iul.de adult.vbi dicit per
27 gloss.ibi positam,quòd† si iudex habet sufficientia indicia contra accusatum, qui pluries tortus,nihil voluit confiteri,non debet ipsum diffinitiuè absoluere,sed debet concedere abolitionem accusa-

cusationis: vt. C. de abo. l. ij. & idem tenet Sal. in. l. si quis alicui. C. ad leg. Iu-
29 liã. maiesta. vbi dicit, quòd † si reus delatus in illo crimine, nihil confessus est: propter quod accusator tortus fuit, qui nihil probauit, quòd iudex neutrum absoluet, sed rem indiscussam dimittet. Et ideò debebit liberari fideiussor, & non diffinitiuè absolui à crimine: quia possent superuenire alia indicia, & idem videtur tenere Salyc. in repe. l. si qui-
29 dem. C. de accu. † Et sic iudici pro animi arbitrio relinquendum, an sint indicia manifesta, vel non manifesta. l. iij. §. eiusdem, & §. tu magis scire potes. ff. de testi. ad hoc quadrat nouum statutum
30 regium, artic. clxiiij. † Vtrum quæstio repeti possit? dic quòd regulariter rei torti in se confessi, non possunt in caput aliorum torqueri. l. repeti. in fin. ff. de quæstio, nisi in caus. speciali, vt. s. torqueri possit sine nouis indiciis ad hoc, vt manifestet mãdatorem & socios criminis. l. & si certus. ff. ad senatusc. Syl-
31 la. † Si autem reus tortus nihil confessus fuerit in tortura, ex nouis indiciis torqueri potest, & repeti in quæstionẽ: maximè si ad tormenta animus corpusque durauit. vt. l. vnius. & d. l. repeti. ff.
32 de quæstio. † Hæc autem noua indicia debent esse diuersi generis à primis: ar. not. in. l. per hãc. C. de tempo. & separ. appe. & Barto. in. l. vnius. ff. de appe. cõ-
33 stit. reg. Lud. xij. ar. cxiiij. † Quærò autem, an propter confessionem factam in tormentis, quis teneatur perseuerare in illa confessione extra tormenta? videtur quòd si: secundum Bald. in. l. bonæ fidei contractibus. C. de reb. credi. versicu. Item, quæro de quæstione facta in tormentis, vbi dicit, quòd si talis confessio facta in tormentis præcedentibus indiciis reuocetur: tamen illa talis confessio illo modo facta inducit semiplenam probationem. Ita voluit gloss. in. l. secunda. C. de cust. reo. & ibi-
34 dem Bald. † & ideò nisi reuocans confessionem, probet contrarium, cogitur perseuerare in tali confessione, per repetitionem tormentorum: secundum d. Bald. in. d. l. in bonæ fidei. Barto. autẽ in. l. vnius. §. j. ff. de quæstioni. distinguit qualitatem indiciorum torturam præcedentium: videlicet aut indicia nõ erant multùm vrgentia, vel manifesta, & nõ repetetur quæstio: aut erãt indicia multùm vrgentia vel manifesta, & tũc repetet. & ita practicatur, secũdũ
35 eundẽ † Sed quomodo purgabit iudex illud indicium, quod oritur ex confessione in tormentis extorta, an iudex debeat adhibere tot tormenta, donec ille perseueret? & videtur, quod non, sed tantùm per secundam torturam purgetur: quia Bal. in dicta l. bonæ fidei. dicit quod ex tali confessione in tormentis, oritur semiplena probatio: per gloss. in d. l. ij. C. de custo. reo. Ergo per secundam torturam purgabitur illa semiplena probatio, sicut purgãtur alia indicia vt Bar. in. l. fi. ff. de quæst.

SVMMA CAPITA.

1 *Delicta facto, dicto, consilio & scriptura perpetrantur.*

2 *Proposito delinquunt latrones, societatem habentes.*

3 *Impetu quis delinquit, cùm per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum venitur.*

Delict

4 *Delictum casu committitur, cùm venando telum in feram missum, hominem interficit.*

5 *Delictum qualiter dicatur fieri proditoriè, & eo proposito. & nu. 7.*

6 *Insultus, id est, in alium saltus.*

8 *Prodere, est vnum actu ostendere, & aliud in mente gerere. & nu. 10.*

9 *Seruus punitur, si dominum deserat.*

11 *Delictum quando dicatur impetu committi.*

12 *Ebrietas magna extenuat delictum: parua verò delictum non minuit. numero 14. Et alia de ebrietate, vide infrà, numero 74. & 75.*

13 *Lata culpa in pœnis corporalibus non comparatur dolo: sed mitius punitur.*

15 *Sola ebrietas, est peccatum veniale.*

16 *Maleficium, quando casu committi dicatur.*

17 *Occidens hominem, & ille, cuius dolo factum est incendium, & qui furtiuè cum telo ambulauerit, animo occidendi aliquem, ad aliquem actum proueniendo, capite punitur: nec à principe restitui debet, nec mortis pœna ei remittitur.*

18 *Minor non restituitur, vbi dolus inest.*

19 *Non remitti pœnam, publicè interest, ne ad maleficia quisquam prosiliat.*

20 *Veniæ facilitas, incentiuum tribuit delinquendi.*

21 *Culpæ, in quibus culpa relaxatur delictum.*

22 *Iudex vbi compertum crimen non vindicat, tegere, vt conscius, crimina satagit.*

23 *Percutiens animo occidendi, pari pœna, ac si occidisset, plecti debet, licet vulneratus non decessit.*

24 *Animus punitur in delictis: licet non sequatur effectus.*

25 *Statuta & consuetudo regni Franciæ, non puniunt animum, nisi sequatur effectus.*

26 *Pœna personalis, requirit actum consummatum: minor verò delictum inchoatum.*

27 *Delictum, quomodo inchoatur.*

28 *Iudex ex officio quandoque mitigat pœnam.*

29 *Intellectus ad l. si quis cum telo. C. ad l. Cor. de sicar.*

30 *Affectus in leuioribus delictis non punitur, nisi sequatur effectus.*

31 *Affectus punitur licet non sequatur effectus, quando lex solum affectum sine effectu considerat.*

32 *In pœnis imponendis habetur respectus ad dignitates seu conditionem delinquentium.*

33 *Decurio inconsulto principe deportari non debet, nisi tumultus populi aliter sedari non posset.*

34 *Decuriones furcæ subijci vel viui exuri non possunt eorum quoque parentes vel liberi in eadem causa sunt. nu. 35.*

36 *Delinquens in gradu dignitatis vel status existens deportatur.*

37 *Capitalis damnatio, est mors, vel ciuitatis amissio, seu seruitutis impositio.*

38 *Excellenti in arte sua decapitando, consulto principe parcendum est.*

39 *Propter tumultum & scandalum aliqua post ponuntur & fiunt, quæ aliter non fierent.*

40 *Delinquentes in dignitate constituti, nobiles & barones decapitantur viles & infames cōburuntur, vel bestijs traduntur seu furca suspēduntur, & nu. 41.*

41 *Iudex inter pœnas mortis arbitrari potest.*

43 *Hominem per lasciuiam occidens, mitius punitur.*

44 *Occidens non animo occidendi, non punitur.*

45 *Culpa contrahitur, etiam si sine voluntate delinquendi delinquitur.*

46 *Incendiarij, qualiter puniantur.*

47 *Percutiens animo occidendi, pro homicida damnatur. Ei verò qui in rixa casu, sed non*

volens

voluntate homicidium admisit, pœna est le-uanda.

48 Lata culpa in criminalibus non æquipara-tur dolo

49 Animus non occidendi, qualiter probetur.

50 Dolus vel bona fides, sunt animæ passiones, quæ soli Deo notæ sunt.

51 Exteriora, animi indicant qualitatem.

52 Animus, ex percutiendi qualitate proba-tur.

53 Repercutiens percutientem, à pœna homici-dij non excusatur.

54 Percutiens immediatè percussorem suum, ad defensam facere videtur: & ibi ponuntur exē-pla.

55 Clericum percutientem immediatè repercu-tiens, excommunicatus non censetur.

56 Vim vi quando repellere non liceat.

57 Vim vi repellere licet incontinenti: non au-tem ex interuallo.

58 Qui causa defensionis & non vlciscendi dā-num dederunt, modum excedendo, & non ex proposito, innoxij sunt.

59 Vim factam personæ in ipso negotio defenden-do, non vlciscendi causa facere præsuma-tur.

60 Violentum interficiens, securus est.

61 Vim illatam rebus incontinenti & inferen-dam, vel quam citius quis scit, collectis amī-cis repellere potest.

62 Iniuriam personæ, ex interuallo repellere non licet.

63 In delictis per impetum aut lasciuiam, vel ebrietatem latam: aut leuissimam culpam si-ne dolo, & extra animum commissis, noxa non committitur inexcusabilis: quin reus per principem restituatur, quando maleficium cō-trahitur.

64 Occidens, ex consuetudine regni Franciæ, oc-ciditur: nisi per principem restituatur.

65 Statutum, quod occidens occidatur, intelligi-tur si dolosè occidit.

66 Ebrius vel lasciuus qui homicidium commi-sit, per quinquennium relegatur.

67 Qui disciplinando aliquem verberauit & oc-cidit, qua pœna puniendus sit.

68 Malefaciens, licet in dolo non sit: leuius ta-men quàm lege Cornelia de sicarijs, puni-tur.

69 Offendens tenetur actione legis Aquiliæ ad damna & interesse, actione iniuriarum erga offensum, ac eius hæredes.

70 Actione legis Aquiliæ nec minus ex culpa, quàm ex dolo quis tenetur.

71 Damnorum & iniuriarum æstimatio, ad iu-dicem spectat.

72 Malefucij ex culpa leui nemo tenetur.

73 Iniuriarum non tenetur, qui iocando alium percutit.

74 Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino in-dulgent.

75 Ebrietas euitanda est: per quam crimina ca-ueri non possunt.

76 Ebrius non secundum qualitatem delicti, sed quantum ebrietas illa, meretur damna-tur.

77 Temeritas facilitatis, inconsultusque calor, calumniæ vitio caret & ob id quempiam nul-lam pœnam subire oportet.

78 Quicquid calore iracundiæ vel fit, vel dici-tur, non prius ratum est, quàm perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse.

79 Lubricum linguæ ad pœnam facilè trahen-dum non est.

80 Vitæ vtilitas legum laqueis non innodatur.

81 Latronem insidiantem an occidere liceat.

82 Casus excusat aliquem à delicto.

83 Qui sagittando in loco soluto, transeuntem percussit non tenetur.

84 Miles, qui militando aliquem percussit, qua

tenus teneatur.

85 *Exercitio sibi non deputato, quis vti non debet.*

86 *Fraus & dolus, idem sunt.*

87 *Dolus, quid sit.*

88 *Dolus non probatur: sed indicijs præsumitur.*

89 *Dolus præsumitur præcedente inimicitia, vel causa prædæ.*

90 *Dolus ex indicijs perspicuis comprobatur.*

91 *Indicia non manifesta, dolum non concludunt.*

92 *Differentia inter dolum verum, & præsumptum, & culpam latiorem.*

93 *Minor à dolo malo non excusatur, sic à præsumpto.*

94 *Probationes in criminalibus luce meridiana clariores esse debent.*

95 *Dolus præsumptus, ad condemnationem non sufficit.*

96 *Præsumptionibus quis damnari non debet.*

97 *Ex præsenti præsumitur in præteritum, & violenta præsumptio, quam lex pro plena probatione habet confessioni partis æquiparatur.*

98 *Dolus quandoque bonus dicitur.*

99 *Culpa lata, quid sit.*

100 *Dolus præsumptus ex animo prouenit.*

101 *Delictum sine culpa commissum, pœna mortis non punitur.*

102 *Dolo causam mortis præbens, pœna mortis tenetur.*

103 *Ignorantia iuris, an excuset à lata culpa, & nu. 104. cum seq.*

104 *Ignorantia iuris, nocet in lucris, vbi Iurisconsultorum copiam quis habere potest.*

105 *Ignorantia iuris, in damnis non nocet.*

106 *Iuris naturalis vel diuinorum præceptorum ignorantia, culpam habet.*

107 *Ignorans prohibita culpa non caret.*

108 *Lata culpa licet absit versutiæ ignauiæ: tamen culpa contrahitur.*

109 *Culpa ignauiæ, quæ sit.*

110 *Culpam ignauiæ qui incurrant.*

111 *Furiosi & fatui, à culpa sunt seclusi.*

112 *Culpa versutiæ, quorum sit.*

113 *Culpa lata, leuis, & leuissima, qualiter inter se differant.*

114 *Culpa latior, quæ sit.*

115 *Culpa leuissima idem est, quod dolus manifestus.*

116 *Culpa leuis, qualis sit.*

117 *Depositarius non tenetur de culpa leui, nec leuissima, nisi ex ea maleficium contractetur.*

118 *Leuissima culpa, quid est.*

119 *Furtum sine leuissima culpa fieri non potest.*

120 *Conductor licet de leuissima culpa teneatur de incendio, non tenetur, quando diligentiam adhibuit.*

121 *Maleficium quandoque ex leui & leuissima culpa contrectatur, sed leuius punitur.*

122 *Aromatarij temerè dantes vel vendentes res nocituras, lege Cornelia de sicarijs tenentur.*


123 *Culpa leuissima, venit in legis Aquiliæ actione.*

124 *Dominus Aquilia tenetur pro seruo, qui vulnerauit vel occidit.*

124 *Scientia pro patientia habetur.*

126 *Casus, in quibus quis ex leuissima culpa, lege Aquilia non tenetur. & nu. 127.*

Quibus modis committantur maleficia.



NIMADVERTENdum † primò, quatuor modis delicta perpetrari. Scilicet facto, dicto, consilio, & scriptura: vt ff. de

ff.de acti.& obli.l.ex maleficiis.&.l.aut facta.ff.de pœn.Et hæc committuntur, aut proposito,aut impetu,aut casu.

2 PROPOSITO † scilicet, dolo delinquunt latrones,qui factionem scilicet, id est societatem cum aliis habent.

3 IMPETV, † scilicet culpa lata,cùm per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum venitur.

4 CASV † verò,scilicet culpa leui,& leuissima, cùm in venando telo in feram misso,hominem interfecit.l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.

5 PROPOSITO † antecedenti,quandoque committitur delictũ:& hoc contingit duobus modis. Primo, insultando: vt.l.is qui aggressorem. C.ad leg.

6 Corne.de sicar.† Est autem insultus, in alium saltus: vt.l.j.§.cùm arietes. ff.si quadr.pauper.fecis.dicat.

7 SECVNDO † modo committitur delictum ex proposito proditorio, vt

8 ff.ad leg.Iul.maiest.l.iij.in princ.† Est autem prodere, vnum actu ostendere, & aliud in mẽte gerere:vt.l.j.ff.de prȩuaric.Exemplum, vt si ego veniens tecum,tanquam socius itineris, nulla interueniente rixa te percutio, non possum dici contra te fecisse insultum:sed dicor hoc fecisse proditoriè.quia aliud gerebã in animo, quàm quod gerebam in actu.Tex.ad hoc in.l.fi.de delat.lib.

9 x.C.vbi dicitur,† si seruus dominũ accusauerit, siue detulerit in exemplum omnium proditorum,seuerissimæ sententiȩ subiugari debet:etiam si obiecta probauerit, excepto crimine maiestatis: quia aut in metallũ seruus damnatur,aut etiam ad mortem.& ibi glo.

10 SECVS † autem,si esses mihi inimicus:ita quòd essent inimicitiæ inter te, & me:quia si te percusserim, nõ videor te proditoriè percussisse, cũ illud quod facio,in actibus ostendebã anteà me tibi deseruire velle: ideò cauisse potuisses:vt.d.gl.in.l.fi.de delat.Cùm scriptũ sit:nũquàm credes inimico tuo in ȩternũ.sicut enim atramentũ,æruginat nequitia illius:vt Eccl.xij.c.& Spe.in tit. de citat.§.sequitur.iuxta illud Italorũ: *cum inimico reconciliato no te fidare.*

11 IMPETV † delictum contrahitur, quãdo inter duos simul instãtes oritur subitò rixa,seu propter verbũ nouum, vel contentionẽ nouiter emergentẽ,seu propter ebrietatẽ:vt.l.si in rixa. ff.ad.l. Cor.de sica.&.d.l.aut facta.§.qualitate. ff.de pœn.& in tali maleficio nõ potest dici insultus cõmissus,nec factũ prodi-

12 toriũ,sed impetus. † Ebrietas ergo magna extenuat delictũ:non autem in totum excusat:vt.l.omne delictum.§.per vinum.ff.de re mili.vbi dicitur:per vinum,aut lasciuiam lapsis capitalis pœna remittẽda est.sed militiæ mutatio irroganda est:& sic minus punitur,quàm si nõ inebriatus deliquisset. Punitur tamẽ eo, quod fuit in culpa lata inebrian-

13 do,† quæ culpa nõ punitur in criminalibus,tãquàm dolus,sed mitius arbitrio iudicis:vt.l.lege Corne.§.j.&.l.in lege.

14 ff.ad leg.Corn.de sicar.† Ebrietas verò parua,non minuit delictũ:vt in diuina scriptura habemus exemplũ de Loth, quem inebriauerunt filiæ eius,& se nescienti immiscuerũt. Quapropter culpandus quidẽ fuit: non tamen quãtum ille incestus, sed quantum ebrietas illa merebatur, cùm nesciret filias suas esse propter ebrietatem : vt cap.inebriaue-

15 runt.xv.qō.j.& glo.ibidē dicit.† quod sola ebrietas,est peccatum veniale:al-leg.§.criminis.xxv.distin.Et sic maleficium per leuem ebrietatem,seu calorem leui mente turbata, non tamen exilio mentis,dicitur impetu factum: id est,non appensate,& de liberate:sed incōsulte,& subito motu.& minor dolus,quàm si cum deliberatione scelus esset perpetratum : vt iuribus suprà allega.

16 † CASV autem maleficium committitur,sine dolo,& animo:& tunc est impunibile,vt.l.si fortuito.ff.de incendi-rui.& naufra. vbi dicitur:Si fortuitò incendium factum sit, venia indiget: nisi tam lata culpa fuit,vt luxuriæ,scilicet latæ culpæ,aut dolo sit proxima: vt.l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio.& d.l.respiciendū.§.delinquunt.ff.de pœnis,&.ff.de præuar.l.pen.

DISTINCTIO autem pœnarum in his tribus casibus,est hæc.

17 † QVI propōsito,id est,dolo hominē occiderit,cuiusve dolo malo incendiū factum fuerit,quive hominis occidēdi furtive faciendi causa ambulauerit, perueniendo aliquem actum , punitur capite,scilicet lege Cornelia de sicariis,non habita differentia,cuius cōditionis hominē interemit.l.j.§.j.&.ij. ff. ad legem Corneliam de sicariis. Nec debet restitui per principem,nec pœna mortis ei remitti.l.nemo deinceps.

18 & ibi,Bal.C.de episco.audient. † Etiā minor vbi inest dolus non restitueretur,cum malorū mores,infirmitas animi non excuset.l.j.C. si aduers.delict.

19 † Interest reipub.si quidem ne pœna facilè remittatur,ne ad maleficia quisquam prosiliat.l.si operis.C.de pœnis.

20 † Nam facilitas veniæ,incentiuum tribuit delinquendi.xxiii.quæstio.iiii.ca. est iniusta,& extrà de vit.& honest.cle-

21 ric.c.clericorū.† Quinimo sunt quædam culpæ,in quibus est culpa,relaxare vindictam:vt cap.j.extrà de postul.

22 prælat.† Ideo vbi iudex compertum crimen non vindicat,tegere,vt cōscius criminosa,festinat.l.ij.C.de commerc.

23 & mercat.† Igitur si quis quē percusserit animo occidendi, pari pœna debet plecti,ac si occidisset,licet vulneratus nō decesserit.l.j.§.diuus.ff.ad leg.Cor.

24 de sica.† Nā in delictis punitur animus,licet non sequatur effectus: vt.l.si quis non dicam rapere.C.de episco.&

25 cleric.&.c.furtū.xiiij.qō.vj.† Iure autem municipali,& cōsuetudine regni Franciæ regulariter non punitur animus,nisi sequatur effectus,& punitur tātum homicidiū subsecutū.Idē tenet Bart.in.l.si in rixa,&.l.j.§.diuus.ff. ad legē Cor.de sicar.& Ang.de malefic.in verbo:in platea cōmunis,vers.tu autē.

26 nu.31.† Pœnę ergo personales.s.amissiones vitæ,& membri,requirunt actū consummatū.Sed pœnæ minores non requirūt delictū cōsummatum , sed inchoatū.ff.de extraord. crimi.l.j.§. qui puero.in verbis:perfecto flagitio,punitur capite,imperfecto, deportatur . & Bald.in.l.si quis non dicā rapere.C.de

27 episc.& cle †Inchoatur autē delictum statim,quod conatus trāsit in aliū.i.in contumeliā alterius , & non ante:licet finalis effectus nō sequatur.Et hoc potest contingere dupliciter. Primo , per actum remotum à principali delicto, sicuti est insultus ad homicidiū faciendum,

dum,vel per actum propinquũ,sicuti
est vulnus.Actus ergo verbi,& actus
28 facti remotus,minus punit.† Sed act⁹
propinquus acrius punitur.Iudex tamen ibi ex officio mitigat pœnã:vt.ff.
de pœnis.l.si quis aliud.§.nondũ, &.l.
29 aut facta.§.euentus.ff.eo. † Nec obst.
l.is,qui cũ telo.C.ad legẽ Cor.de sica.
quia ibi delinquens punitur eadẽ lege:
nõ tamẽ eadẽ pœna,ac si cõsummasset
delictũ:vt no.Gul. de cuneo,in.d.l. si
30 non dicã rapere.† In leuioribus etiam
delictis nõ punitur affectus,nisi sequatur effectus.l.j.fi.ff.quod quisque iur.
31 † Sed illa regula non procedit in delictis,in quibus lex solum affectũ considerat: vt Bar.in.l.generaliter.§.j.ff.de
32 calum.† Redeundo autẽ ad pœnã huius legis Cor.de sicar.sciendũ est,quod
pœna huius legis est,vt qui cędem cõmiserunt sponte,doloue malo in honore aliquo positi,deportari solẽt in insulam.Et qui secũdo gradu sunt,id est
33 humiliores, capite puniunt.† facilius
hoc in decurione fieri potest:sic tamẽ,
vt & consulto prius principe & iubente id fiat,nisi forte tumultus aliter sedari non possit,vt.l.qui cædẽ,&.l.eiusdem.§.pe.ff.ad leg.Cor.de sica.&.l.diui fratres.§.j.& fi.ff.de pœnis,&.l.j.§.
j.ff.de bonis eorũ,qui ante sentẽ.mort.
sib.consciue.&.l.moris.§.sed enim.ff.
de pœnis.vbi dicitur, Sciẽdũ est discrimina esse pœnarum:neque omnes ea-
34 dem pœna affici posse.† Nam in primis decuriones furcæ subijci,vel viui
exuri non possunt.Et si forte huiusmodi sentẽtia affecti fuerit,liberãdi erũt.
Sed hoc non potest efficere,qui sententiam dixerit.verum referre ad principem debet:vt ex authoritate eius pœ-
35 na,aut permutetur,aut liberetur.† Parentes quoque,& liberi decurionũ,in
eadem sunt causa,vt.d.l.mortis. §. parentes,& hoc ratione dignitatis,vt.d.l.
j.§.fin.ff.ad leg.Cor.de sica.&.l.honor
36 veteranis. C.de pœnis.† Ideo vbi persona delinquens est in gradu dignitatis.vel status,vita debet ei concedi ex
benignitate dispensationis,sed tamen
debet capite puniri,scilicet deportari:
vt.ff.de incend.rui.& naufra.leg. fina.
37 † Capitalis autem damnatio,est mors,
vel etiam ciuitatis amissio,vel seruitutis impositio.l.rei capitalis.ff. de pœnis,& leg.ij.de pub.iudi.&.ff.de bono.
possess.l.edicto.§.fieri autem capitalis.
38 † Excellẽti etiam in arte,qua excellit,
quãdo est optimus artifex,& valde vtilis Rei publi.ei decapitando parcitur,
cõsulto prius principe:vt.l.ad bestias.
ff.de pœnis.Si autẽ aliter populus sedari non possit,venit decapitandus:vt
dicta.l.qui cædẽ.l.eiusdem.§.pen.ff.ad
39 leg.Cor.de sica.† & sic propter tumultum,& scandalũ aliqua postponuntur
& fiunt,quæ aliter nõ fierent:vt in capitu.de his verò.l.distinctio.& capitu.
40 placuit.de cõsecra.distin.j. † Si verò
delinquens est in dignitate constitutus,cui ex qualitate delicti per legem
imponitur pœna mortis,debet decapitari:vt.l.capitalium.§. solent. versicu.
nonnunquàm.ff.de pœnis. Et Bald.in
lege data opera.C.qui accusa.non pos.
41 † Et potest iudex inter pœnas mortis arbitrari,an igni subijciat,vel furcæ,vel decolletur:quia gratiam facere potest pœnæ,non vitæ,sed leuioris,
prout dictauerit sibi æquitas arbitra-

rij, ſecundum dignitatem, ſecundum ætatem, ſecūdum merita prioris vitæ, vt.l.quid ergo.§. pœna grauior.ff. de his, qui nota.infami.&.l.& ſi ſeuerior. C.ex quib. cau. infami. irrog.&.l. aut damnū.§.proinde ibi:nec liberā mortis facultatē concedendi. ff. de pœnis

42 † Viles ergo perſonæ, vel infames cōburuntur, vel beſtiis lacerandæ tradūtur, vel furca ſuſpenduntur: ſed nobiles, & barones decapitantur, ſecundum Bald.in dicta.l.data opera, &.l.in ſeruorum.§.primo.ff.de pœnis.

43 † Qvi impetu autem, vel per laſciuiam cauſam mortis præbuerit, ſcilicet per latam culpam, mitius punitur, quàm ſi dolo deliquiſſet: quia non punitur capite. ſcilicet legē Cor.de ſica. ſed relegatur in quinquennium: vt.l. lege.§.cum quidam.ff.ad legē Cor.de

44 de ſica.† Exemplum eſt, vt ſi quis hominum occiderit, ſi non animo occidendi hoc admiſerit, abſolui poteſt ab accuſatione legē Cor.de ſicar.vt.l.j.§.

45 diuus.ff.eod.† Culpa tamen contrahitur, etiam ſi ſine voluntate delinquendi deliquerit: vt.ff.ad.l.Aquil.l.qui occidit.§.pe.&.ff. de minor.l. ſi ex cauſa.§.ſi mulier.& glo.in.l.j.C.ad legem Corn.de ſicar.&.l.eum, qui.C. eodem.

46 † Aliud exemplum eſt, ſi quis ædes aceruumve frumenti combuſſerit, vinctus verberatus igni necari iubetur, ſi modo ſciens, prudenſque id commiſerit. Si vero caſu, id eſt, negligentia, aut noxam, ſcilicet damnū ſarcire iubetur, aut ſi minus idoneus ſit, leuius caſtigabitur, quàm ſi dolo commiſiſſet.l. qui ædes.ff.de incend.rui.& nauf.& ita pu

47 nitur negligentia, vt ibidem.† Aliud exemplum, ſi quis gladium ſtrinxerit, & in eo percuſſerit indubitate occidēdi animo, id eum admiſiſſe conſtat, & ideo pro homicida damnandum. Sed ſi claua percuſſerit, aut cū cucuma in rixa, quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leuiāda eſt eius pœna, qui in rixa caſu magis, quàm voluntate homicidium admiſit.d.l.j.§.di-

48 uus.ff.ad legē Corn.de ſicar. † Ratio, quare mitius puniatur, qui culpa lata deliquit, quàm qui dolo eſt, quia lata culpa in criminalibus nō æquiparatur

49 dolo: vt.l.in.l.leg.ff.eodem.† Sed quęrit glo.in.d.l.j.C.ad legē Cor.de ſicar. quomodo probetur illa negatiua, quod quis nō animo occidendi occiderit? Reſpondet glo.quòd illa negatiua poteſt probari per præſumptiones, probando amicitiam, & affinitatem, & qualitatē occidentis, & etiam per iuramentū purgationis, alleg.in arg.l. præſenti.§. ſic vbi.C.de his, qui ad eccle.confug.&.l.

50 ſi non cōuicij.C.de iniur.† Dic quòd dolus, vel bona fides, nō ſunt niſi paſſiones animæ, quæ ſoli Deo ſunt notę, vt not.per gl.in.§.aliæ, Inſtit.de actio.

51 † & ideò nobis non ſunt cognitæ, niſi per exteriora, quæ indicāt animi qualitatē: vt.ff.de ſupellec.lega.l.Labeo.§. idem Tubero.&.ff.quib.cau.in poſſeſſ. eatur.l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.in

52 gloſ.vide Cepol.in conſi.xxxj.† In cōtrarium autem probatur animus occidendi, ex qualitate percutiendi: debemus enim inſpicere prius propoſitū, vtrum fecit ex propoſito, an fecerit in rixa, vel ex quodam impetu. Si in rixa fiat, debemus inſpicere, quo genere teli percuſsit, an gladio, an baculo, vel lancea.

lancea. Et si lancea, aut ferro, an hasta cum baculo. & si baculo percussit in capite, aut in alia parte corporis: vt dicta l.j.§.diuus & ibi Barto.ff.ad legẽ Cor. de sicar.& ibi glo.&.l.j.&.iij.C. eod. & glo.in ca.significasti.extrà de homici.
53 † vnde si aliquis ab aliquo percussus mox percutientem ligone repercussit, quanuis vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittant: vt.l.j.C.vnde vi.&.c.vt famæ.§.vlti.extrà de sen. excommu.quia tamen id debet fieri cũ moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam: sed ad iniuriam propulsandam, non videtur repercutiens à pœna homicidij penitus, excusari, tum ratione instrumenti quo percussit, quod cum graue sit, nõ solet leuem plagam inferre: tum ratione partis, scilicet capitis, in qua fuit ille percussus: in qua quis de modico ictu letaliter solet lædi: vt.d.c.significasti.in fi. extra de homi.
54 † Si tamen repercutiẽs se defendens ex proposito non excedat modum, non tenetur: xxiij.quæstio.iij. c.non inferenda. Exemplũ. Caupo seu tabernarius, in semita noctu supra lapidem lucernam posuerat, & quidam preteriẽs eam sustulerat. Tabernarius eum consecutus, lucernam reposcebat, & fugiẽtẽ retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolo inerat, verberare tabernarium cœperat, vt se dimitteret, & ex eo maiore rixa facta tabernarius ei, qui lucernã sustulerat, oculum effodit. Cõsulebatur, num iniuria damnum dedisse videretur? Respon. nisi data opera oculũ effodisset, non videri damnũ iniuria fecisse. Culpam enim penes eũ, qui prior flagello percussit, residere: sed si prior ab eo nõ vapulasset, sed cũ ei lucernam eripere vellet, rixatus esset, tabernarij culpam factã videri.tex.for.in.l.si ex plagis.§. tabernarius.ff.ad.l.Aquil.
55 † Similiter etiam, si quis modum excedendo, nõ tamen ex proposito clericum repercuteret, non censeretur excommunicatus: arg.extra de sentẽ.excommu.c. perpendimus. vbi cauetur, quod quidam sacerdos fuit laqueo suspensus: licet degradatus non fuisset, text.etiam in capit. olim.le.j.extrà de resti.spo.
56 † Est tamẽ argumentum contrarium, quod nõ liceat vim vi repellere: vt.xlvj. distin.c. seditionarios. &.xxij.q.j.§.j.&.c.j.&.q. iij.§.j.& extrà de homicid.c. suscepimus, &.xxiij.q.iiij.c.inter querelas. & C.de episc.& cleric.l.si quis in hoc genus. Respond.ad hoc, quod vim vi repellere licet, vt iur.suprà alleg.
57 † tamẽ quedã sunt cõsideranda in repulsione, scilicet vt incontinenti fiat, & non ex interuallo, vt.ff.de vi & vi armat.l.idẽ est.§.eum igitur.& extrà de sent.excõ. c.si vero.
58 † Item, si causa defensionis, & non vlciscendi: vt.ff.ad legẽ Aquil. l.sciẽtiam.§.fin.&.xxiij.q.j.c:quid culpatur.& cum moderamine inculpatæ tutelæ. Tamẽ si quis modum excedat, & non ex proposito: non tenetur: vt in Concor.præd.iur. Alij, vt Ala.& Ioã.
59 sic distinguunt.† Aut fit vis personæ, aut rebus. Si personæ, tunc antequam vis sit illata, repellenda est. Et si quis vim factã repellat, potius præsumi debet, quod defendendi, non vlciscendi causa hoc fiat: dummodo in ipso negotio fiat.d.l.si ex plagis.§. tabernarius. Et hoc si percussor volebat denuo percutere

cutere. Alioqn si nolebat ipsum repercutere, & alter percussit, potius dicetur esse vindicta, quam repulsio iniuriæ, & hoc æquum videtur. Seruat enim moderamen, si illud fiat tantùm quo obmisso violentia repelli non posset. † Si ergo violentum interficis, sic quòd periculum mortis ab eo euitare non possis, eum sine pœna interficis, vt ff. ad leg. Aquil. l. iiij. &. C. ad legem Corne. de sicar. l. si quis percussorem. & l. ij. eodem

60

61 † Si autem vis infertur rebus, licitum est repellere vim illatam incontinenti, & inferendam, vel quam citius sciuerit & poterit collectis amicis vt. ff. de acquir. possess. l. quod meo. §. vlt. & l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. & extrà

62 de restitu. spol. c. olim. † Iniuriam verò iam illatam personæ ex interuallo repellere non licet, quia sic esset vindicta & sic intelliguntur contraria, vt gl. in c. significasti, extrà de homicid.

63 † In delictis ergo per impetum, aut lasciuiam, aut ebrietatem latam aut leuissimam culpā sine dolo, & extrà animum commissis, noxa non committitur inexcusabilis, quin reus restituatur per principem, quando contrahitur maleficium, vt homicidium: vt pœna corporalis, & pecuniaria, quo ad publicum interesse scilicet fisci non irrogetur, vt l. j. iuncta glo. C, si aduers. delict. & l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re mi

64 lita. † Et notanter debet restitui per principem de consuetudine regni Franciæ, qua quis morti subiicitur, vbi hominem occiderit siue dolo, siue impetu, siue culpa lata leui aut leuissima culpa nisi restituatur per principem. Et hæc consuetudo imitatur ius diuinum, dicēs qui occiderit, occidatur: vt Exo. xxj. capitul. & glo. in c. si quis nō iratus. xv. q. j. & in addi. ad Bar. in l. nemo deinceps. C. de episco. aud. Pau. de Cast. tamen in

65 d. l. nemo, dicit, quòd † licet statutum dicat, quod qui occidit, occidatur, debet intelligi, si dolosè occidit, & ita plures

66 iuuasse dicit consil. cccxviij. † Iure tamen ciuili, si quis per lasciuiā aut ebrietatem hominem occiderit, non restitutus per principem, non punitur l. Cornelia de sicar. sed tantùm relegatur in quinquennium, vt l. leg. Cornel. ff. ad l.

67 Cornel. de sica. † Vnde si quis non iratus, sed propter disciplinam aliquem verberauerit, vel colaphum alicui dederit, & casu occiderit, sicut fieri solet, quantum ad gratiam innocens est, quia extra animum, & sine dolo deliquit, quia gratia voluntatem, non opus requirit. Quātum ad legem, reus est, quia opera lex quærit, vt dicto capit. si quis non iratus. xv. q. j. Si autem dolo hominem occidisset, teneretur pœna mortis leg. Cornel. de sic. l. qui cædem. & l. eius

68 dem. ff. ad legem. Cornel. de sicar. † Vbi ergo contrahitur maleficium, licet in eo non sit dolus, punitur tamē propter leuem vel leuissimam culpam, sed leuius, quàm lege Cornel. de sica. vt suprà dixi. l. absentem. in fin. ff. de pœ. Et hoc ratione mali exempli. l. si quis ali-

69 quid. §. qui abortionis. ff. eod. † Et siue quis sit restitutus siue non tenetur tamen actione legis Aquiliæ ad damna & interesse, & actione iniuriarum erga offensum, aut eius hæredes, vt l. sed & si ff. ad leg. Aquil. & l. dominum. C. de iniur. & glos. in §. iniuria. institut. de leg.

70 Aquil. † Nec minus ex culpa, quàm ex dolo

dolo quisquam tenetur actione legis Aquiliæ, vt l. in lege la secunda. ff. ad le
71 ff. ad legem Aquil. † quorum damnorum & iniuriarũ æstimatio ad iudicem spectat: vt l. j. §. spectat. ff. de iniur.

72 VIDETVR. † quòd vbi contrahitur maleficium ex culpa leui, nemo tenetur, vt institu. quibus mod. re contrahi.
73 obliga. §. pen. † vnde si quis per iocum alium percutiat, aut dum certat, iniuriarum non tenetur, aut si hominem liberum ceciderit, dum putat seruum suum in ea causa est ne etiam iniuriarum teneatur vt d. c. relatum. xv. q. j. lapsi etiã per vinum, aut lasciuiam apud sapientes iudices venia quadam facta donantur. Nam quę sobrii cauemus, per ebrie
74 tatem ignorantes committimus. † Nesciunt enim, quid loquantur, qui nimio vino indulgent, verùm sepulti iacent.
75 leuitatis tamen damnaт̃ authores, † quoniam euitanda est ebrietas, per quam crimina cauere non possumus, vt c. sa-
76 nę. xv. quæst. j. † Ita quòd ebrius non secundum qualitatem delicti, sed quantum ebrietas illa mereтur, damnatur: vt cap. inebriauerunt Loth. d. xv. q. j.

77 TEMERITAS. † igitur facilitatis, inconsultusq; calor, calumnię vitio caret, & ob id quempiam nullam pœnã subire oporteт vt l. j. ff. ad senatuscons.
78 Turpil. † nec quicquid calore iracundię, vel fit, vel dicitur, nõ prius ratũ est, quàm si perseuerantia apparuerit animi iudicium fuisse. l. quicquid. ff. de re-
79 gulis iur. † Nam lubricum linguæ, ad pœnam facilè trahendum non est, quã quàm temerarii digni sint pœna. l. fa-
80 mosi. ff. ad l. Iul. maiest. † Hinc est quòd quidam à iudiciaria seueritate præstãtur immunes, quos vitæ vilitas dignos legum obseruatione non credidit, nec innodantur legum laqueis. l. quæ adulterium. C. ad l. iul. de adul.

81 QVI † casu hominem, puta qui latronem insidiatorem occiderit, non tenetur nec. l. Cor. de sica. nec. l. Aquil. scilicet ad damnum, & interesse, si aliter periculum effugere non potuit. Nec is
82 quidem lege Alia tenetur, † qui casu occidit, si modò culpa eius non inueniatur. Nam alioquin non minus ex culpa quàm ex dolo quisque lege Aquilia te-
83 netur. † Itaq; si quis dum iaculis ludit vel exercitauit, transeuntem traiecerit seruum alienum, distinguitur, nam si id à milite in campo eo, vbi solitum est exercitari admissum est, nulla culpa eius intelligitur. Si alius, quàm miles
84 tale quid admiserit, reus culpæ est † Idẽ iuris est de milite, si in alio loco, quàm qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit, vt §. iniuria. & §. item si putator. institu. de lege Aquilia.
85 † Non enim debet quis vti exercitio sibi non deputato, vt glo. in d. §. iniuria, alleg. arg. in authen. vt hi, qui obligat. habe se perhib. §. fin verò tacuit. colla. vj. & l. idem iuris. in fi. ff. ad leg. Aquil. & glo. in l. respiciendum. §. deliquit. ff. de pe. & l. pe. ff. de præuaric.

SED quia suprà locuti sumus de delictis, qui committuntur dolo, culpa lata, leui, & leuissima. Quæro quid sit dolus fraus, lata culpa, latior culpa, latissima culpa, leuis, & leuissima culpa, & ex quibus quis teneatur vel non?

86 SCIENDVM. † est, quòd fraus, & dolus, idem sunt, quia fraus inest dolo, sicut species in suo genere, vt ff. de pact.

iurisgentium.§.sed si fraudandi,& ff.de his qui not.infa.l.j.

87 DOLVS † verò,est machinatio studiosa ad decipiendum,fallendumq; alterum,adhibita manifestè.l.prima.§.ij. ff.de dolo.† Sed cùm dolus consistat ex animo,non potest probari, sed ex indiciis præsumitur:vt l.dolum.C.de dolo.

89 † Præsumitur enim dolus quando præcessit inimicitia,vel causa prædæ, vt l. capitalium. §. qui ob inimititias. ff. de pœnis. Sic ergo videtur, quòd omnis dolus sit præsumptus, & nullus sit do-
90 lus manifestus, Respondet, † Quædam sunt indicia manifesta, & illa probata inducunt dolum manifestum:vt d. l.dolum.C.de dolo,vbi dicitur, quòd dolus ex indiciis perspicuis comprobatur. Quæ autem sint indicia,satis perspicuè
91 inferius enucleabimus.† Quædam autem sunt indicia,seu presumptiones nō ita manifestæ,nec dolum omnino concludunt,& ista de necessitate non inducunt dolum,sed præsumptiuè:vt ff.mā. leg.si procuratorem.§.dolo, & l. dolus.
92 eodem.† Est autem differentia inter dolum verum,& dolum præsumptum , &
93 culpam latiorem , † quia minor à dolo malo nō excusatur.l.vnica.C.si aduersa.delict.A dolo autem præsumpto,excusatur,vt l.j.§.fi.& l.vbi.iuncta glo.ff. de eden.& l.j.§.aduersus.ff.de noui ope.
94 nuntiat. † Cùm ergo in criminalibus causis requirātur probationes luce meridiana clariores.l. sciant cuncti. C. de
95 probationibus,† dolus præsumptus nō
96 sufficit ad condemnationem.†quia nō debet quis ex præsumptionibus damnari,vt ff.de pœnis.l.absentem , nisi fortè hoc exprimeretur in iure ex aliqua causa : vt. C.de adult.l.si hi, qui adulterii.
97 vbi dicitur,†quòd ex præsenti præsumitur in præteritum,& violenta præsumptio,quam lex pro plena probatione habet æquiparatur confessioni partis,vt authen.si quis ei.C.eod.

98 DOLVS† quandoq;dicitur bonus qui pro solertia, & astutia accipitur , & non punitur,veluti, si aduersus hostem latronémve machinetur , vt l. j. §. non fuit prætor contentus.ff.de dolo.

99 CVLPA† lata verò est non intelligere, quod omnes intelligunt : vt ff. de verborum signifi.l.latæ.& l.quod Ner-
100 ua.ff.depositi.iuncta gl. † Si ergo lata culpa venit ex ignorantia,ergo lata culpa non est fraus præsumpta , seu dolus præsumptus,qui prouenit ex animo vt
101 ff.de dolo l.j. & ideò † delinquens per latam culpā,mitius punitur, quàm qui dolo deliquerit,vt si quis per lasciuiam aut impetum scilicet per lata culpam, causam mortis præbuerit, tantùm in quinquennium relegatur vt l.lege Cor
102 nel.ff.ad legem Cornel.de sica.† vbi si dolo causam mortis præbuisset,teneretur pœna mortis.l.Cornel.de sica.l.qui cædem.& l.eiusdem.§.pen.ff.eodem ad
103 leg.Cornel.de sicar.† Ignorantia autē iuris,an à lata culpa excuset? Nos distinctione necessaria eam rem temperare possumus. Aut enim quæritur , an ignorantia iuris noceat,aut in latā cul-
104 pam incidat.† Quantum ad primum, in lucris iuris ignorantia nocet , maximè si Iurisconsultorum copiam habere aut sua prudentia quisquam instructus esse potuit.l.regula.§.sed iuris.ff.de iur. & fact.igno.& l.bonorum possess.& l. ij. §.fina.ff.quis ordo in bo. pos. seruetur.

IN

105 In † damnis verò ea ignorantia in vniuersum non nocet.l.iuris.ff.de iu.& fact.ignoran. Quo ad secundum casus admittuntur, in quibus ignorantia iu-
106 ris latæ culpæ ascribi potest.† Nam iuris naturalis, vel diuinorum præceptorum ignorantia, culpam habet. l.venia. C.de in ius vocan.facit gl. in c. non est sine culpa.de regul. iur.lib. vj.† Item si quis ignoret, quæ sunt prohibita, quia illicita.l.extat.quod metus caus.& l.miles.§.pe.ff.de re iudi.glo.in l.j.§. fin.ff.
108 de abigeis.† Quibus casibus vel lata culpa ignauiæ, si sit inconsulta temeritas, vel lata culpa versutiæ, si adsit versutus animus, incurritur, quo temperamento intelligi conuenit l.senatuscon-sul.C.de his, qui in test.sibi ascri.& l.fi. ff.de pub.l.si id ꝙ.§.doli.ff.de iuri.om. iu.l.iij.§.si quis ignorãs.ff.ad Sylla.In quibus iuribus, licet absit lata culpa versutiæ, ignauiç tamen culpa cõtrahitur.
109 Cvlpa † ergo lata in duo genera distinguitur. Est enim quædam ignauiæ. Culpa ignauiæ est, quæ supinã negligentiam refert, vel vitio naturæ parum perspicacis, vel ex praua educatione contractam. Cui culpæ ascribi poterit supina securitas. Improuida, imò nulla rerum gerendarum cura reprehensa erroris facilitas, & quicquid omnino ignaui & socordes homines in negotiis tractandis desidiæ cumularunt, & oscitantiæ. De qua culpa sensisse videtur l.latæ.ff.de verbo.& rer.sign.& l. nec supina.in fi.l.plurimum. in fi. l.regula.§.sed facti.ff.de iur.& fact.igno.& institu.quibus mòdis re contrahen. ob-
110 lig. §. prætereà. & cum similibus.† In hanc ignauiæ culpam eos innectimus, qui ex qualibet leui, vana iniustáve causa ad res improuidas, temerarias aut noxias mouentur, dum dolus absit. Exempla sunt in l.ij.§.si publicanus.ff.vi bono.rap.l.j.in fi.iuncta glo.ff.de abigeis.
111 † Cęterum furiosi, & fatui, quia à ratione absunt, etiam à culpa sunt seclusi. l. ij.§.fi.in fi.ff.sol.mat.& l.sed etsi.§. igitur.ff.ad leg.Aquil.
112 Cvlpa † versutiæ eorum est, qui ex versuto & malo proposito, animoq; perfido & vlcerato alienas vel res vel negotia affectata quædam improuidentia malignè vel negligunt, vel dissimulant, cùm in rebus suis sint prouidi, & diligentes. Et qui versutiam sub neglectionis vitio ita subuoluunt, vt manifesti quidem doli crimen colore, vel velamine negligentiæ à sese amoueant, doli tamen machinatione non careant. eo genere dissoluta fuit fideiussoris negligentia, in l.si fideiuss.ff.man. & facit l.j.§.j.ver.sed etsi id egeat.ff. de action.
113 emp.l.idem.§.generaliter.ff.mã.† Alii sub hoc temperamento diuidunt culpã vt sit lata & leuis tantũ.hæ enim culpæ inter se ex opposito sunt diuersæ, cùm altera negligẽtiã habeat extremè reprehensibilẽ, nempe nulla diligẽtia temperatam. Altera culpa, scilicet leuis, intra fines seu septa diligentiæ ita consistat, vt negligentiæ defectio, si quæ concurrit, sæpenumero excusetur, quarũ hanc leuẽ, illã latam nominamus. Non tamẽ improbaũ, quin leuem & leuissimam distinctis nominibus vsurpemus, dum non ad speciem referas. Sunt enim nomina magistralia quibus facilius discernitur, quando mediocris, quando exactior diligentia in negotiis requiratur, & eo

& eo fine intelligitur . l.à procuratore. C.mā.cùm omnis culpa à procuratore exigitur,graduum differentias non ſpecierum reſpicimus.Nam graduum augmenta ſpecificam differentiam non conſtituunt. Vnde rectè Accur .in.l. quod nerua.ff.de poſi.ſub culpa latiore latam intellexerit ſiquidem Iuriſconſul.ibidem ornato ſchemate comparatiuo in poſitiuum vtitur:ſicut alibi furem improbiorem,alibi furem improbum raptorem nominauerat.l.ij.§. cæterùm. ff. vi bo. rapt. inſti.eo. titul.in princip.quæ figura loquendi. Iuriſconſul.frequens eſt.l.benignius.ff. de leg. &.l.cùm pater.§. libertis.§. rogo.ff. de lega.ij.&.l.j.C.de dol.cum ſimi.& hæc ſecūdum Vdalr.zaſ.docto.modernum, qui plura alia dixit in repe.l.quod Nerua.ff.depoſit.ſed ſecundum Barto.in d. l.quod Nerua.ff.depoſi.Plures ſunt culpæ.ſ.lata culpa,latior, latiſsima, leuis,
114 & leuiſsima.† Quo ad latam culpam, ſuprà diximus:ſed culpa latior eſt machinatio ad decipiendum, fallēdumque alienum adhibita præſumptiuè, Iſtud
115 probatur in.l.j. ff. de dol.† Latiſsima culpa idē eſt,quod dolus manifeſtus,cuius diffinitio cauet in d.l.j.ff.de dolo.
116 Cvlpa † leuis, eſt deuiatio incircunſcripta,ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiuſdem cōdi-
117 tionis,& profeſsionis,† nemo ex leui culpa tenetur, niſi ex ea contractetur maleficium : vt.ſ.qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſit, quia qui negligenti amico rem cuſtodiēdam tradidit,non ei,ſed ſuæ facilitati imputari debet, vt.§. pen.inſtitu.quibus mod.re contrahen.oblig.& Exod.xxij.capi.verò ſi quis commendauerit.
118 Levissima† culpa eſt,vt ſi quocunque modo quis potuit præuidere,
119 & non præuidit.† Vnde furtū non poteſt fieri ſine leuiſsima culpa:vt ff. pro
120 ſocio.l.cùm in duobus,† Vel incēdiū naſci, licet non noceat inculpabilibus, vt ff.de offi.præfect.vigil.l.iij.§.j. & ff. de pericu.& commod.rei vendi.l.ſi vēdita.& hoc,ſi adhibuerit tantum diligētiam,quantam bonus paterfamilias adhibuiſſet:vt.d.l.ſi vendita. Si verò caſus aut incendium negligentia acciderit,tunc negligens,aut noxam.i.damnū ſarcire iubetur.Aut ſi minus idoneus ſit leuius caſtigabitur:vt.l.qui ædes.ff. de incend.ru.& naufr. hæc gl.in.d.§.pen. inſti.quib.mod.re contrah.ob.
121 Ex †leui & leuiſsima culpa quandoq; contrahitur maleficium,& tunc punitur propter culpam leuem, ſiue leuiſsimam,ſed leuius.l.abſentem.in fine . ff. de pœ.Punitur etiam propter malum exemplum,licet delictum non ſit dolo commiſſum:vt.l.ſi quis aliquid. § . qui abortionis.ff.eo.&.l.iij.§.alio ſena . ff.
122 ad.l.Car.de ſica.†vbi dicitur, quòd ſi pigmentarii.ſ. ſpeciarii alicui temerè cicutam, Salamandram, aconitum,pityocampas,aut bupreſtim, mandragoram,& id quod luſtramenti cauſa dederit,cantaridas.ſ.tenetur pœna leg.Corne.de ſica. Et glo.in.d.l. reſpiciendum. §.delinquunt.ff.de pœnis tenent,quòd prepter culpam lenem,vel leuiſsimam quis venit puniēdus criminaliter.alle. d.l.abſentem.in fin.&.l.ſi quis aliquid §.qui abortionis.ff. de pœnis, & ff.ad l.Cor .de ſica .l.iij.§.ſed ex ſe, & l.iiij. §.cùm quidam,&.l.in lege,eodem tit.

Culc

123 CVLPA † etiam leuissima venit in
actione legis Aquiliæ, vt glo. in. §. iniu-
124 ria. insti. de lega. † Vnde quotiens sci
ente domino seruus vulnerat vel occi-
dit. Aquilia dominum teneri dubium
125 non est: vt l. in leg. la. ij. ff. eodem. † Nã
scientia pro patientia habetur, cùm pro
hibere potuit, & non prohibuit. vt. l. sci-
entiam. ff. eodem. & non minus ex cul-
pa, quàm ex dolo quisquã tenetur actio
ne legis Aquiliæ. sic & aliàs. ff. de pa-
ctis. l. iurisgẽtium. §. pactorum, &. C. de
secundis nuptiis. l. cùm apertissimè. &
126 ff. de pigno. l. Paulus. §. domus. † Sunt
tamen duo casus, quibus quis ex leuis-
sima culpa non tenetur actione legis
Aquiliæ. Primus, si putator à via soli-
ta seorsum ramum exciderit, & homi-
nem via insolita præteruntem occide-
rit, culpa ab eo exigenda non est, qui di
uinare non potuit casum, vt l. si puta-
127 tor. in fine. ff. ad legem Aquiliam. † Se
cundus est in homine libero, qui nobis
bona fide seruit, emendo, vel venden-
do, vel locando, vel conducendo obli-
gari ipso iure poterit, sed & damnum
dando, damni iniuriæ tenebitur: vt ta-
men culpam grauiorem. scilicet latam
exigere debeamus, nec tamen leuiorem
quam ab extraneo, vt. l. homo liber. §.
j. ff. de acquir. rer. domi.

SVMMA CAPITA.

1 *Maleficium per testes & facti euidentiam probatur.*
2 *Documenta probant maleficium.*
3 *Instrumenta cum testibus, vim æqualem habent.*
4 *Testes, nomine instrumentorum continentur.*
5 *Crimen confiteri intelligitur, qui super eo paciscitur.*
6 *Transigi potest in pœna sanguinis, excepto adulterio.*
7 *Maleficium iuris interpretatione probatur.*
8 *Fuga probat maleficium.*
9 *Contra contumaces omnia iura clamant.*
10 *Absens legitime citatus, non comparens, damnatur.*
11 *Intellectus ad. l. absentem. ff. de pœnis.*
12 *Absens crimen confiteri videtur.*
13 *Sententia in obscuris pro reo est ferenda.*
14 *Maleficium indiciis indubitatis, aut violenta præsumptione probatur.*
15 *Probatio minor, quæ sit, & quæ mitior. & nume. 17.*
16 *Testis vnus idoneus facit semiplenam probationem & indicium ad torturam.*
17 *Testes duo de veritate in ciuili & criminali, sufficiunt.*
18 *Testes in criminalibus, omni exceptione maiores esse debent & nume. 26.*
19 *Probatio maxima, quæ sit.*
20 *Testes deponentes de alibi seu negatiua visu affirmatiua, & coarctata loco & tempore, præferuntur aliis testibus affirmantibus etiã dignioribus.*
21 *Probatio causæ criminalis, in quo probationẽ causæ ciuilis excedere debeat, numero. 22. 23. 24. 25. & 26.*
22 *Testium examen in criminalibus committi non potest.*
23 *Probatio plenior requiritur, vbi maior requiritur condemnatio.*
24 *Strictius proceditur, vbi contra hominis salutem agitur.*
25 *Periculum maius vertitur, vbi animæ periculum imminet.*
27 *Probationes in criminalibus adeò certæ esse debent.*

debent, quòd contrarium persuaderi non possit, vel saltem probabiliter dissuaderi.

Tractatus probationum.



QVATVOR modis quodlibet probari posse maleficium, quib. notorium constat, animaduertendum est.

1 PRIMO † per testes, & facti euidétiã: vt l. sciant cuncti. C. de probationibus. & glo. in c. secundo. ij. q. j. & extrà de cohabita. cleri. & muli. cap. vestra. & xxxj. quæstione secunda, capit. Lotharius. & cap. euidentia, extrà de accusatio. & vt
2 patet in præsenti processu. † Secundò, per documenta: vt. d. l. sciant cuncti, & dict. glos. in capitu. secundo. ij. quæstio.
3 prima. † æqualem siquidem vim habét instrumenta cum testibus: vt. C. de fide
4 instrumentorum. l. in exercendis † ita quòd nomine instrumentorum, continétur testes: vt extra de testib. cogend. c. peruenit. &. ff. de fide instrum. l. prima
5 † Apertissimum igitur documentum, & indubitatum iudicium potest esse quodlibet publicum instruméntum, per quod crimé probatur, & instruitur fuisse commissum, quod accidit frequenter quotiens in aliquo documento inueni tur, quod aliquis dato precio assertiuè est pactus super eo crimine, quod non ingerit pœnam sanguinis, quo casu illud se commisisse confiteri videtur. Ideò erit pro conuicto, & confessò habendus, & hinc puniendus est: vt. ff. de bonis eorum, qui ante sent. l. j. &. ij. &. ff. de iure fisc. l. in fisci causis. &. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. pactione. & l. quoniam, &. ff. de iure fis. l. ejus, qui & l. im

perator. quia non licet transigere, vel pacisci super crimine, quod pœnam
6 sanguinis non ingerit. † Secus autem, super crimine capitali, quod ingerit pœnam sanguinis: quia super eo transigi, vel pacisci potest, excepto adulterio
7 vt. l. transigere. C. de trans. † Tertiò, iuris interpretatione probatur maleficiũ, vt sæpius esse reum citatum: vt. iij. q. ix. c. decernimus. & l. lege Corn. ff. ad senatusc. Sylla. ibi in verb. † præterea caue-
8 tur, vt de his, qui ante quæstio. habitam fuerunt. si aperto testamento liberi inscripti inueniantur. l. de sicariis iudiciũ fiat: ita vt ex vinculis causam dicant, & conuicti perinde, ac si serui puniantur. & l. ne diu. C. de pœnis, & l. ad commétariensem. C. de cust. reo. & l. si appari-
9 tor, de chortal. lib. decimo. C. † Contra contumaces enim omnia iura clamant: vt habetur in. l. ex consensu. §. fin. ff. de
10 app. cum simil. † Sed certè hoc procedit, si rei abseńtes fuerint legitimè citati aliàs non possent condemnari: vt. c. ab-
11 sens. iij. q. ix. † & ita debet intelligi theorica. l. absentem. ff. de pœnis. quæ dicit contra absentem non posse ferri sententiam diffinitiuam: cum sanctius sit impunitum relinqui facinus nocentis, quã innocentem damnari. Hoc intellige, nisi reus fuerit legitime citatus: vt dicto capit. absens. Quia tunc demum manifestum est confiteri de crimine eum, qui indulto, & totiens delegato iudicio purgandi se occasione non vtitur, nihilque interest, vtrum in præsenti examine non omnia, quæ dicta sunt. comprobantur: cùm ipsa quoque professio ex procurata totiens constet absentia: vt
12 dicto capit. decernimus. iij. q. ix, †. Nãque

que præsumptiuè crimen videtur confiteri absens: vt.ff.de re iudic.l. contumacia.§.j. xxiiij.q.iij.c.de illicita.in fi. tamen illa, quæ probata sunt, debent sufficere ad condemnationem absentis & omnia simul obiici: vt.xxiij.disti.c.il
13 lud. † Sed si iura sint obscura, in dubio fertur sententia pro reo vt institu.de interdict.§.commodum, & extrà de fide instrum.c.inter.in fi. Nam quandoque actor intentionem probat: & tamen nõ liquet iudici de causa: vt. ff.de re iudi. l.Pomponius.
14 QVARTO † probatur maleficium, indiciis indubitatis aut violenta præsumptione: vt l.si hi, qui adulterii.C.ad leg. Iul.de adul.&.xxxij.q.j.c. dixit dominus.& gl.in.c.ij.d.trigesimasecũda.q. j.
15 PROBATIO, † quæ fit per testes, est triplex. Prima dicitur minor, quæ rem perfectè non demonstrat, sed indiget suppleri: vt quando quis semiplenè probauit per vnum testem, & in subsidium probationis iuramentum defertur huic aut illi, secundum causæ quantitatem, & personarum cõditionem, & talis probatio interdum concludit in ciuili, vt
16 l.in bonę fidei.C.de re.credi. † In graui autem crimine illa probatio non cõcluderet, Sed si esset casus torturæ, perueniretur ad torturam: vt l.maritus. ff. de quæstio.&.l.cùm probatio.ff. de proba.& glo.in.l.iij.C.ad.l.Iul.maie.& c.fi. extrà de iureiur.& Bald.in.d.l.fi.C. de proba.& bona glo.in.c.tanta.86.dist.
17 SECVNDA † probatio est mitior, quæ fit per duos testes de veritate. & ista sufficit in ciuili, & in criminali.l.
18 vbi numerus.ff.de testib. † Tamen in criminali facilius eliditur, quàm in ciuili: quia in criminalibus testes debent esse omni exceptione maiores.d.l.fi.C.
19 de probationib. † Tertia probatio est maxima, circa quam non potest intellectus variare, siue errare.& ista est indubitata, q̃ nec elidi potest, siue loquimur in ciuili, siue in criminali: & talis dicitur probatio prospectiua siue intuitiua quando testes deponentes, factum viderunt de hoc in numero sufficienti, & qualitas testium est approbata in iure. Vnde quicquid ei adiungitur, superuacuum reputatur. Vnde talis datur regula, quòd si constat de crimine per hunc modum, non recipitur negatiua probatio: vt c.ad nostram.extrà de probationibus. quod secus esset in alia probatio
20 ne, quàm perspectiua. † quia testes deponentes de alibi seu negatiua visu affirmatiua, & coarctata loco & tempore præferuntur aliis testibus affirmantibus, etiam dignioribus: quia stant pro reo: vt dicit glo.in.c.clerici. 81. distin. maximè in causis sanguinolentis: vt Ias.in.l. vt vim.ff.de iust.& iur.
21 QVAERO † autem, in quo debeat excedere probatio causæ criminalis probationem causæ ciuilis? Dic quòd probatio nil aliud est, quàm quædam demonstratio. Quando ergo res est ita demonstrata, quòd est superuacuum amplius demonstrare, sufficit in ciuili, & in criminali: vt.l.j.in fin.ff.de donatio. Aut non est ita demonstrata res, vt quid amplius demonstrare non sit inutile, vt quia per indicia res est demonstrata, tunc dicendum est, quòd in criminalibus probatio debet excedere in
22 triplici qualitate. Primò, † in receptione testium; quia cùm maiori subtilitate sunt

sunt testes interrogandi, & apud iudicem repræsentandi, ita quod non potest examen testium delegari alteri: vt authent. apud eloquentissimum. C. de fide instru. &. ff. de testib. l. iij. §. idem diuus. nisi in casibus suprà declaratis,
23 in repetit. testium. † Secundò, in qualitate demonstratiua: quia requiruntur indicia grauiora, & maturiora in criminali, quàm ciuili: quia plenior requiritur condemnatio: vt in. l. in bonæ
24 fidei. C. de reb. credit. & ibi Bald. † Vbi enim contra hominis salutem agitur, strictius proceditur. l. addictos. C. de appel. & not. in. c. veniens. extrà de te-
25 stib. † & vbi imminet periculum animæ, maius periculum vertitur: vt in authen. vt iudic. sine quoquo suffr. §. co-
26 gitatio. &. C. de falsis. l. vbi. Tertiò, † in qualitate testium approbatiua. Nam requiruntur testes magis idonei, quos leges appellant omni exceptione maiores: vt. d. l. sciant cuncti. C. de probat.
27 Ecce ergo in quibus consistit. † Nam ratione maioris causæ, requiritur maioritas probationis: vt adeò sint probationes certæ, quòd non possit persuaderi contrarium, vel saltem non possit probabiliter dissuaderi: vt. C. de pœn. l. qui sententiam. Et hoc habe, quo ad probationem, quæ fit per testes.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Vilis torquetur vnico indicio, & semiplena probatione.*
2 *Indicium, quid sit.*
3 *Indicium, vnde dicatur, & nu. 7.*
4 *Indicia indubitata, quæ sint.*
5 *Indicia leuia ad torturam sufficiunt.*
6 *Ex suspicionibus nemo damnatur.*
7 *Indicia leuia & quæ magno spacio rationis distant à necessarijs fide veri, vt sola fuga, colloquium, semiplena probatio, ad conuincendum, & condemnandum non sufficiunt.*
8 *Quod frequenter & facilè contingit adesse, graue est indicium: & iuris præsumptioni æquiparatur.*
9 *Leuia indicia simul collecta, inducunt indubitabiliter veritatem.*
10 *Singula, quæ non prosunt, multa iuuant, & simul iuncta coadiuuant. nu. 51. & 58.*
11 *Confessioni in tormentis extortæ non statur, nisi perseuerantia vel fama, seu verisimilitudine facti, aut alijs adminiculis adiuuetur.*
12 *Confessio in tortura, indicijs præcedentibus veritatem inducentibus, reuocari non potest.*
13 *Confessus in tormentis indicijs non præcedentibus, damnari non potest.*
14 *Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.*
15 *Indicia an plura requirantur, an vnum sufficiat ad torturam. Quod stat in iudicis arbitrio nu. 16.*
17 *Indicia generalia & remota, sine alijs, ad torturam non sufficiunt.*
18 *Indicium propinquum & tangens negotium de quo quæritur, sufficit ad torturam.*
19 *Indicium propinquum per duos testes probatur.*
20 *Testis qui testificatur de maleficio ipso, probat indicium: quod sufficit ad torturam.*
21 *Indicijs habitis super generali inquisitione vel accusatione, reus torqueri non potest.*
22 *Testes præsente contradictore examinari debent, prius, quàm reus torqueatur.*
23 *Reus debet prius interrogari de indicijs, & disputari*
24 *Testes post rei interrogationem & responsionem*

sionem, iterum examinari & repeti debent.

25 *Reus sine examinatione condemnari non debet.*

26 *Indicia indubitata quæ sint. & nu. 53.*

27 *Mortuus repertus in loco, de quo quis inculpatur, contra inculpatum facit indicium.*

28 *Præsumitur contra suspicatum de homicidio, qui se iactauerat quòd occideret, aut occidi faceret dictum defunctum, & ad id potens erat.*

29 *Indicium est contra receptantem occidentem.*

30 *Minæ præcedentes contra homicidam suspicatum faciunt præsumptionem.*

31 *Sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur.*

32 *Grauitas personæ & qualitas præcedentis vitæ, indicium eludit.*

33 *Præsumitur contra solitum mala similia facere.*

34 *Coniectura ex dissimilibus non præsumitur.*

35 *Infamis, non tamen suspectus in tutela.*

36 *Fuga, facit indicium post delictum commissum.*

37 *Pallor, indicium facit.*

38 *Exteriora animi, secreta interiora indicant.*

39 *Vicinitas & conuersatio domus maleficij commissi, facit indicium.*

40 *Gladij sanguinolentia, indicium facit.*

41 *Delatio gladij, indicium dici potest.*

42 *Mendacium maxima est præsumptio contra mentientem.*

43 *Indicia indubitata legi, & à lege approbata, iudici indubitata esse debent, & concludere.*

44 *Indicia certa non minorem probationem, quàm instrumenta continent fidem. & nume. 52. & 55.*

45 *Maleficium notorium dicitur, quum quis deprehenditur in aliquo actu ad delictum propinquo.*

46 *Fur manifestus dicitur, qui cum re furtiua deprehensus fuit prius, quàm eo loco rem pertulerit, quò destinauerat.*

47 *Homicidium manifestum dicitur, quum quis mortuus reperitur, & aliquis visus est fugere cum sanguinolento gladio.*

48 *Adulterium dicitur manifestum, quando quis deprehenditur in domo alicuius pulchræ mulieris.*

49 *Præsumitur contra illum, qui domum intrauit, & ex ea exiuit cum gladio sanguinolento, quòd vulnerauerit mulierem acclamantem & vulneratam.*

50 *Duæ præsumptiones faciunt plenam probationem, cum alijs adminiculis.*

53 *Ad capitalem sententiam non peruenitur, nisi reus fuerit propria voce confessus, vel testibus superatus.*

54 *Ex indicijs à iure approbatis potest sententia ferri capitalis.*

56 *Testes & aperta indicia æquiparantur ad ferendam sententiam capitalem.*

57 *Plura auxilia circa idem eiusdem generis, ex eodem facto descendentia, simul mista, coniuncta, concurrentia, rem perficiunt, & plenam probationem adducunt.*

59 *Causa ciuilis indicijs probatur, & simplicibus præsumptionibus. & nu. 71. 79.*

60 *Pluralitati standum est.*

61 *Tria indicia plenam probationem operantur.*

62 *Indicijs quibus sumitur plena probatio, per ea sumitur & supplicium.*

63 *Impubes qualiter teneatur de delicto.*

64 *Pupillus, quando in delictis proximus pubertati dicatur.*

65 *Maleficia impunita remanere non debent.*

66 *Duo vel plura imperfecta, vnum perfectum constituunt.*

67 *Principalis causa criminalis per argumenta & præsumptionem dignoscitur & terminatur, quanquàm delictum liquidè probari non possit.*

68 *Indicijs & præsumptionibus quis diffinitiuè damnari non potest. & nume. 69. cum pluribus sequent.*

69 *In ciuilibus quæstionibus, vna libra auri maioribus, non minor quàm trium testium exigitur probatio.*

70 *Causa criminalis, maior est qualibet pecuniaria.*

71 *Fama publica, & vnius testis dictum, in ciuilibus plenam probationem adducunt.*

72 *Probationes in criminalibus apertißimæ esse debent, & luce meridiana clariores. & numero. 83.*

73 *Strictius proceditur, vbi contra hominis salutem agitur.*

74 *Rei euidentia pro specie probata habetur.*

75 *Indicium apertum habetur, quem inueniri in crimine, foréque detentum, & captum.*

76 *Manifesta probatione non indigent.*

77 *Captus inuentus de crimine damnari non potest, nisi aliter de maleficio conuincatur.*

78 *Captus & crimen confessus extra iudicium, & quod occasione illius criminis fuit captus, ex illis solis indicijs damnari non debet.*

79 *Sententia diffinitiua in criminalibus ex testibus instrumentis, & ex indicijs indubitatis est proferenda.*

80 *In criminalibus causis maius periculum vertitur: quia periculum animæ imminet, vnde maior requiritur tutela. & nu. 84.*

81 *In dubijs melius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.*

82 *Pœnæ in dubio sunt potius molliendæ, quàm exasperandæ.*

85 *Condemnari quis non debet ex præsumptionibus & emendicatis suffragijs.*

86 *Probatio per argumenta in causis criminalibus nō multùm arduis, an sufficiens sit ad condemnandum.*

87 *Iudex non potest plus punire in criminali, quàm condemnaret in ciuili.*

88 *Pœna minor imponitur, vbi præsumptionibus proceditur, quæ præsumptiua probatio appellatur.*

89 *Pœna certos fines habens, aggrauari non potest.*

90 *Iuris præsumptione quis potest condemnari ciuiliter, & diffinitiua sententia sequi.*

91 *Præsumptione iuris & de iure, sententia fertur criminalis.*

92 *Accusator per idoneos testes accusationem suam probare debet.*

93 *Vbi numerus testium non adijcitur, duo sufficiunt.*

Tractatus de indicijs.



PROBATIO alia est indicatiua, vt suprà diximus, † quando fit indicium, quod est minus, quàm semiplena probatio, & ex ista probatione in vili persona habet locum tortura, & vnico indicio torqueri potest. l. cum probatio. iuncta glo. ff. de probationibus, & glo. in l. fi. ff. de quæstionib. 1

INDICIVM † autem, est coniectura, ex probabilibus, & nō necessariis orta, à quibus potest abesse veritas: vt Bal. in l. non hoc. C. vnde legitimi, vel indicium potest dici medium intellectuale veritatis eliciendæ, ex aliqua singulari circumstantia insurgens: vt l. indicia. ff. & C. de rei vendicatione, 2

5 ne. †& dicitur ab indicando, quia indicatur,& notificatur.& idem in præsumptione dicitur: vt.cap.studiis.extrà de præsumptionib.

4 INDICIA † siquidem alia sunt dubitata, alia indubitata. Indicia dubitata, sunt argumentum, præsum-
5 ptio simplex, & suspicio. † Et sunt leuia, quæ tantùm sufficiunt ad torturam: vt not.in.l.secunda.iuncta glos. C.de falsis.&.l.finali.iuncta glos.ff.de
6 quæstionibus. † Non autem sufficiunt ad condemnationem:quia ex suspicionibus nemo venit condemnandus: vt dicta.l.absentem. ff.de pœnis.&.l.prima.in fi.ff.de quæstionibus.& Barto.in d.l.fina.eodem.Quod secus est in indiciis indubitatis, & præsumptionib. iuris & de iure,siue violentis:vt infrà ordine dicemus.

7 INDICIA † hæc sumuntur in propria,& stricta significatione, pro aliquo notabili signo maleficii, vel alterius rei ad veritatem habendam,& dicuntur etiam ab indicando: vt.l.solent. ff.de præsumptionib. versic. non quod plenè indicent, sed dent signum, & viam ad plenam veritatem habendam,& de istis possunt intelligi iura, quæ dicunt indicia non sufficere ad conuincendum,& condemnandum: vt dicta.l.absentem.ff.de pœnis.& Panormit.in cap.tertio loco.extrà de probationibus. Talia indicia sunt leuia, & magno spacio rationis distãt à necessaria fide veri, vt sola fuga, colloquium, semiplena probatio: vt Bald.in dicta l.non hoc.C. vnde legitimi.& hæc distinctio cognoscitur per theoricam glo. dictę.l.non hoc. Nam si frequenter,& facilè hoc ab illo contingit abesse,tunc est leue indicium: vt notat.C.de probationibus. l.cùm res. &. C.de furtis.
8 l.ciuile est.†si autem frequenter,& facilè contingit adesse,tunc est graue indicium, & æquiparatur præsumptioni iuris: vt notat.C.de dolo & contumacia.l.metum.per Cy.& hæc vera sunt, siue agatur de probando vero hominis actu, siue de probando animo: vt.ff.ad legem Corneliam de sicariis. l.prima. §.sed si claua. & extrà de homicidio.c.
9 significasti. † Et quamuis ista leuia indicia non sint à lege approbata:tamen simul collecta, inducunt indubitabili-
10 ter veritatem:†quia quæ non prosunt singula, multa iuuant: vt.l.rationes. & l. instrumenta. C. de probationibus.
11 †Exemplum in confessione extorta in tormentis, quæ non per se, sed perseuerantia, vel fama, vel verisimilitudine facti,vel aliis adminiculis indubitabiliter indicant veritatem, vt Bald.in dicta.l.non hoc. C.vnde legitimi. &.l. qui sententiam.C.de pœnis.&.l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæstionib.

12 EX † his ergo verbis habemus, quòd nihil prodest confitenti reuocare confessionem, si contra se sint aliqua indicia, quæ coniuncta sunt cum confessione,quanquam extorta:quæ inducunt indubitabiliter veritatem: quod est menti tenendum: secundum eundem Bald.in dicta.l.non hoc.& hoc,nisi reuocans probaret contrarium clarè per indicia contraria elidentia:vt.l.ciuile. C.de furtis. & Baldus. in dicta.l.
13 sciant cuncti.† Si autem confitens fuerit confessus in tortura,non præcedentibus indiciis, nunquàm potest ex illa

confessione damnari: vt glo. mirabilis & singularis in.l.penul.ff. de quæstio.
14 † Hoc ideo, quia confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat: vt.d.l.j.§. diuus. Seuerus.ff.de qō.
15 INDICIA. † an plura requirantur, an vnum sufficiat ad torturam? leges videntur loqui in plurali: vt.d.l.j. in princip.ff.de quæstio.ibi: alijs argumẽtis, &c.l.vnius.§.j.&.l.milites.ff.eodem glo.tamen in.l.fi.ff.eo.videtur loqui in singulari, dum dicit, sed præcedente suspicione.&.l.si quis.C.ad.l.Iul. maiesta.vbi glo.dicit indiciũ domini. Quãuis ergo leges loquantur in plurali: tamen hoc nõ cogit, nec infert, vt valeamus intelligere de pluribus indicijs: vt l.ij.§.homines.ff.vi bon.rap.
16 VTRVM. † ergo sufficiat vnum indicium, vel plura, hoc stat in arbitrio iu-
17 dicis: vt.l.iij.§.eiusdẽ.ff.de testi. † Nã possunt esse indicia generalia, & remota, & ista non sufficerent sine alijs: vt puta est homo malæ cõditionis, est indicium talequale: vt.l.de minore.§.pe. ff.de quæstio.& istud non sufficeret ad torturam sine alijs indicijs. Sed si istud indicium esset vnitum cũ alio, vt quia est homo malæ conditionis, & conuersabatur in domo illa, certe ista duo indicia generant suspicionem: vt.l.domi nus horreorum.ff.loca.
18 INDICIVM † autẽ, si nõ esset remotum, sed propinquũ, & tangens negotium, de quo quæritur, vt vnus bonus testis de visu, vt.l.maritus. ff. de quæstio.vel confessio extrà iudiciũ, vel captus ibi, & dicitur, quod est ꝓpter hoc delictum: vt.l.capite quinto.ff.ad legẽ Iul.de adult. Tunc posset esse vnũ indiciũ ita propinquũ, quod esset sufficiens ad torturam: secundũ Bart.in.d.l.fi.ff. de quæstio vbi dicit ita intelligi debere gl.d.l.fin.ff.de quæstio.ibi: præcedẽte suspicione.&.d.glo.in.l.si quis, ad legem Iul.maiest.
19 INDICIVM † tamen hoc debet probari per duos testes, quando scilicet testis non testificatur de maleficio ipso, sed de indicio quodã: dicens, quòd reus fuit tali nocte repert⁹ in loco, ibi vicino, quando fuit contractum maleficium, nec hoc indiciũ sufficeret probari per vnum testem: vt gl.in. d.l.fin. ff.fami.ercis.&.l.vbi numerus.ff.de te-
20 stib. † Si verò testis testificaretur de maleficio ipso, probaretur indicium, ꝙ sufficeret ad torturã: vt glo.in.l.vi. C.ad legẽ Iul.maiesta.&.c.fi.extrà de
21 iureiur.Et.d.l.fin.ff.de quæstio. † Sed quæritur, an indicia habita super generali inquisitione, vel accusatione, præiudicent reo, ad hoc vt posit torque-
22 ri? Dic quod non, † quia testes nondũ fuerunt examinati, ipso reo existẽte cõ traditore præsente, quod fieri debet priusquam torqueatur: vt.l.si quando.
23 C.de testi. † Imò debet prius reus interrogari de indicijs, & disputari: vt.l. vnius.§.cogniturũ.ff.de quæst.&.l. custodias, & ibi Bald.ff.de public.iudic.
24 † Vnde debent testes iterum examinari, & recoli, siue repeti post litẽ contestatam, scilicet interrogationẽ, & responsionem rei: vt ca.qualiter & quãdo.le.ij.extrà de accus.& Bart. in.l.si quis adulteriũ.in fi.ff.ad legem Iul.de
25 adul.& idẽ Bar.in.d.l.fi.ff.de.q. † Quãtuncun

tuncunque igitur sit notorium crimen iudici,& alijs,nō tamen potest sine examinatione,aut interrogatiōe ferri siue condemnari:vt.c.Deus omnipotens.§. fin.&.c.seq.ij.q.j.exceptis tamen casibus ibidem expresis.

26 INDICIA † Alia sunt indubitata, quæ sunt à lege approbata.sicut quando simul plura collecta in vnam consonantiam tendentia indicant indubitabiliter veritatē:vt.l.milites.§.oportet.

27 ff.de qō.vt patet.† homo mortuus reperitur mortuus in aliquo loco,de quo aliquis inculpatur,possunt contra eum adparere indicia,scilicet quòd defunctus erat suus inimicus,tunc est indiciū:vt.l.j.§.cū quis latrones.ff.de quęstionibus.

28 SECVNDO † de homicidio suspicatus,se iactauerat,quòd occideret,aut occidi faceret dictū defunctū,& erat ad id potens:vt.l.famosi.ibi:nā & persona spectanda est,an potuit id facere.ff.ad legē Iul.maiest.& quod inter

29 eos præcesserat offensa.† Aut recepta uit occidentē,qui fortè erat eius familiaris,aut domesticus:vt Abb.in.c. tertio loco.extrà de prob.alle.d.l.sciant

30 ti.† tunc minæ precedentes faciunt præsumptionem contra homicidā suspicatum,vt Bal. in.l. Pacumenius.ff. de hær.instit.alle.l.si hi,qui adulterij. C.ad legē Iul.de adul.&.ff.mand.l. si verò remunerandi.&.ff.de repud.l.iij. &.ff.ad legem Iul.maie.l.famosi.ibi:& cogitauerit.

31 CONTRARIVM † Tamē videtur: quia sæpe minus faciunt homines,qui magna minātur:arg.l.metum. la.iij.ff. de eo,quod met.cau.Hoc tamē nō obstante est distinguendū,an sit homo bonæ famæ,vel non. Primo casu,si sit bonæ,nō præsumitur,sed iudex inquiret veritatem,vt.C.de accus.l.singuli. quia vbi liquidè non potest constare argumētis maleficiū,cognoscendū tamē est.& si bonus ante æstimatus fuerit,prope est,vt eius affirmationi cre-

32 datur:† quia grauitas psonæ,vel qualitas præcedētis vitæ, elidit huiusmodi indicium:vt.c.cum in iuuentute.extrà de præsumptioni.

33 SECVNDO,† Si sit male famatus,& cōsuetus similia facere,præsumitur homicidiū fecisse,tex.for.in.l.nō omnes. §.à barbaris.ff.de re mi.& Bar.in.l.fin. ff.de.q.Sed hoc intelligendum,quādo erat malus in eodē genere mali,& malæ famę,in eodē genere malitiæ:vt qa erat fornicator, vel latro, aut fur.& ideò gl.in.d.l.Pacumeuius.ff.de hæredib.insti.discutit,quòd contra aliquē præsumitur,quòd solitus erat talia fa-

34 cere,siue cōmittere.† Nā ex dissimilibus nō sumeretur coniectura.facit ad hoc.ff.de excusa.tut.l.spadonē.§.à quo

35 nimiū,† vbi infamis nō tamē suspect⁹ in tutela,qa nō est in eodē genere malitiæ,& facit.C.de proba.l.iubemus.& ff.de eden.l.si quis ex argentarijs.§.ij.

36 Aliud † indiciū,quando quis visus est fugere pallidus,cū gladio sanguinolēto,& ibi propè inuenit homo mortu⁹: fuga est indiciū post delictū commissum,vt se abscondat:vt.l.legē Cor.in verbo:prætereà cauetur,vt de hijs seruis,qui ante qōnē habitā fugerunt, si aperto testamento liberi scripti inueniātur.lege de sica.indicium fiat,ita vt ex vinculis causam dicant,& conuicti

perinde ac si serui puniãtur.ff.ad sena tus.Sylla.& ibi Bart.

37 PALLOR † est aliud indiciũ:vt argu.l.de minore.§.penul.ff.de quæstio. vbi dicitur,plurimũ quoque in exercẽda veritate,etiam vox ipsa,& cognitionis subtilis diligentia affert.Nam sermone,& ex eo,qua quis constãtia,qua trepidatiõe quid diceret,vel cuius æstimationis quisque in sua ciuitate est, quædam ad illuminandam veritatem

38 in lucem emergunt.† Exteriora enim. indicant animi secreta interiora:vt.ff. de ædilit.edi&.l.si tamen.§.secundo.

39 INDICIVM † aliud dici potest,vbi notam habebat domũ,in qua maleficium cõtractũ est:quia vicinus,vel cõuersabatur ibi:vt.l.dominus horreorũ. circa princip.ff.loc.in verbo ibi:serui tamen eius,cum quo contractũ vel maleficium,propter ædificiorum notitiã in quæstionem peti possunt.

40 SANGVINOLENTIA † Gladij, potest dici aliud indicium,ex quo capitur coniectura,sicut & aliãs.ff.de donationi.inter virum & vxo.l.vtrum.

41 DELATIO † Gladij,potest dici aliud indiciũ,quod lex præsumit ad malum:vt.vt armo.vsus.l.vna libro.x.C. & in authen.de armis.col.vj.

42 MENDACIVM † Est maximũ indicium siue præsumptio,contra eũ, qui mentitur:vt.l.vnius.§.testes.ff.de.quęsti.&c.literas.extrã de præsump.

43 HAEC † Indicia sunt indubitata legi,& ã.l.approbata.Ideo Iudici debẽt esse indubitata.l.si tutor.& ibi Bal. C. de peric.tuto . Et talia indicia debent cõcludere iudici:aliãs facit litẽ suam: quia dicuntur indicia indubitata : vt Bal.in.d.l.fi.C.de probat.

44 CERTA † ergo indicia,quæ iure nõ respuuntur,nõ minorem probationis, quãm instrumenta cõtinent fidem : vt l.indicia.C.de rei vendica.&. C. arbi. tutel.l.fina.&.l.in exercendis.C.de fid. instrumen.Et talia indicia capiuntur pro præsumptionibus iuris tantũ siue iuris,& de iure:sicut infrã dicem˚,quæ sufficiunt ad ferendam sententiã,quia æquiualent testibus,& instrumẽtis : vt capitu.afferte mihi gladium.extrã de præsumptio.

45 TANTA † Indicia non requiruntur ad condemnationem.Vnde si quis deprehenditur in aliquo actu propinquo ad ipsum delictum,tunc tale maleficiũ dicitur notorium:secundum Bart.in.l.

46 fur.ff.de fur.vbi dicitur,† ꝙ quanuis fur ibi non deprehenditur. vbi furtum fecit:si tamẽ cum re furtiua fuerat deprehẽsus,priusquãm eõ loci rem pertulerit,quõ destinauerat, fur manife-

47 stus dicĩ esse,quod est notãdũ. † Ex quo infert,quõd si quis visus est fugere cũ gladio sanguinolento,& ibi reperitur aliquis mortuus,ex hoc est homici

48 diũ manifestum,quod ipse fecit.† Itẽ, si quis depræhenditur in domo alicuius, vbi est pulchra mulier,hoc facit indicium ad hoc adulteriũ esse manifestum,& dicit.ita debere,intelligi.l.capite quinto.ff.ad legẽ Iul.de adul.maximẽ,si reperiatur eam mulierẽ deoscu-lando, vel confabulando in loco secreto.

49 † Item,si quis intrauit domũ quãdã, & post modicam horã auditus est clamor mulieris,& statim visus est,qui intrauit domũ,exire cũ gladio sanguinolen

nolento,& visa est mulier in facie vulnerata. Vnde dubitabatur,an esset probatũ de vulnere contra illum. Et videbatur quod non:quia illud non probat hoc esse,quod ab hoc cõtingit abesse.l. neque natales.C.de pba.Potest enim esse,quod hæc mulier se vulnerauerat. Tamen dicendum est sufficienter esse probatum:secundũ Bald.in.d.l.fin. C. de proba.& Bar.in.d.l.fi.ff.de.q.& Moder.in.d.c.afferte mihi gladium,extrà

50 de præsum.† Duo nempe indicia certa & indubitata,aut præsumptiones,faciunt plenam probationẽ cũ alijs adminiculis:vt glo.fin.in.l.ij.ff.de excus.

51 tut.† Quia quæ non prosunt singula, multa iuuant:vt.l.rationes.l. instrumẽta,&.l.non nudis,&.l.non epistolis.C.

52 de proba.&.d.l.fi.eod.† Nec minorem probationem,quã instrumenta cõtinẽt fidem.d.l.indicia.C.de rei vendi.

53 QVANDO † Ergo indicia sunt simul iuncta,vel mista,& sunt à lege approbata, possunt dici indicia indubitata, ex quib.potest procedi ad condẽnationem triplici ratione. Prima sufficit,ꝙ quis sit testibus superatus,vel propria voce confessus,ad hoc quod posit sententia capitalis contra eum proferri: vt.C.de pœ.l.qui sententiam.C.de episco.& cleri.si quis.&.C.quorum appe.

54 nõ recip.l.ij.† Ita eo modo prædictis indicijs à iure approbatis poterit sententia capitalis proferri: vt.l.si hi, qui adulterij.C.ad leg.Iuliã de adult.&.l.

55 excipiũtur.ff.ad senatusc.Sylla.† Nã talia indicia nõ minorem authoritatẽ, & fidem probatam,quàm testes vel instrumenta videntur continere:vt.l.ad probationes.C. de probationib.&.d.l.

56 indicia.† Et tam testes,quã aperta indicia,& manifesta æquiparãtur:vt possit sequi sententia diffinitiua:vt.d.l. fi.

57 C.de probationibus.† Secunda ratio, quotiẽs circa idem plura auxilia eiusdem generis ex eodẽ facto descendentia simul commista,iuncta concurrũt, dicuntur rem perficere,& plenam probationem adducere:vt.ff.de excusa.tuto.l.secũda.§.hoc amplius,&.ff.de appella. l. si quis separatim.§. primo.& C.qui numero tutel.l.vna,sic à simili, suprà dicta simul coniuncta plenam

58 probationem inducunt.† Ideoque singula,quæ non prosunt,multa iuuant, & simul iuncta coadiuuant : vt in authen.de fide instrumento.§.si verò additũ,&.§.si verò nullus.coll.in.vj.& institu.de hære.instituen.§.si plures, & extrà de testib.capit.præterea,&.C.de

59 testamen.l.scimus.† Tertia ratio,cũ in qualibet causa ciuili regulariter duæ semiplenæ probationes faciunt vnam plenam probationem , & posit causa ciuilis per indicia, & præsumptiones probari,vt de præsumpt.capitu.ex literis,& argumen.ff.de his, qui sunt sui vel alien.iur.l.filium,& notari consueuit in.l.in bonæ fidei.C.de rebus crediti.&.C.de probationi.dicta.l.proprietatis.Plus tamen valere debent,& operari tria,vel plura auxilia,quàm duo. Nam ratio consistit, vt plùs tribus,

60 quàm duobus credatur.† Pluralitati enim standũ est:vt.ff.de pac.l.maiorẽ, &.ff.de testib.l.iij.§.hęc verba.C.de fi-

61 deicõ.l.qõnẽ.in fi.† Ergo tria indicia, vel tres semiplenæ probationes,vnam plenã pbationẽ poterũt operari:vt.d.l. si hi,qui adulterij.C.ad.l.Iul.de adul.

62 dicta l.excipiuntur.ff.ad syllan.† Indiciis ideò, quibus sumitur plena probatio, per ea sumitur & supplicium, vt dicta l.excipiuntur.ff.ad senatuscon. syl-
63 lania.iuncta gl.vbi dicit tex. † quòd ex impubere sumitur supplicium per indicia, & ibi cauetur, quòd quidam puer non multùm aberat à pubertate, & ad pedes domini cubuerat, cùm occideret dominus, nec posteà cædem eius prodiderat, vt enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse posteà certum erat. Et his duntaxat impuberibus senatusconsultum parci credebat, qui tantùm sub eod.tecto fuissent. Qui verò ministri, vel participes cædis fuissent, & eius ætatis, quanquam nōdum puberes, vt rei intellectum capere possint, his non magis in cædem domini, quàm in nulla alia causa parci oportere. Et sic tria erant indicia con-
64 tra impuberem.† Prope pubertatē erat quod dicitur distare per sex menses, vt l.fi. ff. de liber. exhiben. Secundum, ad pedes domini cubuerat. Tertium, necē domini non prodiderat, vt glo. in dicta l.excipiuntur. Et ita videmus, qualiter impuberes teneantur de delicto vt hic & institu.de obligationi. quæ ex delict. nascunt.§.penul. nisi quatenus miseratio ætatis interdum iudicem ad mediocrem pœnam perduxerit, vt l.auxilium
65 §.fin.ff.de minoribus.† Alioquin facilè & frequenter remaneret maleficia impunita, quod in contrarium ratio suadet vt ff.de pactis l.item si vnus. §. pacta.& ff.de fideiussoribus leg.si à reo.§.
66 id, quod vulgo.† Quarta ratio videmus quod duo vel plura imperfecta vnum perfectum constituunt: vt C.de agricol.& censi.l.cùm scimus.in principio.
67 Quid ergo plura? † Reperitur in iure, quòd ipsa principalis causa criminalis per argumenta, & præsumptionem dignoscitur, & terminatur, quanquam liquidè delictum probari non possit, vt ff.de re milita.l.non omnes. §.à barbaris.ibi:etsi hoc liquidè probari non possit, argumentis tamen cognoscendum est:& tamen capitalis causa ibi agebatur:vt constat per legem desertoré.§.is qui eodem titu.& facit ad hoc in authé. vt lic.matri.& auiç.§.illud, colum.viij.
68 † Contrarium tamen videtur dicendū quòd non possit quis ex dictis indiciis, & præsumptionibus diffinitiuè damna-
69 ri tribus rationibus. Prima, † quia cùm in ciuilibus quæstionibus maioribus vna libra auri, non minori, quàm trium testium exigatur probatio, vt in authé. de fide instru.§.oportet, & §. hoc dicimus.collat.vj.& not.C.si cer.peta.l.fin. Multò fortius in qualibet criminali causa, duæ vel tres præsumptiones, aut indicia plenam probationem non poterunt operari, sed erit maior numerus testium requirendus, vt possit super cri-
70 mine sentētia diffinitiua proferri, † maxime cum quælibet causa criminalis sit & censeatur maior qualibet pecuniaria causa, quantuncunq; sit magna, vt
71 ff.de pœn.l.seruorum.§.fi.† Et licet in causa ciuili duæ semiplenæ probationes, vt est fama publica, & dictū vnius testis vnam plenam probationem adducant, vt.C.de probationi. l.proprietatis.& argu.ff.de testibus l.tertia.§.eiusdem, & quarta quæstio.iij.§.item sæpe, & extrà.de testibus, c.præterea. Tamen in criminali causa ex dictis semiplenè

pro

probationibus non erit quis diffinitiuè
72 damnandus, † quia in causa criminali
probationes debent esse apertissimæ:
73 vt dicta l.fina.C.de probat. † Strictius
enim in eis proceditur, vbi contra ho-
minis salutem agitur vt C. de appella.
l.addictos.& nota. extrà de testibus. c.
74 veniens.† Secunda ratio, quia euiden-
tia rei, licet habeatur pro quadam spe-
cie probata, vt ff.finium regun. l.si irru
85 ptione.§.fin.& C.eo.l.iij. † Etiam cum
manifestum, & apertum indicium ha-
beatur aliquem inueniri in crimine, &
fore detentum.& captum argum. ff. de
76 furt. l.iij.cum l.sequen.† Et manifesta
non indigeant probatione, vt ff.de dote
præleg.l.prima in fin.ff.de actio. empt.
& vendi.l.exemplo.in fin.j.respon. Ta-
men non debet quis talibus indiciis dif
finitiue damnari, quia nō eo ipso, quòd
quis captus inuenitur, de crimine pote
rit damnari, nisi aliter de maleficio con
uincatur, vt argumen.ff.de ritu. nup. l.
palam.§.qui in adulterio, & C. de de-
78 fenso.ciuita.l. defensores. † Et ideò si
aliquis inueniatur pro qualicunq; cri-
mine captus ab aliquo, qui coram plu-
ribus testibus extra indicium confitea-
tur illud crimen commisisse, & quòd oc
casione illius criminis fuerit captus,
quanuis ista tria contra eum inuenian
tur probata, scilicet quòd sit captus ob
illud crimen.& quod sit confessus illud
crimen commisisse.& quod ob id sit ca-
ptus: tamen licet ista indicia videantur
apparentia, non debet ex illis solis indi
ciis iudex illum sic captum diffinitiuè
damnare: licet quæstionibus, & tormen
tis subiici possit, vt nota.ff.ad l. Iul. de
adulte.l.capite quinto. in fi. & extrà de

79 iudi.c.cum non ab homine.† Tertia ra-
tio potest assignari, quoniam ex testi-
bus, & instrumentis, & ex indiciis indu-
bitatis, non autē ex præsumptione sim-
plici est sententia diffinitiua proferen-
da vt.C.de accus.l.singuli, & d.l.fi.C.de
80 proba.in ciuili secus, † ideò quia in cri-
minalibus causis maius periculum ver
titur, quia imminet periculum animæ,
vt in authen.vt iudi.sine quoquo suffr.
§.cogitatio.collatio. ij. vnde maior re-
quirenda est tutela, vt C. de appella. d.
81 l.addictos & C. de fals.l.vbi.† Et in ca-
sibus dubiis, & incertis probationibus
melius est facinus nocentis relinqui im
punitum, quàm innocentem damnare,
vt l.absentem.ff.de pœn.& C. quorum
81 appella.non reci.l.ij.† & in dubio pœ-
næ sunt potius molliendæ quàm exa-
sperandæ.l.interpretatione.& l.si præ-
ses.ff.de pœ. Solutio. Videtur, quod ex
suprà dictis indiciis possit tantùm col-
ligi iuris præsumptio contra talem ac-
cusatum, dum colligitur, quòd erat ca-
pitalis inimicus occisi, vel vulnerati, &
quòd visus est fugere cum gladio de lo
co præfato & quòd publica vox & fa-
ma est. Sed quanuis in causa ciuili ex
iuris tantum præsumptione possit dif-
finitiua sequi sententia ex qua in con-
trarium non probatur vt C. de proba.
leg.siue possidetis & ff. de donat. inter
vir.& vxor.l.Quintus Mutius.

VERVMTAMEN in causa crimi-
nali, vel in causa quæstionis prædictæ
ex tali præsumptione iuris tantum nō
debet vel poterit quis diffinitiuè con-
83 demnari criminaliter, † quia in crimi-
nalibus causis interuenire debent & re
quiruntur probationes luce clariores,


t 5 dicta

dicta l.fin.C.de proba.& C.de pœnis.l.
qui sententiam.& dicta l. singuli.C. de
accusa. Quod videtur ea ratione proce
dere: †quia in causis criminalibus per-
spicacius est consilium adhibendum,
quia ibi maius detrimentum & pericu-
lum contingit, vt arg.d.l.addictos.& ff.
de vent.inspic.leg.j.§.j.Et ideò ex præ-
dictis indiciis, siue præsumptionibus nō
85 poterit quis dānari, †quia quis ex præ-
sumptionibus, & emendicatis suffragiis
condemnandus non est vt ff. de pœ. l.
absentem. in prin.& d.l.singuli.
86 PORRO † in causis criminalibus
non multum arduis, nec valde ponde-
rosis probatio iuris, quæ fit per argumē
ta, est communiter sufficiens.& coniun
cta semiplenam probationem excedēs,
& tunc si cum ista iungatur confessio,
efficitur probatio plenior, quàm in ci-
uili requiratur vt C.quorum appella.l.
ij.& plenè fit punitio, secūdum exigen-
tiam naturæ delicti. Si autem non ad-
iungatur confessio, vt quia cum hoc sit
commissum arbitrio iudicis, non vult
torquere, vel qualitas personæ torturā
non patitur, vel reus est absens, non po
test imponi pœna corporalis. Quia pro
pter inopiam probationum, minuitur
87 pœna. †Hoc est, quia non potest iudex
plus punire in criminali, quàm condē-
88 naret in ciuili. † Nam vbi proceditur
ex præsumptione, imponit minor pœ-
na, & ista appellatur probatio præsum
ptiua vt Bal. in d.l.fi.C.de prob.& idem
Bald.in l.presbyteri. C.de episc. & cle-
ric. Et quanuis in præsumptione miti-
getur pœna, & è contrà, & quando li-
89 quet, exaggeretur pœna: †tamen quan
do pœna habet certos fines ex qualita-
te probationū, nunquàm potest ex qua
litate exaggerari, scilicet aggrauari pœ
na, vt l. generaliter, in princip. vbi est
tex.not.ff.de decurio. Poterit tamē reus
90 puniri ciuiliter, & pecuniariter, † quia
præsumptione iuris tantùm potest quis
condemnari ciuiliter, & sequi senten-
tia diffinitiua vt l.siue possidetis.C. de
proba.& d.l.Quintus Mutius.ff. de do-
na.inter vir.& vxor.& l.fin. ff.de iniur.
92 †Ex præsumptione verò iuris, & de iu-
re, vel ex quolibet alio indicio indubi-
tato, potest contra aliquem diffinitiua
ferri sententia criminaliter. Quia ta-
lis præsumptio, quæ iuris est, & de iure,
prout infrà dicemus, probationem ali-
quam in contrarium nō admittit, cùm
legis dicatur esse sentētia vt.C.de adul.
dicta l.si ii qui adulterii & ff.ad senatus
consultum syllanianum. l. excipiuntur
& in authen.vt liceat mat.& auiæ.§.his
quorum.collat. viij. collat. cap.afferte
mihi gladium, extrà de præsumptio.
92 †Item, ex quolibet indicio indubitato
potest ferri sententia diffinitiua crimi-
naliter: dicta l.fina.C.de prob.vbi caue
tur, quòd accusatores illud crimen ha-
bent, & debent in publicam notionem
referre, vt possit sententia diffinitiua
proferri, quòd crimen sit idoneis testi-
93 bus munitum, saltem duobus: † quia
vbi numerus testium nō adiicitur, duo
sufficiunt: vt ff.de testibus.lege vbi.&
ff.de oper. libert. lege prima. vel quod
sit apertissimis documētis instructum
id est, publicis scripturis, sic exponitur.
C.de contrahen.& committit. stipula.
lege optimam, & in authenti.vt sponsa.
largit.§. hoc insuper collat. viij. vel
quòd sit instructum ad probationem in
diciis

dicijs indubitatis,& clarioribus luce.d. l.fi.C.de proba.

SVMMA CAPITA.

Tractatus de præsumptione.



CVM suprà de indicijs, & probatione indicatiua dixerim, nunc de probatione præsumptiua est quærendum, & quot sunt genera præsumptionum. Dic,quod † probatio alia est præsumptiua,quæ probatur secundum terminos iuris, quia vbi lex præsumit, sufficit probare terminos. Vnde vbi ex possessione præsumitur dominium, sufficit probare possessionem.Si autem lex non præsumit, tunc ad probanda indicia sufficit probatio verisimilis,vt Bald.in l.non hoc.C.vnde legit.alleg.legem penul. ff.de condi. insti.& ff.si seruit.vend.l.sicuti.§.quęritur.& l.si ii,qui adulterii.C.ad leg. Iul. de adulterijs.& l.excipiuntur. ff. ad senatusc.Syllania.† Pręsumptio siquidẽ est ex reperto alicuius facti dubii, aliquotiens semiplena inuestigatio, seu probatio. Illa tamen probatio non infert de necessario, quia aliter potest se res habere.Et cõcipit talis probatio ex circunstantia facti:sicuti cõcupiscentia

foe

fœminarũ,quæ non solo affectu,& tactu,sed aspectu quoque appetitur,& appetit. Nec possumus dicere pudicos animos habere,si habeamus impudicos oculos:q̃a impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Et cùm se inuicem etiã tacente lingua conspectu mutuo corda nuntiant impudica,& secundum cõcupiscentiam carnis alterutræ delectãtur ardore,etiam intactis ab immunda violatione corporibus fingit castitas ipsa de moribus: vt xxxij.q.v.c.ne solo.

3 PRAESVMPTIONVM † tres sunt species. Alia temeraria,alia probabilis: siue verisimilis,& alia violenta.

4 PRAESVMPTIO † temeraria consurgit à malis hominibus, & ex causis pluribus,aliàs puerilibus,& suspicioni

5 bus leuibus: † & hæc repellitur,& reprobabilis est,& secunda.q.j.c. j. &.vj.q.j. c.oues,& extrà de senten. excommu. c.

6 inquisitioni.† Quia homo fidelis nõ debet de facili venire in suspicionem, vt

7 c.absit.xi.q.ij.†. Et cùm omnis suspicio temeraria sit repellenda, noluit Deus hominem ab humano iudicari suspicionis arbitrio: sed potius ex lege: vj.q.j.c. multi,post medium.

8 PRAESVMPTIO † probabilis, siue verisimilis surgit ex multis causis, & suspicionibus,& hæc admittitur ad probationem semiplenam: vt extrà de præsumptio.per plura capitula, & c.so licitè,extrà de restitu.spol. vbi dicitur non esse verisimile,quem iuri suo renunciasse, qui renunciauit spoliatus. Vnde prius debet restitui, quàm quis alter audiatur super renunciatione. vnde coadiuuat ad probationem, si sint alia coadminicula: vt capitu. à nobis, extrà qui mat.accusa.poss. & ibi gloss.

9 † Admittitur etiam ad purgationem inducendam,vt capit.si quis, extrà de purg.can,&.ij.quæstione.iiij.capit.pres

10 biter.† Sed contra hanc præsumptionem verisimilem possunt induci testes: vt.c.quia verisimile.extrà de pręsump.

11 PRAESVMPTIO † violenta dicitur,quæ ad pronuntiandum,vel condẽnandum ciuiliter sufficiens deputatur: vt xxxiij.quæstione prima.c. dicit dominus.vbi cauetur,quòd vbicũque fornicatio est,vel fornicationis suspicio,li

12 bere vxor dimittitur: † imò stultus & impius est,qui tenet adulteram,& dicit glosa,quòd hæc suspicio intelligitur,

13 quando est violenta,† & tamen contra eam admittitur probatio. vt.xxxv.q.iij. capitul.extraordinaria,& xxvij.q. prima capitu.nec aliqua,&.ff.de his, qui sunt sui,vel alie.iu.l.filium,& capitul.

14 literis,extrà de præsumptio. † Et ista præsumptio violenta oritur ex propinqua facti circunstantia. vt.xxxiiij.di-

15 stione.c.quorundam.† Quæ quandoque pro certitudine habetur: & ex ea fertur sententia: vt extrà de præsump. c.literas,&.c.nullus dubitat. &.c. illud quoq;,& c.tertio loco.extrà de probat.

VIOLENTA ista præsumptio subdiuiditur. Nam alia est iuris,alia iuris, & de iure.

16 PRAESVMPTIO † iuris tantùm est,cùm ius præsumit aliquid. sed non statuit super præsumpto. Et illa præsumptio recipit contrariam probationẽ

17 † vt ecce, vir cohabitauit diu cum vxore,præsumitur ab eo cognita.vt.xxxij.

18 q.j.d.c.† dicit Dominus,sed talis præsumptio recipit contrariam probationem.

nem, vt dicta.xxxv.quæstione.iij. capitu, extraordinaria.&.xxvij. quæstione j.capitu.nec aliqua.& c.proposuisti, ex trà de probat.&.l.si chirographum. ff. eodem, & glo.in.c.is, qui fidem, extrà de sponsal. Et ex illa probatione iuris tantùm, vel ex productione testium surgit suspicio: vt secunda quęstione.vij. cap. accusator quoq;.

19 † Et regula est, quòd pręsumptio iuris transfert in aliũ onus probãdi.l.generaliter.§.si petitum. versicul.sed cùm ex præsumptione.ff. de fi deic.libert.

20 PRAESVMPTIO † iuris & de iure est, cùm ius fingit, ac statuit super ficto, contra quam fictionem non admittitur probatio contraria: vt capitu.ad id, & c.is, qui extrà de sponf.& condi.apposi. & capitu.per tuas, eodem. Nam legis dicitur esse sentẽtia, vt.l.si hi, qui adulterii.C.ad legem Iuliam de adulteriis, & l.excipiuntur.ff.ad senatuscons. Sylla. & suprà dixi in fine indiciorum.

21 FICTIO † iuris & de iure est, quando ius certum de aliquo facto fingit, sta

22 tuendo oppositum. † Exemplum, ius fingit vxorem stipulatam dotem sibi reddi, licet sit certum, quòd non fuerit stipulata, sed in fauorem mulieris ius hoc fingit: vs Abbas in capit.is, qui, extrà de sponsa.& capit.quantò, extrà de præsumptio. Nec aliquis audiretur ad probandum contrarium: vt.C.de rei.vxor. actio.l.j.§.j.

23 † Idẽ in arrogato, qui semper intelligitur stipulatus quartam partem de bonis arrogatoris, si emancipetur.l.si arrogator.ff.de adoptio. Similis præsumptio est.xj.quæstiõe.j.c.si quis clericorum, & extrà qui mat.accus.pos. capitul.Insuper.

PRAESVMPTIONES aliæ sunt, scilicet hominis, naturæ & facti præcedentis, siue subsequentis.

24 PRAESVMPTIO † hominis est, cùm præsumitur contra aliquem homi

25 nem, propter malam famam, & † contra hanc præsumptionem admittitur probatio in contrarium: vt extrà de spõsa.capitu.cùm in tua.& secunda quæstione.v.capitul.presbyter, & capitulo si mala fama.extrà de purgat.cano. &.ff.quòd metus causa.l.non est verisi

26 mile, & ex illa non potest sequi condẽnatio: vt.d.absentem.ff.de pœnis.

27 PRAESVMPTIO † naturæ est, cũ exhæredo filium meum, præsumitur cõtra me, quòd iniustè exhæredauerim eum: & hoc propter naturam. Et ideò hæredes mei tenentur probare, quòd iustè exhæredauerim eum: vt C. de liberis præteritis, vel exhæreda. authen.

28 non licet parenti. † Cùm iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi debeant. l. iura sanguinis.ff.de regulis iuris.

29 PRAESVMPTIO † facti præcedẽtis, est circa futura: vt si semel calumniatus es contra me.& iterum velis me accusare, præsumitur modò te velle iterum calumniari: vt.ff.de accusa.l. si cui.§.iisdem, & tertia quæstione decima.capitu.placuit.& capitu.si accusatorum, & capitulo mandata, & capitul. scribam eis.extrà de præsumptio.

30 PRAESVMPTIO † facti subsequẽtis circa præterita: vt si qui fuerint accusati de crimine adulterii, quòd depellebant prætextu proximitatis, si posteà in matrimonium se coniunxerunt, manifestè præsumitur facinus, in quo accusati fuerunt: vt.C.de adul.d.l.si hi,

qui

qui adulterii.ff.ad Macedonian.l. idem si filius,aliàs incipit:sed Iulianus.§. interdum,in fin.& in authen.vt nulli iudi.§.si quis verò.col.ix.

31 Sed quia† suprà diximus de indiciis,argumentis.suspicionibus & præsumptionibus.Quæro,quæ differentia sit inter indicium,præsumptionem,argumentum,& suspicionem? Respon. ꝗ ex his po test idem resultare effectus,secundum Abba.in .c.iij loco.extrà de probatio Nec est disputandum de vocabulis,ex quo idem resultat effectus.

32 †Imò disputatio de vocabulis,est pertinacibus relinquenda:dicit Inno.in.c. quia verisimile,extrà de præsum. Ideo Barto.in.l.admonendi.ff.de iureiurando vtitur aliis vocabulis. dicit enim,

33 †quod iudex per tres aut quatuor gradus adducitur ad credulitatem, & fidem. Primò, cùm causa introducitur per actorem,& negatio sequitur per reum,iudex adducitur in dubitationẽ, quia non præsumit adhuc nec pro actore nec pro reo.Secundò,ex aliquo leui indicio,vel argumento, inducitur ad suspicionem,& hæc appellatur suspicio.Tertiò,si argumenta insurgunt fortiora,incipit opinari,& appellatur opinio:nec tñ, qm̃ex eis iudicandũ nõ est sufficit ad fidem,& credulitatem, sed parùm deficit.Quartò, si aliqua adhuc magis exiguntur in causa,adducitur ad credulitatẽ & fidem,ita quòd iudex poterit ferre sententiam.

Dicendum est ergo.quòd in iure multa habemus vocabula, vt indicium,argumentum,suspicio,& præsumptio,& alia appellatur leuis,alia vehemens,alia probabilis,alia violenta, de quibus suprà dixi,vt incapitul. literas, & cap.quanto,extrà.de præsum.

34 Quae† insuper indicia, aut quæ argumenta scilicet genera probandi, vel per testes,& quales,quot,vel per instrumenta,ad quem modum probandæ cuiusque rei sufficiant,nullo certo modo satis diffiniri potest:sicut non semper ita sæpe sine publicis monumentis cuiuscunque rei veritas deprehenditur.Aliàs numerus testium,aliàs dignitas,& authoritas: aliàs veluti consentiens fama confirmat rei,de qua quæritur,fidem.Hoc autem pro animi arbitrio iudici relinquendum, cui credat, aut parum probatum sibi, opinetur: text.for.in l.iij.§.eiusdem.&.§. tu magis scire potes.ff.de testibus.c.Preterea capitu.in nostra præsentia,& capi.ex literis.extrà de probat.

SVMMA CAPITA.

1 *Notorium,quid sit.*
2 *Notorium quotuplex sit, & quibus constet.*
3 *Fornicatio probata censetur, quàm quis sæpe clam mulierem secum in domo detinet.*
4 *In notorio simplici officialis assertioni creditur,nec auditur appellans,*
5 *Notorium facti,per duos testes probatur.*
6 *Testes duo probant septem interfuisse.*
7 *Duo,probant trium subscriptionem.*
8 *Testes qualiter super notorio facti deponere debeant.*
9 *Notorium facti, non omnium, sed plurium scientiam requirit.*
10 *Turbam siue plebem decem faciunt.*
11 *Notorium crimen efficitur, quod fit in conspectu totius viciniæ.*
12 *Arbitrium est iudici,per quot homines notorium*

rium fiat.

13 *Populum quindecim homines faciunt.*

14 *Iudici est arbitrium vbicumque à iure aliquid non est expressum.*

15 *Notorium facti actu transeuntis, quid sit, & an poßit probabiliter negari.*

16 *Notorium facti interpellati, quale sit.*

17 *Probatio semiplena requiritur in notorio facti transeuntis.*

18 *Notorium facti actu permanentis, quod sit.*

19 *Nemo sine examinatione fieri potest in notorio tantùm iudici noto.*

20 *Iudex & accusator, in vna & eadem causa quis esse non potest.*

21 *Iudex sine accusatore quem damnare non debet & qualiter, nume. 22.*

23 *Iudex contra notoriè delinquentem inquirit, & sine alia probatione sponte confitentem cõdemnat. nu. 29.*

24 *Scripturam suspectam producens, iudicis officio punitur.*

25 *Testis fraudulenter respondens, pœnam motu iudicis imponendam non euitat.*

26 *Officio iudicis tutor suspectus remouetur.*

27 *Item quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio.*

28 *Calumniator, iudicis officio punitur.*

30 *Iudex reum in purgatione deficientem punit ex officio. Item, in notorijs, nu. 31.*

32 *In notorijs facti apparentis iudici & alijs reus sine accusatione, libello, & probationibus condemnatur: & ab hac sententia appellari non potest, nec cõtra eam aliquid probari, & nume. 33. & 34.*

35 *In notorio iudici & alijs, reus qui se reum negat, sine examinatione fieri non potest.*

37 *Nullus, cuius crimina sunt occulta, damnatur, nisi iudicio ordinabiliter habito, aut conuincatur, aut se reum confiteatur.*

38 *Manifesta iudiciarium ordinem non requirit.*

39 *In notorio, alijs & non iudici probatio requiritur: & iuris ordo est seruandus.*

40 *Notorium alijs, etiam iudici, notum esse debet.*

14 *Crimen falsi, inscriptionem requirit.*

41 *Iudex super notorio facti, qualiter procedere habeat.*

43 *Notorium iuris, quid sit.*

44 *Probatio contra iuris notorium, admittitur in contrarium. si negetur, & in dubium reuocetur, & auditur appellans.*

45 *Notorium præsumptionis, quid sit.*


46 *Filius est, quem nuptiæ demonstrant.*

47 *Iuris ordo non requiritur, vbi quis pro alicuius filio publicè habetur.*

48 *Filiatio non potest plenè probari: sed potius præsumptionibus.*

49 *Consanguinitas, præsumptiuè probatur.*

Tractatus de notorio.



SED quia de probatione peruenitur ad notorium, quæro, quid sit notorium & quotuplex est, & quibus constet.

1 CRIMINA † quandoque sunt notoria, quæ nec accusationem, nec denuntiationem: nec litis contestationem, nec etiam testium examinationẽ requirunt. sed tantùm sententiam: vt capitul. de manifesta. secunda quæstio. prima vbi cauetur de manifesta & nota plurimis causa non sunt quærendi testes, dumtamen sint iudici nota: vt vigesimatertia quæstione, tertia cùm quisque.

2 NOTORIUM † autem est triplex. s. notor

notorium facti, notorium iuris, & notorium præsumptionis. Notorium facti est, quod se exhibet, & offert oculis plurium, ita quòd habet tantam facti euidentiam, quòd non potest negari probabiliter, nec aliqua tergiuersatione cælari: vt.ff.de insti.actio.l.sed & si pupillus.§.proscribere. &.ff.de ritu nuptia.l.palàm.&.ff.de verbor.signi.l.palam.& ad municipal.l. quod maior.
3 †Vnde si constet aliquem habere suspectam mulierem secum in domo,eo ipso videtur probata fornicatio, & si publicè eam detineat, eo ipso conuictus est: nec eo casu testis, aut accusator est necessarius:cùm huiusmodi crimen nulla posit tergiuersatione cælari, credendúmque est simplici testimonio bonorum virorum, inter quos delinquens viuere dignoscitur,etiam sine iuramento:licet ille concubinarius crimen diffiteatur, vt.c.tua nos.&.c.vestra.&.c.si. extrà de cohab.cler.& mulier. Et in illo notorio negatio est nulla: vt.ff.de tribut.action.l.illum. §.penult.&.C.de
4 pœnis.l.qui sententiam.†Et in tali notorio creditur simplici assertioni officialis: vt.iiij.q.ij.§.aliquando. nec eo casu audiatur appellans: vt extrà de appellat.c.cùm sit Romana. &.c.præterea.&.c.peruenit. Aliàs enim nō posset esse certum,nisi per huiusmodi præsumptionem, vt extrà de præsumpt.c. literis.&.c.iij. Si tamen illud crimen esset publicum,non ex euidentia,sed ex fama, eo casu sola testimonia illorum bonorum virorum nō sufficerent, cùm non sit testimoniis,sed testibus iudicandum:vt.d.c.tua nos.extrà de cohabita. clericor.& mulier.

5 Hoc † notorium facti probatur per duos testes: nam duo possunt probare famam:vt extrà de testibus.c.tam lite-
6 ris † & per duos testes probatur,quòd septem interfuerunt: vt. C.de bonor.
7 possess.l.bonorum. † & per duos probatur subscriptio trium: vt.C.de fide instrumentor.l.comparationes.&.C.de testib.l.testium.

8 Hi testes,†qui inducuntur,debent deponere duo ad testificandum. Primum,quod viderunt committi maleficium,de quo talis accusatur,vel inquiritur,vel præsentes fuerunt. Nam testis in maleficio, debet testificari de præsentia,& visu:vt in authen.de hæred.& falcid.§.si verò absunt.collat.j. Secundum,debet testificari,quòd maleficium fuit publicè factum, & in loco publico, vel in platea, vel in via publica, vel in præsentia populi, vel in præsentia decem hominum, vel quindecim, vel vltrà,qui publicè videre potuerunt committi dictum maleficium: & ita sufficiunt duo testes:vt.l.vbi numerus.ff.de testib.& glo.in.c.Deus omnipotens.§. quando autem crimen est notum iudi-
9 ci.ij.q.j. † In hoc notorio facti non requiritur omnium scientia,sed plurium vt. d.c.de manifesta. fortè sufficiunt
10 decem. † nam decem faciunt plebem, siue turbam, vt. x.q.iij. c.vino. iuncta glo.fin.&.ij.q v.c.presbyter si à plebe.
11 †Alii dicunt, quòd efficitur notorium crimen, quòd fit in conspectu totius viciniæ:& quod omnes de vicinia clamant tale quid factum esse: vt.c.cùm dilectus.§.præsertim.extrà de purgat. cano.&.ij.q.j.c.scelus. Alii dicunt sufficere maiorem partem viciniæ illud

clamare:vt.ff.ad municipa.l.quod ma-
12 ior.&.d.c.cùm dilectus. † Alii dicunt
relinquentem arbitrio iudicis,per quot
homines fiat notorium:cùm non sit ex-
pressè diffinitum, & terminatum à iu-
re : dummodo fiat in conspectu, & tot
hominum præsentia, qui excedant nu-
merum decem hominum : vt.d.c.cùm
dilectus.& extrà de electio.c.j. &.d.c.
13 vino.x.q.iij.†vel quindecim persona-
rum, cùm tot personæ facerent popu-
lum numero:vt.ff.vi bonor.raptorum.
14 l.ait prætor.§.primo.† Nam vbicun-
que non est expressum aliquid à iure,
relinquitur arbitrio iudicis:vt extrà de
offic.deleg.c.de causis.&.ff.de iure de-
liberandi.l.prima.dumtamen delictum
committatur de die, & non de nocte.
Ita quòd clarè videri possit.argu.extrà
de offic.deleg.c.consuluit.in fi.&.ff.de
testib.l.testium.§.tu magis scire potes.
ff.de pœnis.l.aut facta.§.tempus.
15 ADHVC † notorium facti,tres ha-
bet species. Nam aliud dicitur noto-
rium facti actu transeuntis : vt in hoc,
quando semel notorium factum est,ita
quòd non potest tergiuersatione cæla-
ri non tamen habet reiterationem : vt
est homicidium publicè commissum,
quod reiterationem non recipit. Et sic
fuit de Christo Saluatore nostro:vt de
consecrat.distinct.ij. c.semel Christus
passus est. & de pœnitentia, distinct.j.
c.aut facta.& extrà de testib.cogend.
c.peruenit. Tale autem notorium, po-
test probabiliter negari : vt extrà de
16 sortileg.c.ex tuarum.†Notorium facti
interpellati,id est interrupti,est,quan-
do ita publicè fit, quòd non potest cæ-
lari per tergiuersationem,quod sæpius
reiterat : tamen non fit continuè. Sicut
est crimen vsurarii manifesti, qui ha-
bet mensam paratam ad mutuandum,
& publicè tenet : non tamen facit con-
tinuè mutuum, sed frequenter hoc rei-
terat : vt extrà de vsur.c.cùm tu mani-
festos. &.c.vsurarum voraginem. eod.
17 titulo.lib.vj.vbi de hoc.†Et in hoc no-
torio semiplena probatio requiritur:
vt.c.cùm in diœcesi. extrà de vsur. &
glos. in. d.c.manifesta. ij. quæstione. j.
18 † Notorium facti actu permanentis
est, quod ita fit publicè, quòd cælari
non potest, & habet in se facti conti-
nuationem : vt est videre in illo, qui
continuè in carcere continetur,de hoc
extrà de appellationib. c.dilectis filiis.
Et idem videtur in eo, qui publicè te-
net concubinam continuè in domo,le-
cto,& mensa,& liberos ex ea habet : vt
extrà de appellationib. c.consuluit. &
de diuort.c.significasti. quamuis illud
tale sit potius notorium iuris,quàm fa-
cti : cùm communiter non fiat in con-
spectu hominum,sed occultè. Attamen
ita vehementer opinatur, & præsumi-
tur, quòd pro notorio facti reputatur à
iure.vt extrà de præscrip.c.literis.& de
cohabitatione clericorum,& mulierũ.
c.tua nos.&.c.clericos.Notorium facti
aliquando est notorium,& manifestum
iudici, & incognitum aliis. Aliquando
cognitum & notorium aliis, & occul-
tum iudici. Et aliquando notorium iu-
19 dici, & aliis. † Notorium quando no-
tum est iudici tantùm, nemo sine exa-
minatione feriri potest:quia dum accu
satoris persona assumitur, iudiciaria
20 potestas amittitur.†In vna eadémque
causa nullus simul potest esse accusa-

tor.& iudex: vt.d.c.de manifesta.ij.q.j.
21 † nec iudicis est, quenquam damnare sine accusatore: quia Dominus Iudam, cùm fuisset fur: quia tamen non est accusatus, minimè eiecit. Cognito autem opere isto, pellendum illum apostolus de cœtu fraternitatis censuit. omnes enim eius crimen sciebant, & non arguebāt: publicè etiam nouercam suam loco vxoris habebat, in qua re neque testibus opus erat, neque tergiuersatione aliqua poterat tegi crimen. Et paulò pòst dicitur absens facie, præsens autem authoritate. Præsens est, qui nusquàm absens est. Iam iudicaui, vt spiritus eum, qui admisit hoc, tradi Satanæ in interitum carnis: vt.d.c.de manifesta. & suprà dixi in glos.examinati.in fine querimoniæ. Vbi ergo non est notorium crimen aliis, vt iudici, nemo sine accusatore est condemnandus: vt.ff. de muner.& honor.l.rescripto.§.si quis accusatorem.

22 Ratio † quare non est iudicis què damnare sine accusatore, est, quando delictum non est cōmissum in præsentia iudicis pro tribunali sedentis: quia quando delictum committitur in præsentia iudicis extra tribunal, non est ei notorium crimen, vt iudici, sed vt priuato: tunc ex necessaria probatio, & libellus, si ab aliquo accusatur delinquens: & litis contestatio, & omnis ordo iudiciarius: vt.C.de litis contestat.l.i.& authent.offeratur. eodem. & extrà de vsur.c.cùm tu.& extrà de corpo.vitia.c.de tua.& de offic.ordinar.c.
23 si sacerdos. † At si non accusatur delinquens in isto, & taliter notorio, poterit iudex procedere per inquisitionem, fama, vel clamore, & illum inculpatum examinare, & si sponte confiteatur delictum, poterit absque alia probatione condemnari: vt.C.de confes.l.prima.& ff.ad leg.Aquil.l.proinde.&.ff.de confessis.l.confessus. Si autem negauerit, tunc erit necessaria probatio: vt.C.de probatio.l.fina.&.ff.de pœnis.l.qui sententiam.& extrà de offic.ordina.c.pri-
24 mo. † Quòd autem iudex non possit quem damnare sine accusatore, fallit in charta suspecta, cui fides non fit: vt
25 C.de probationib. l.iubemus. † Item, cùm testis fraudulenter, & procaciter respondet: vt.C.de testibus.l.nullum.
26 † Item in tutore suspecto: vt.ff.de suspect.tuto.l.iij.§.j.&.iij.q.ij.c.quia ea.
27 † Item, quando maritus excipiendo condemnatur de lenocinio: vt. ff. de
28 adulte.l.ij.§.si publicè. † Item, quando calumniator punitur: vt.C.de calumn.
29 l.j. † Item, quando crimen probatur per inquisitionem: vt suprà dixi.& cap. qualiter, & quando. l.ij.extrà de accu-
30 sationi. † Item, cùm reus deficit in purgatione: vt extrà de simo.cap.de hoc.
31 † Item in notoriis: vt dicto.c.de manifesta.iuncta glo.

32 Notorium † quandoque per euidētiam facti adparet iudici, & aliis, vt quando est factum delictum in præsentia, & conspectu iudicis pro tribunali sedētis, & debitum sui officii exequentis, & aliorum tot, quot sufficiunt ad notorium: vt decem hominum, vel vltrà, in hoc casu iudex non recusatur: vt extrà de appellat.c.propofuit. tunc nec accusator, nec libellus denuntiationis accusationis, vel inquisitionis, vel litis contestatio, vel testium examina

minatio, vel alia probatio est necessaria : sed citatur ad sententiam audiendam, & fertur sententia in scriptis per iudicem pro tribunali sedentem : quia tunc ordinem iudiciarium non seruare, est secundum ordinem iuris procedere : vt.c.tua nos.&.c.vestra.extrà de cohabita.clericor.& mulier.& extrà de consanguinit.& affinit.c.cùm dilectus.

33 † Nec in hoc casu à sententia lata poterit appellari : vt extrà de appellatio. c.peruenit.&.c.consuluit.&.c.cùm spe-

34 ciali. † Nec etiam contra eam sententiam aliquid probari:vt.c.cùm sit Ro-

35 mana.in fi.extrà eodem.† Sed si in notorio iudici & aliis reus inficiatur crimen, veluti si quis negaret se interfecisse eum, quem sub oculis iudicis, in conspectu multorum interfecit, hìc, quia se reum negat, sine examinatione feriri non potest : vt.c.Deus omnipotens.§.fina.&.c.sequen.ij.quæstione.j. Sunt tamen ibi casus, in quibus eui-

36 dentia ipsa reum esse testatur: † vt in fornicatore, qui sine examinatione est

37 damnandus.† Regulariter tamen nullus est condemnandus, nisi iudicio ordinabiliter habito aut conuincatur, aut reum se ipsum confiteatur. Verùm de illis intelligenda sunt, quorum cri-

38 mina sunt occulta. † Cæterùm, quæ manifesta sunt, iudiciarium ordinem non requirunt.vt.ij.quæstione.j.c.prohibentur.§.fina.

39 In † notorio, aliis & non iudici est necessaria probatio, & iuris ordo seruandus : vt extrà de electio.c.bonæ.§. licet. & secunda quæstione prima.§. quando autem.&.§.fin.ff.qui satisdare cogan.l.si verò.§.qui pro rei qualitate.

40 † Quia quantuncunque sit notorium aliis:debet tamen esse etiam iudici notum : vt.xxiij.quæstio.iiij.c.cùm quisque. & tunc officialis siue denuntians auditur sine inscriptione : vt.l.ea qui-

41 dem. C.de accusatio. † Hodie de consuetudine non vtimur inscriptione, nisi in crimine falsi. Hoc notorium requirit probationem, quòd illud crimen sit factum in loco publico de die, & tot præsentibus, qui faciunt crimen esse notorium, vt dicto capit.bonæ.§.licet

42 autem.† Iudex tamen super hoc notorio potest duplici via procedere : scilicet per inquisitionem ex officio suo, vt inquirat, an dictum crimen sit notorium. Aut potest iudex procedere, alio hoc crimen denunciante, & causam prosequente, & probare volente hoc crimen esse notorium, & quocunque modo procedat, est ordo iudiciarius obseruandus, reus verò poterit interrogari, an illud crimen commiserit, & si negauerit, aut diffiteatur, poterunt testes recipi sine litis contestatione, & iurare de calumnia seu veritate : quia in talibus iuris ordinem non seruare, est eius ordinem peruertere:vt iuribus alleg.& dicto cap.bonæ.§.licet autem. & dicto cap.qualiter & quando. lo.ij. extrà de accusationib.vt patet suprà, quando extraordinariè proceditur per confrontationem testium. Quatuor autem sunt modi, quibus crimina persequimur:idque per inquisitionem, accusationem, denuntiationem, & exceptionem fieri eruditè adnotauit quidam doctor nouissimus in compendio quod ædidit in.ix.lib.C.tu verò obserua formam constit.Franc.Reg.Gal,

Suprà de notorio facti diximus: nunc de notorio iuris est dicendum.

43 NOTORIVM † iuris, est id crimē, de quo qs condēnatus est, vel in iure confessus, vt capi. euidentia, extrà de accus. & ff. de statu hominū. l. ingenuū. ff. de re. iuris, l. res iudicata, dūmodo ī iure cōfessus pseueret in sua cōfessiōe facta sine formidine tormētorū post diē & noctē, aliàs autē non: vt. ff. de quæst. l. j. §. qō. Notoriū etiā iuris, potest dici illud crimen, quod est probatū per testes, ita quòd eo possit sequi condēnatio: vt. l. fin. C. de probat. & C. de re iu.
44 dic. l. gesta. † Contra autē notoriū iuris admittitur probatio in contrariū, si negetur & in dubiū reuocetur, & quis appellans auditur, vt extrà de appel. c. cum sit Romana. §. si autem. lib. vj.

Nunc de notorio præsumptionis est dicendum.

45 NOTORIVM † præsumptiōis, est euidētia iuris vehemētis psumpta, vt est paternitas, vel filiatio: vt quando maritus & vxor vocant aliquē infantē in filiū suū, tunc est præsumptio iuris, quòd sit filius eorū, vt extrà de prob. c. per tuas, & extrà qui filij sint legiti. ca.
46 transmissæ. † Quia filius est is, quem nuptiæ demōstrant: vt. ff. de in ius vocand. l. quia semp. & ff. de his, qui sunt
47 sui vel alieni iur. l. filiū. † Et ideò vbi aliquis habitus publice pro filio alicuius, ibi non requiritur aliquis ordo iuris: vt extrà de filijs præsbyte. cap. Mi-
48 chaël. & capi. quoniam. † Quod enim aliquis sit alterius filius, non potest verè probari: vt. ff. de condi. & demōstra. l. Lucius, sed potius per præsumptiōes:
49 vt ibidem consanguinitas, est notoria iuris præsumptio. vel etiam præsumptiue: vt extrà de diuo: capit. porro. §. j. & ista probationem non exigunt: vt capi. euidentia. extrà. de accu.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Pœnarum diuersitatem exigit factorum diuersitas.*
2 *Pœna quæ cum competenti moderamine profertur, vel à lege certo siue conclusu statuitur imponi debet.*
3 *Pœna certos fines habens, exaggerari non potest.*
4 *Pœnarum noua genera imponi non possunt.*
5 *Pœnæ persecutio, legis authoritati reseruatur.*
6 *Iudex ex causa pœnam a iure statutam minuere vel augere potest.*
7 *Iudex causa cognita, mitiorem sententiam dicere potest.*
8 *Qui instrumenta penes se deposita aduersario alicuius prodidit, deportari in perpetuum debet.*
9 *Iudex propter ætatem magnam vel paruam, pœnam mitigare potest.*
10 *Impuberes nō doli capaces, excusant à pœna.*
11 *Iniuria ex affectu facientis consistit.*
12 *Impuberes iniuriam facere non dicuntur.*
13 *Delicta ab impuberibus facta, ad pœnā imputanda*

putanda non sunt.

15 *Iudex ratione senectutis mitiorem sentētiam dicere potest.*

16 *Nobilitati parcitur, item paupertati, inimicitiæ & simplicitati. & nu. 17. 18. & 19.*

20 *Iudex ex persona mitiorem sententiam dicere potest.*

21 *Maiores minori supplicio puniri debent, & seuerius serui, quam liberi: famosi, quàm integri status.*

22 *Atrocius punitur in parentem, dominum, & magistratum delinquens.*

23 *Pœna crescit & diminuitur, secundum personarum qualitatem & conditionem.*

24 *Dementes & famosi, excusantur à pœna.*

25 *Reus constitui nō potest, nesciens quid faciēs.*

26 *Furiosus satis pro suo furore punitur.*

27 *Furiosi in carcere à præside detineri debēt, si aliter commode retineri non possunt.*

28 *Tam ad pœnam, quàm ad tutelam furiosi & securitatem, proximorū custodia pertinet.*

29 *Iudex ratione scandali euitandi, mitiorē sententiam dicere potest.*

30 *Pœna ex causa moderatur & exaggeratur.*

31 *Verbera magistri, vel parentis emendationis causa illata, non puniuntur.*

32 *Pœna minuitur in deliquente sine dolo.*

33 *Delinquens, commilitonem & militem reipublicæ se dicens, mitius punitur.*

34 *Lasciuia homicidium faciens grauiter non punitur.*

35 *Quantitas in delictis attenditur.*

36 *Qualitas spectatur in delictis.*

37 *Delicta atrociora ex animo proueniunt.*

38 *Vir grauius, quàm mulier punitur.*

39 *Locus aggrauat delictum.*

40 *Tempus delictum facit atrocius.*

41 *Iniuria atrocior fit in ludis & in pretoris præsentia.*

42 *Iudex fortuitos casus suos luit arbitrio.*

43 *Iudex in pœnis imponendis, quid attendere debeat.*

44 *Excessus magis in vno, quàm in alio punitur.*

45 *Iudex in extraordinarijs criminibus & in publicis iudicijs, & ordinarijs, potest augere & minuere pœnam, & quando, nu. 46.*

47 *Pœnæ criminales in regno Franciæ, sunt in arbitrio iudicantis.*

Tractatus de pœnis.



1 VBI † igitur ex probatione, vel confessione notorium crimen habetur, est modus in irrogandis pœnis exquirendus, secundum delictorum qualitatem: quia diuersitas factorum, exigit diuersitatem pœnarum. l. si seruus. ff. ad leg.
2 Aql. † Naturæ itaquæ cōgruū est, eas tantūmodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine cōclusæ statuūtur. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo,
3 quod inter. profer. † Et quando pœna habet certos fines ex qualitate probationum, nunquā potest exaggerari pœna: vt. l. generaliter. in princip. vbi est
4 tex. no. ff. de decur. † Nec potest iudex imponere noua genera pœnarū: quia nō debet recedere à pœnis à iure & cōsuetudine inductis: per. l. moris. §. sed enim sciendū, & l. capitalium. §. maio-
5 res. ff. de pœnis. † Nam pœnæ persecutio, nō voluntati iudicis mandatur, sed legis authoritati reseruatur: vt. l. j. §. j. in fi. ff. ad Turpil. & ff. ad municip. l. ex dine. ij. respō. & in. c. si quē pœnituerit.

6 ij.qō.iij.† Hoc enim est verum, quòd iudex non potest augere vel minuere pœnam à iure statutam, nisi subsit aliqua causa & causæ cognitio. Sed vbi subest ratio & causa cognita, iudex poterit augere vel minuere pœnā in sen
7 tentia, vt.l.hodie.ff.de pœnis. † Iudex igitur certis rationibus motus, mitiorē sentētiam dicere potest: vt.l.seuerior.
8 C.ex quib.cau.infam.irrog. † Exēplū enim est, cum quis instrumenta penes se deposita, aduersario meo prodidit, & inspicieda exhibuit, deportari, & infamari debet in perpetuū, vt.ff.de pœnis.l.si quis aliquid. §.instrumenta, & ff.ad leg.Cor.de fals.l.prima.§.is, qui.
9 † Attamen propter ætatem magnam vel paruam, potest iudex mitigare pœnam: vt.ff.de mino.l.auxiliū.§.in deli-
10 ctis.&.ff.de termi.mot.l.ij.† Nā impuberes, qui non sunt doli capaces à pœna excusantur: hi enim pati iniuriā so-
11 lent, & non facere.† Cum enim iniuria
12 ex affectu facientis consistat, † consequens est dicere his, siue pulsent siue conuicium dicant, iniuriam fecisse nō videntur. Itaque pati quis iniuriā (etiā si non sentiat) potest: facere verò nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, etiā
13 si nesciat cui faciat. † Et ideò delicta ab ijsdem facta, ad pœnam imputanda non sunt: vt capit.illud relatū.xv.qō.j.
14 † Ergo si infans vel furiosus hominem occiderit.l.Cor.de sica.non tenetur: cū alterum innocentia consilij tueatur, & alterū fati felicitas excuset.l.infans.ff. ad leg.Cor.de sica. Item habetur ratio iuuentutis: vt.xxxiij.qō.ij.c.in adole-
15 scentia, &.l.dist.c.pœnitentes.† ratione etiā senectutis iudex mitiorē sententiam dicere potest: vt ca.tanta nequitia.lxxxvj.distin.vbi dicitur: Quātò morti vicinior effic̄eris, tanto solicitior atque timidior esse debes, & quidem pœnæ sententia inde fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cū senectute cognouimus, interim tacemus, eos verò, quorū consilio hoc egisti, in duobus mēsibus excōmunicatos esse decreuimus, neque simplicitati tuæ, neque vlterius senectuti parcem⁹, &.xxvj.quæst.vij.c.hoc fit, & cap.tem-
16 pora. † Item habetur etiā ratio nobilitatis: vt.xlj.distin.cap.non cogantur.
17 † Item paupertatis: vt extrà de sentē-
18 tia excom.c.quod de his.& cap.fi.† Itē etiam inimicitiarum, vt extrà eodē, de senten.excom.c.de cætero.hæc glo.in
19 d.c.tempora.xxvj.quęst.vij.† Itē parcitur etiam simplicitati: vt de cōse.distin.ij.c.iij.& extra de re.pmu.c.cū vni
20 uersorum.† Ex persona etiam mitiorem sentētiam dicere potest, vt.xxiiij.
21 q.j.c.qui contra.† Maiores siquidē minori supplicio puniri debēt, & seuerius serui, quàm liberi: famosi, quā integri status.l.capitalium.§.fi.ff.de pœnis. Et ideò persona dupliciter spectatur, eius
22 qui fecit, & eius, qui passus est.† Aliter enim punitur, qui quid in parentē dominumve ausus est, quā qui, in extraneum. In magistratū, quā in priuatum, vt.l.aut facta.ff.de penis, &.l.prætor.§.
23 fi.ff.de iniur.† Et sic diuersitas personarum, exigit diuersitatem pœnarum, augeturque delictum dignitate, gradu, specieque militiæ.l.ij.in fi.ff.de re milit. Et secundum gradum dignitatis vitæque honestatem, augetur, aut minuitur pœnæ ęstimatio, qui gradus condemna

demnationis nō immerito seruatur, vt aliud in vilissimo,& compedito, aliud in medij actus homine ius æstimationis constituatur: vt.§.pœna autē.insti-
24 tu.de iniur. † Demētes quoque & famosi à pœna excusantur: hi enim pati iniuriam solent & non facere.d.c.relatum.xv.q.j.scimus enim aliquos subito demētes factos, ferro, fuste, lapidib. & morsibus, multis nocuisse, quosdam etiam occidisse, captos autē industria & iudicijs oblatos, minime reos factos, eo quòd non voluntate, sed impellente vi nescio qua, hæc gesserunt nesciētes.
25 † Quomodo enim reus constituitur, qui nescit, qđ fecerit? vt.c.aliquos sci-
26 mus.&.c.illa cauenda.xv.qō.j.† Satis enim suo furore puniuntur.l.diuus.ff. de officio præsidis. Satiùs arbitramur quamlibet interim infirmitatē ad pœnam peccati, quam ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum est, & compatiendum, quā puniendum, vel etiam aliquo modo feriendum: vt.iij.
27 qō.ix.c.iudicas.† Obuiam tamen eundum est per præsidem prouinciæ, vt hi per necessarios, scilicet amicos, affines & consanguineos contineantur, quòd si minimè possunt per eosdē contineri, carcere contineri debent: vt.l.cōgruit. §.furiosi.ff.de offic.præsid. Nec ad hoc solū furiosis custos adhibetur cognatus aut affinis, ne qđ perniciosius ipsi furiosi in se moliātur, sed etiā ne alijs quoque exitio sint. Quod si obmittatur nō immerito culpæ eorū ascribendum est, qui negligentiores in officio
28 suo fuerint: † quoniam tam ad pœnā, quàm tutelā furiosi, & securitatē proximorum custodia pertinet. Si verò vt plerunque assolet interuallis quibusdā furiosus sanior sensu efficiatur, & eo momēto scelus admiserit, morbo eius non est danda venia, sed secundum facinoris immanitatem supplicio afficiē-
29 dus est.d.l.diuus.ff.de offic.p̄sid.† Ratione etiam scandali iudex mitiorē sententiā dicere potest: quia propter scandalum & tumultū aliqua postponuntur & fiunt, quæ aliter non fierent: vt cap.de his verò.l.dist.&.c.placuit.dist. j.&.ij.q.j.cap.in primis.
30 Ex causa † etiam potest moderari vel exaggerari pœna. Quo ad primū, detrahēdum est aliquid seueritati, vt maioribus sanandis malis, charitas syncera subueniat: vt capitu.vt constitueretur.in fin.l.distin. Quo ad secundum, nonnunquàm euenit, vt aliquorū maleficiorū supplicia exacerbentur, quoties minimū multis grassantibus personis exemplo opus sit: vt.l.aut facta.§.
31 fin.ff.de pœnis.† Alia est inspiciēda causa, vt in verberibus, quę impunita sunt à magistro illata vel parēte: quoniam emendationis non iniuriæ gratia videntur adhiberi: vt.l. respiciendum. §.furta domestica.ff.de pœnis,& dicta l.aut facta, eodem, quod potius in pietate, quàm atrocitate consistit, vt gloss. in.l.vnica. C. de emenda.propinquo. Quòd si atrocitas facti ius domesticæ emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi iudicis notioni.dicta
32 l.vnica. C.de emend.propinq.† Pœna etiam minuitur, cum quis deliquit sine dolo: vt.ff. de pœnis.lege respiciendum.§.delinquit. & lege absentem §.
33 fi.eodem. † Aut quia delinquens dicit se cōmilitionem & militē Reipublicę: vt.ff.

34 vt ff. de re milit.l.non omnes.§.fi.†Aut quia non dolo sed lasciuia homicidium fecit.vt ff.ad leg.Cornel.de sicar.l.in l. & ff.ad leg. Cor. de fals.l. falsi.id est.§.
35 ordine.†Quantitas etiam attenditur,si sit delictum enorme vel mediocre, discernitur enim fur ab abigeo, nam qui vnum suem surripuit, vt fur coërcebivt ff.de fur.per totum. Qui gregem,vt abigeus,vt ff.de abigeis. l. fin. & gladio damnari solet.l.j.ff.eo.
36 QVALITAS†itidem spectatur,vt quando factum vel atrocius vel leuius est,vt furta manifesta,à non manifestis discerni solent.Rixæ à grassaturis, expilationes à furtis,à violentia petulan-
37 tia.d.l.aut facta.ff.de pœnis.†Atrociora siquidem sunt delicta, quæ proueniunt ex animo,siue delictum sit priuatum siue publicum,vt gl.in l.auxilium
38 §.in delictis.ff.de minor. † Sexus pariter,nam viri sunt grauius de delicto puniēdi adulteri,quàm mulieres,cùm tanto grauius eos puniri oporteat, quantò magis ad eos pertinet & virtute vincere,& exēplo regere fœminas, vt. xxxij. q.v.c.indignatur.
39 LOCVS †facit, vt idem vel furtū vel sacrilegium & furtum sit capite luēdum,vel minore supplicio.d.l.aut facta ff.de pœnis.Locus vel magnitudo, etiā vulneris atrocitatem facit,veluti oculo vel ore percusso,vt l. vulneris, & l. sequenti.ff.de pœnis.& l.prætor.§.fin.ff. de iniuriis & §. atrox institu. eodem.
40 †Tempus discernit emansorem à furtiuo desertore, effractorem vel furem diurnum à nocturno. Nam atrociores sunt nocturni effractores, & ideò hi fustibus cæsi,in metallum damnari solēt. Diurni verò effractores post fustium castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt,vt l. in effractores.ff.de effract.& l.j.& ij.ff. de furt.
41 balnea.†Idem,atrocior fit iniuria,si in ludis & in conspectu facta fuerit.Nam in prætoris præsentia facta iniuria, atrocior fit,quàm si in solitudine d.l.prę
42 tor.§.fi.ff.de iniur.† Euentus quoq; spectatur à dementissimo facta, quanquā lex non minus eum qui occidendi hominis causa cum telo ambulauerit,quā eum qui occiderit,puniat.Et ideò apud Græcos exilio volūtario ad arbitrium iudicis fortuiti casus luebantur.d.l.aut
43 facta.†Iudices ergo in imponēdis pœnis attendere debent circunstantias, ex quibus augetur vel minuitur delictum scilicet ætatem,personam,causam,quātitatem,qualitatem,sexum,locum, tempus,& euentum.
44 † Cùm idem excessus magis sit in vno, quàm in alio puniendus vt c.sicut dignum,extrà de homici.
45 & d.l.aut facta.ff.de pœnis.† Non tantum quoq; potest augere vel minus pœna in sententia in extraordinariis criminibus,sed etiam in publicis iudic.& ordinariis,vt ff.de pœnis.l.respiciendū in prin.& d.l.aut facta.§. fi. & ff.ad leg. Cor.de fals. lege antepe. & l.quid ergo §.pœna grauior in glo.ibi,sed quomodo potest.ff.de his,qui not.infa.& glos. in d.l.& si seuerior. C.ex quibus causis
46 irrog.inf.†Sed quærit glo.in d.§. pœna grauior, quomodo potest iudex in extraordinariis criminibus augere vel minuere pœnam, cùm nulla sit per legem statuta certa pœna?Respon. quòd debemus referre nos ad quod fieri solet de tali crimine ex consuetudine,

quod

quod cum excesseris, dicaris augere vel minuere vt argu. ff. de damno infect. l. si finita. §. j. & argu. l. semper in stipula-
47 tionibus. ff. de reg. iur. † Hodie siquidē de consuetudine & statuto regni Franciæ, pœnæ criminales sunt in arbitrio iudicantis, ita quòd iudex potest suum arbitrium extendere vsque ad mortem inclusiuè vt glo. in §. in summa. insti. de iniur. pensata tamē & attenta facti qualitate, & personarū conditione, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quam causa postulet, vt l. Pedius. §. primo. & fi. ff. de incend. rui. & naufra.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Pactorum diuersitas, pœnarum diuersitatem exigit.*
2 *Delicta facto, dicto consilio, & scriptura committuntur.*
3 *Christianum christiani nominis odio lapidās cum suis participibus concremandus est.*
4 *Sacrilegium maius facientes, viui exuruntur vel furcis suspenduntur.*
5 *Virginem Deo dicatam vel alterius vxorem rapiens auxiliumq; inuasionis tempore præbēs mortis damnatur supplicio.*
6 *Idolis sacrificans, gladio vltore sternitur, & eius facultates fisco vendicantur.*
7 *Officia diuina turbans, capite punitur.*
8 *Luxurianti contra naturam gladio pœna mortis imponitur.*
9 *Rebaptizans scienter, vltimo supplicio percellitur.*
10 *Pœna mortis mulctatur, qui in silice crucis signum in diuini numinis vilipendium sculpit.*
11 *Emens muricem, & purpuram tingens capite punitur.*
12 *Violans muros, capitis subeat discrimen.*
13 *Frumentum exercitus lucrifaciens, capitali pœnæ subditur.*
14 *Monetam falsificans, flammarum exactionibus mancipatur.*
15 *Procurator principis, qui subiectum depradauit, publicè viuus concrematur.*
16 *Mulier, quæ animali bruto se subiecit, vna cū bruto interficitur.*
17 *Incendium in ciuitate vel oppido faciens, qualiter puniatur.*
18 *Transfuga ad hostes consilium principis manifestans, aut viuus exuritur, aut furca suspenditur.*
19 *Seditionis fautores, qualiter puniantur.*
20 *Prouocans tumultum in populo, grauissimè est puniendus.*
21 *Proditor patriæ capite puniatur.*
22 *Latro, in insula capitis subeat pœnam.*
23 *Igne cremantur plebeij liberi & serui, qui saluti dominorum suorum insidiantur.*
24 *Publici & famosi latrones in loco, quo furati sunt furca sunt figendi.*
25 *Conspirans contra principem vltore gladio puniri debet, eiusque bona fisco applicantur.*
26 *Parricida debet insui in culeo, cum gallo, vipera, & simia, & in flumen proijci.*
27 *Homicida quod fecit expectet.*
28 *Pacem iuramento firmatam occidendo vel vulnerando frangens capite punitur.*
29 *Seruus, qui cum domina concubuit, comburi debet, & domina decapitari.*
30 *Adulterium committens, reus est mortis.*
31 *Tutor adultam corrumpens, deportatur bonis omnibus confiscatis.*
31 *Qui manum sibi infert, nec factum peregit, capite puniatur.*
33 *Miles pacis turbator, capite punitur.*
34 *Fulcire hostes, vel eis arma vendere non licet*

cet, sub pœna capitis, & confiscationis bonorum.

35 Puellam in prostribulo tenens occidatur.

36 Homines castrans puniendus est.

37 Carcere effracto fugiens punitur capite.

38 Miles custos qui captiuum dimisit, capite punitur, & eadem pœna tenetur, qui eum qui custodiebat deseruit.

39 Commentariensis qui reum mortis euadere permisit supplicium subit, quod fugiens esset subiturus.

40 Priuati carceris crimen committentes, afficiendi sunt vltimo supplicio.

41 Priuatus furcas propria authoritate erigens, capite punitur.

42 Miles socium commilitonem ferro percutiens, caput amittit.

43 Præposito qui manus intulit, capite puniendus est.

44 Iudex pecuniam publicam subtrahens, capitali pœna puniatur.

45 Miles fugiens in bello, capite plectendus est.

46 Pregnantem mulierem necans, summo supplicio afficitur.

47 Occidens duos vel plures vltimo plectendus est supplicio.

48 Aggressuræ & violentiæ author, vbi cædes facta est capitale supplicium excipiet.

49 Malandrinos & homines malæ conditionis receptans, capitali supplicio feriatur.

50 Miles, ne pugnet, languorem simulans, capite punitur.

51 Iudex qui matremfamiliâs in iudicium vocat, capitali pœna plectatur.

52 Nili aggeres rumpens, concrematur: & eius participes sine spe veniæ deportantur.

53 Latrones receptans, & alios insignes reos, capitali supplicio damnatur.

54 Fur alienorum puerorum, gladio consumitur.

55 Inuasor castrorum vel ciuitatis, decapitatur.

56 Hostes venire permittens, quos officij ratione prohibere debet, viuus comburitur.

57 Vastum in vineis vel campis de nocte faciens à quolibet impunè occiditur.

58 Subtrahens aliquem de religione, capite punitur.

59 Casus, quibus quis de iure diuino condemnatur.

Tractatus pœnarum mortis.



1 AT QVIA, prout suprà diximus † diuersitas factorum, exigit diuersitatem pœnarũ. l. si seruus. ff. ad leg. Aquil. ideò colligendi sunt casus, in quibus per legem imponitur pœna mortis, & casus, quibus citra ademptionem vitæ pœnæ veniunt infligendæ. † Præmittendum est igitur, quòd delicta quatuor modis committũtur scilicet facto, dicto, cõsilio & scriptura, vt ff. de actio. & oblig. l. ex maleficiis. & l. aut facta. ff. de pœnis. & in quolibet reperiuntur casus mortis vt patet.

3 QVI † Christianum odio nominis Christiani, lapidat, mox flammis dedendus est, & cum omnibus suis participibus concremandus. l. ij. C. de Iudeis.

4 QVI † maius sacrilegium faciunt, aut viui exuruntur, aut in furcas suspẽduntur vt l. sacrilegi. ff. ad leg. pecul.

5 QVI † virginem maximè Deo dedicatam, vel vxorẽ alterius rapit, & qui ei auxilium, inuasionis tempore præbuerit, mortis damnantur supplicio. l. vnica. C. de raptu virg.

Qui

6 QVI † idolis sacrificat, gladio vltore sternitur facultates perempti vendicantur fisco vt l. C. de paga. & sarra.

7 QVI † officia diuina dolosè turbauit, capitali supplicio punitur, vt l. si quis in hoc genus sacri. C. de ep. & cle.

8 QVI † contra naturam luxuriatur gladio vltore exquisitis subditur pœnis l. fœdissimam, & l. cùm vir nubit in fœminam. C. ad l. Iul. de adul.

9 QVI † scienter rebaptizauit, vltimo supplicio percellitur, vt l. ij. C. ne sanctum baptis. itere.

10 QVI † in silice signum crucis in vilipendium diuini numinis sculpit, pœna mortis mulctatur leg. vnica. C. nemi. lic. sign. saluato.

11 QVI † emit muricem, & tingit purpuram, fortunarum suarum, & capitis subibit discrimen. l. j. C. quæ res vend. non poss.

12 QVI † muros violat, capite punitur vt l. fi. ff. de rer. diuis.

13 QVI † frumentũ exercitus lucrifacit, capitali pœnæ subditur vt l. iij. C. quæ res ven. non pos.

14 QVI † monetam falsificauit, flammarum exustionibus mãcipatur. l. ij. C. de fals. mon. & l. j. eod.

15 QVI † actor rerum priuatarum vel castaldio vel procurator Cæsaris subiectum deprædauit, viuus publicè concrematur, vt l. vniuersi. C. vbi causę fis.

16 MVLIER, † quæ se animali bruto subiecit, interficitur vnà cum bruto, vt xv. q. j. c. mulier.

17 QVI † in ciuitate vel oppido incendium facit vinctus verberatus igni necari iubetur, si modò sciens prudensq; id commiserit. Si verò casu, id est negligentia, aut noxam sarcire iubetur aut si minus idoneus sit leuius castigatur vt l. qui ædes. ff. de incend. rui. & naufr. & l. capitaliũ. §. nonnunquã & §. fi. ff. de pœ.

18 QVI † ad hostes principes confugit, & eius consilium manifestat, aut viuus exuritur, aut furca suspenditur, vt l. si quis aliquid. §. j. ff. de pœ.

19 QVI † fautores seditionis. i. tradimenti fuerint, in furcam tolluntur, aut pro qualitate dignitatis in insulã deportant, vt d. l. si quis. §. authores. ff. de pœ.

20 QVI † prouocat tumultum & clamorem in populo, cridando viuat, vel moriatur, debet mori pœna seditionis, vt l. ij. C. de seditio. & l. qui cœtu. ff. ad l. iul. de vi pub.

21 QVI † proditor fuerit patriæ, capitali supplicio animaduertitur, vt l. fallaciter. §. fi. C. de abol.

22 LATRO † in insula vel nemore vel in frequentatis itineribus deprędans, capite punietur vt l. capitalium. §. grassatores. ff. de pœ.

23 Plebeii † liberi, & humiles personæ, serui quoq; qui saluti dominorũ suorũ insidiati fuerint, igni concremantur: vt d. l. capitalium. §. igni.

24 PVBLICVS † & famosus fur in illo loco, in quo furatus est furca figendus est vt d. l. capitalium. §. famosos, & Bal. in c. iniuria. ver. seu furtũ de pace iuramento firmand. in vsi. feu. sibi etiã enumerat alios casus, quibus quis venit laqueo seu furca suspendendus.

25 PRODITOR † principis vel conspirans in eum, vel in dominum suum temporalem, vel spiritualem iurisdictionem habentem puta comitem episcopum, vel baronem, cui subest, vt maie-

ſtatis reus vel quaſi, gladio feritur, omnibus eius bonis fiſco addictis, & eadem ſeueritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri iura voluerunt: vt l.quiſquis.C.ad.l.Iul.maieſt.

26 HOMICIDA † parentum, inſutus culeo cum gallo gallinaceo, & vipera. & ſimia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, ſerpentium contuberniis miſceatur, vel in vicinum mare, vel in amnem proiiciatur: vt omni elementorum vſu viuus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo, auferatur.l.vnica.C.de his, qui parent. vel liber.occid.

27 HOMICIDA † quicunque, quod fecit, expectet.l.nemo deinceps. C. de epiſ.audien.&.l.eiuſdem.§.legis, verſi. ſed ſolent.ff.ad leg.Corne.de ſicar.

Qui pacem iuramento firmatã frangit occidendo.vel vulnerando, capitalem ſubire debet ſententiam: vt capitu. primo.§.ſi quis hominem, de pace tenẽ. & ius violat.in vſib.feudo.

29 SERVVS, † qui cum domina concubuit, debet comburi, & domina decapitari: vt.l.vna.C.de mulier. quæ ſeruis proprijs ſe iunxe.

30 QVI † adulterium committit, reus eſt mortis: nam ſacrilegos nuptiarum gladio puniri oportet.l.quamuis. la.ij. C.ad leg.Iul.de adul.

31 QVI † eam, cuius tutor eſt, corrũpit, deportatur: & eius bona fiſco confiſcantur: quanuis eam pœnam debuerit ſuſtinere, quam raptori leges imponũt. leg.vnica.C.ſi quis eam, cuius tut.&c.

32 QVI † manus ſibi infert nec factũ pergit (niſi impatientia doloris, tædio vitæ, furore, aut morbi luctusve alicuius, vel alia cauſa fuerit) capite puniẽdus eſt.l.ſi quis.§.fi.ff.de pœ.&.l.omne delictum.§.qui ſe vulnerauerit.ff.de re milit.

33 MILES † turbator pacis, capite punitur.l.fin.§.fin.ff.de re milit.

34 QVI † fulcit hoſtes, vel vendit eis arma, capitalem pœnam ſubire debet: bonis eius vniuerſis protinus fiſco adiectis.l.nemo alienigenis.C.quæ res ex po.non deb.

35 PVELLAM † tenens in proſtibulo, nouiſsimum ſuſtinebit ſupplicium: vt occidatur: vt in authen.de leno.§. præconizamus, col.iij.

36 QVI † homines caſtrat, capite punitur: vt lege prima.C.de eunuchis.

37 QVI † effracto carcere fugit, capite punitur: vt.l.milites agrum.§. eius fugam.ver.eum tamen, qui carcere.ff. de re milita.&.l.j.ff.de effracto.ꝗ ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint. mitius puniuntur: vt ibidem.

38 MILLES † cuſtos, qui captiuum dimiſit, capite punitur, eadem pœna tenetur, qui eum, quem cuſtodiebat, deſeruit: vt.d.l.ſi quis.§.miles.ff.de re mili.

39 COMMENTARIENSIS, † qui reũ mortis euadere permiſit, ſubit ſupplicium, quod qui fugit, eſſet ſubiturus: vt.C.de cuſto.reorum.l. ad commentarienſem.

40 QVI † priuatum carcerem facit, tanquàm ipſius maieſtatis violator, vltimo ſubiiciendus eſt ſupplicio.l. vnica.C.de priuat.carce.inhib.

41 QVI † ſua authoritate erigit furcas, vel cũ ſit priuatus, vtitur imperio, vel inſignia, ſeu repræſentantia magiſtratum gerit, quia iſtud eſt crimen læ-

ſæ maie

sæ maiestatis, capite punitur: vt. l. iij. ff. ad. l. Iul. maie. & ff. de falsis. l. eos. §. q se.

42 MILLES, † qui socium commilito nem ferit. i. ferro percutit (nam ferire, propriè est cum ferro) caput amittit: vt d. l. omne delictū. §. qui se. ff. de re mili.

43 QVI † Præposito, vel duci, vel Potestati, vel capitaneo. illius terræ manus intulit, capite puniendus est. d. l. omne delictum. §. qui manus.

44 IVDEX, † qui subtraxit publicam pecuniam, capitali animaduersione plectitur: vt insti. de pub. iud. §. itē lex. Iul.

45 MILES, † qui fugit in bello, integra acie, capite plectēdus est. d. l. omne delictum. §. qui in acie. ff. de re milit.

46 QVI † prægnantem mulierem necat, summo supplicio afficitur. d. l. si qs aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœ.

47 IDEM, † si duos vel plures occidit, arg. eius. §. qui abortionis.

48 AGGRESSVRAE † & violentiæ author vbi cædes facta est, capitale supplicium excipiet: vt. l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi pub.

49 MVSELLANTES † vel receptantes bucellarios. i. latrones, qui à minimis inceperunt, puta à bucella panis, vel verius, quia ponunt in ore captorum lignum, vt non clament, capitali supplicio ferientur: vt. l. fi. C. eo. ad. leg. Iuliā. de de vi.

50 MILES, † qui ne pugnet, languorem simulat contumacia, etiam in milite, capite punitur. d. l. omne. §. contumacia. ff. de re milita.

51 IVDEX, † qui matrem fa. in publicum vocat, capitali pœna plectetur: vt l. j. C. de offi. diuer. iudi.

52 QVI † nili aggeres. i. ripas destruit, vel in ciuitatib. maris. vt Ianuæ & veteris clausas publicas destruit quia idem exitus ibi sequitur, qui in Aegypto de aggeribus Nili, flammis consumitur. & concrematur, & eius particeps sine spe veniæ deportantur. l. vna. C. de Nili aggeri. non rumpend.

53 QVI † latrones receptant, vel alios insignes reos, capitali supplicio damnabuntur: vt. l. fi. C. ad legē Iul. de vi pub. & l. j. & ij. C. de his, qui latro occul.

54 QVI † furantur pueros alienos, gladio consumuntur, vt. C. ad legem flauiam de plagia. l. fi.

55 QVI † inuadunt castra, ciuitates vel oppida, vt rei maiestatis, decapitantur, vt. l. j. §. qui armati. & in versic. locave occupētur. vt. l. eorum in glo. ea.

56 QVI † permittit venire hostes, quos ratione officii debet prohibere, viuus comburitur. l. si quis à barbaris, de re milita. lib. xij. C.

57 QVI † facit vastum in vineis vel campis de nocte, à quolibet impunè occiditur. l. j. C. vt lic. vnic. sin. iud. se vin.

58 QVI † abstrahit aliquē de religione, putà rapiens nouitios à fratribus, capite punitur: vt. l. eum. C. de apo.

ET vt tandem cum illo virgil. loquar, in cæteris delictis & pœnis.
Nō mihi si linguæ cētū sint, oráq; cētū.
Ferrea vox, omnes scelerum comprehēdere formas,
Omnia pœnarū pcurrere noīa possem,

59 IVRE † autē diuino, qbus casibus qs cōdēnetur ad mortē vide Leui. xxj. c.

SVMMA CAPITA.

1 *Pœnarum genera, quæ sint.*

Pœnarum

2 Pœna citra mortem actum inchoatum requirunt.
3 Pœna seruitutis, quæ sit: & quibus imponatur
4 Pœna ablationis ciuitatis, in quibus cōsistat.
5 Exilii pœna, qui damnetur.
6 Exilium, triplex est.
7 Damnatus ad mortem naturalem, vel ciuitatis amissionem, seu ad seruitutem, damnatus rei capitalis dicitur.
8 Fustibus qui fustigentur.
9 Crimina leuia quæ dicantur.
10 Iudex summariè & de plano, pro tribunali non sedendo, crimina leuia discutere potest.
11 Vinculorum verberatio, cui imponatur.
12 Damnum pecuniarium cum infamia, quis incurrat.
13 Condemnatus crimine iniuriarum, incurrit infamiam.
14 Condemnatus criminaliter de crimine priuato, an sit infamis.
15 Crimen confiteri intelligitur, qui super eo paciscitur.
16 Contrario indicio damnatus, non est infamis.
17 Pœna infamiæ, ratione calumniæ, non autem erroris, imponitur.
18 Dignitatis depositionem qui patiantur.
19 Iudices pedanei vel ordinarij, pecunia corrupti, qualiter puniantur.
20 Iudicem corrumpens vel corrumpere tentans, & iudex, qui principium constitutiones negligit, deportantur, & eorum bona publicantur.
21 Toleranda non sunt, quæ ab insolertia iudicum sunt reperta, vel ab iratis iudicibus sunt acta.
22 Negotiationis interdictio quib. imponantur.
23 Pœna extraordinaria quare extraordinaria dicatur.
24 Pœnæ pecuniariæ, quibus spectent.
25 Mulcta imposita, minorari non potest, nisi ob paupertatem condemnati.
26 Mulcta applicatur fisco.
27 Iudex potest mulctam in eius impositione in necessarijs causis publicis deputare.
28 Mulcta maior imponitur, secundum varietatem delicti.
29 Sapiens fiat in pœna, qui stultus fuit in culpa.
30 Inimicitia præcedens, facit indicium.
31 Testis odiosus ex lite pecuniaria non reprobatur, nisi de omnibus bonis, vel eorum parte agatur.
32 Ius sibi dicere quis potest, vbi authoritate superioris non potest & esse consultum, quia iudicis copia haberi non potest &.nu.8 4.
33 Indicium contra illum, qui de occidendo comminatus est, non est sufficiens.
34 Indicium, quòd quis ense euaginato à loco homicidij visus est fugere, non concludit.
35 Vulneratus à pluribus, & nescitur à quo, si perijt, an omnes pœna capitis puniantur, vel pecuniariter ad damna & interesse teneantur, vel actione iniuriarum, inquantum iudex æstimauerit. nu.37.38.75.&.118.
36 Melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare.
38 Actio legis Aquil. ad hæredes transmittitur.
39 Culpa, in lege Aquilia venit.
40 Iudex pœnam pecuniariam reo dandam læso imponere potest.
41 Pœna pecuniaria potest reo infligi, fisco applicanda.
42 Pœna infligi potest in corpore, dignitate, fama, vel in abolitione bonorum.
43 Pœnæ medietas, est fisci, & medietas actoris, in qualibet populari actione.
44 Iudex vulnerantem punire potest cum damni resartione.
45 Interesse quomodo & qualiter in delictis attendatur.
46 Interesse venit tam in lucro, quàm in damno.

Æstim

94 *Reipublicæ interest, ne crimina remaneant impunita.*
95 *Homicida ex dolo, quod fecit, expectet: nec ei parcendum est, etiam ex rescripto principis.*
96 *Minor dolo delinquens, non restituitur.*
97 *Delicta quæ ex animo proueniunt.*
98 *Veniæ facilitas, incentiuum prebet delinquendi.*
99 *Iudex, qui compertum crimen non vindicat, tegere vt conscius, criminosa festinat.*
100 *Cadens omni lege capite plectitur.*
101 *Quicunque humanum effuderit sanguinem, fundatur & sanguis illius.*
102 *Nobiles & in dignitate constituti, decollantur, viles furca suspenduntur vel comburuntur. & nu.105.*
103 *Pœna capitis mitior est, quàm furcæ subiectio.*
104 *Iudex inter pœnas mortis arbitrari potest.*
106 *Pœna mortis, an exaggerari debeat illi, qui plura homicidia commisit.*
107 *Delictum ob aliud delictum, pœnam non minuit.*
108 *Pœnæ plures imponuntur, quando ex pluribus delictis plures effectus sequuntur.*
109 *Iniurias omnes, quas quis ab aliquo passus est, in vno libello proponere tenetur: sed ex qualibet sequitur condemnatio.*
110 *Conuocans gentem, & illam ad aliquem locum ducens, vno tantùm effectu punitur.*
111 *Qui pluries ad vxorem alterius accedit, vna tantùm pœna tenetur.*
112 *Accusatio nascitur ex quolibet coitu.*
113 *Adulter decapitari debet.*
114 *Vna datione serui, qui plura delicta commisit, dominus liberatur.*
115 *Bona damnati ad mortem, confiscantur, & sine publicatione perduntur. & nu.116.*
117 *Homicida pecuniariter & criminaliter punitur.*

Tractatus pœnarum citra mortem.



PRAETER pœnarum suprà dicta genera sunt nõnulla alia, quibus citra ademptionem vitæ, præsides afficere quenquam noxium possunt. † Et sunt pœnæ quidem, quæ seruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferũt aut exilium, aut corporis coërcionem continent, veluti fustium admotio, flagellorum castigatio, vinculorum verberatio, aut damnum pecuniarium cum infamia, aut quæ dignitatis alicuius depositionem, aut alicuius actus prohibitionem continent: vt. l. si quis fortes. §. fin. cum duabus legib. seq. ff. de pœnis. Et nota, quòd pœnæ personales, scilicet amissionis vitæ, & membri, requirunt actum consummatum. † Sed pœnæ minores, vt hæ, quæ sequuntur, non requirunt actum consummatum, sed inchoatum: vt. ff. de extraordi. crimin. l. j. §. qui puero. vbi dicitur: perfecto flagitio, punitur capite: imperfecto, deportatur: vt suprà dictum est. 1 2

PRIMA † pœna, est seruitutis iniunctio, quæ adimit libertatem: vtputà, si quis in metallum vel in opus metalli damnetur: vt. l. aut damnũ. §. est pœna. ff. de pœn. Cuius pœnæ loco solent hodie de cõsuetudine damnari in perpetuum remigium marinum, vel ad tempus: sicut pluries feci secundum criminum qualitatem: vt solent illi, qui nondum viri potẽtes virgines corrumpunt, aut qui abortionis, aut amatoriũ poculum dant, aut qui viui testamen- 3

tum

tum aperuerit, recitauerit, aut si quis
instrumentum litis à procuratore ad-
uersario proditum esse conuicerit, aut
quicunque instrumenta penes se depo-
sita alteri, altero absente reddiderit, vel
uersario prodiderit, humiliores enim
ad metallū damnantur: honestiores ve-
rò, deportantur. l. si quis aliquid. §. qui
nondum. vsque ad. §. iudices. ff. de pœ.
4 SECVNDA † pœna, scilicet ablatio
ciuitatis, consistit his proximis casibus
suprà dictis: vt dicta. l. si quis aliquid. &
l. quidam. ff. de pœnis.
5 TERTIA † pœna est exilium, qua
damnantur hi, qui vulgò se iuuenes ap
pellātes, in quibusdam ciuitatibus tur-
bulentis se acclamationibus accommo
dant, si semel correcti in eisdem depre-
hendantur: vt. l. capitalium. §. solent. ff.
de pœnis. & l. exilium. ff. de interdictis
6 & releg. vbi dicitur, † quòd triplex est
exilium, scilicet, aut certorū locorum
interdictio, aut lata fuga, vt omniū lo-
corum interdictio, præter certum lo-
cum: aut insulæ vinculum, id est relega
tio in insulam, vbi non stat cum homi-
nibus. Sed exilium propriè, dicitur de-
portatio: impropriè autem, relegatio:
7 vt glo. in. d. l. exilium. † Et sic est capi-
talis damnatio, vbi mors vel ciuitatis
amissio, vel seruitutis impositio sequi-
tur: vt. l. rei capitalis. ff. de pœnis.
8 QVARTA † pœna, est coërcio cor
poris, qua coërcentur hi, qui semel tan-
tùm se turbulētis acclamationibus ac-
commodauerunt. nam fustibus cæsi, di-
mittuntur: vt. d. l. capitalium. §. solent.
ff. de pœn. Fures etiam pro primo fur-
to fustibus castigantur: vt in authē. sed
nouo iure. C. de seruis fugit. Aut cuius
negligentia incendium factum fuerit,
fustibus castigatur. l. qui ædes. ff. de in-
cend. rui. & naufra. si quis iniuria com-
miserit aliquid. Nā serui flagellis cæsi,
dominis restituuntur: liberi verò, hu-
milioris quidē loci, fustibus subiiciun-
tur. Cæteri verò vel exilio temporali,
vel interdictione rei certæ coërcentur:
vt. l. fi. ff. de iniur. & generaliter ii, qui-
bus obiiciuntur leuia delicta, si liberi,
fustibus castigātur: si serui, flagellis: vt
9 l. leuia. ff. de accu. † Dicuntur autem le-
uia crimina, quę sunt priuata: vt gl. ibi-
dem. sicuti crimen legis Iuliæ de anno
na, & crimen de nauibus submersis: vt
C. de naufrag. l. de submersis. & crimen
abigeatus: vt. C. de abig. vel cognitio
10 custodum. l. vnius. §. fi. † Et de his crimi
nibus potest iudex cognoscere & discu
tere summariè & de plano, non sedēdo
pro tribunali: vt glo. in. d. l. leuia. & l.
vnius. §. fi. ff. de quæstio. & in authen. de
mand. princ. §. si tibi. & Exod. xxij.
11 QVINTA † pœna, est vinculorum
verberatio, quæ imponitur ei, qui ima-
ginem Cæsaris in inuidiā alterius prę-
tulit, in vincula enim publica coërceri
diuus Pius rescripsit: vt. d. l. capitalium.
§. eum, qui. ff. de pœnis.
12 SEXTA † pœna, est damnum pecu
niarium cum infamia, quod quis in-
currit, quando est condemnatus actio-
ne famosa, scilicet iniuriarum: vt. l. de-
curiones. §. verum. C. ex quib. cau. infa.
13 & ff. eod. de his, qui not. infa. l. j. † Nam
condemnatus crimine iniuriarum, in-
currit infamiam: vt glo. in. d. §. verum.
alleg. l. infamem. ff. de pub. iudi. vbi di-
citur, quòd ex eo crimine, quòd publici
iudicii nō fuit damnatum, infamia non

sequitur, nisi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in priuato iudicio infamiam cõdemnato imponat, veluti furti, vi bonorum raptorũ, & iniuriarum.

14 †Sed quærit glo.ibi an condemnatus criminaliter de crimine priuato, sit infamis? Et dicit, si est ciuilis actio, quæ ex eo crimine descendit, infamat, vt furti ciuilis, & vi bonorũ raptorũ, & de dolo, quæ infamãt: vt insti.de pœna teme.litig.§.ex quibusdam.vbi dicit tex.quòd his non solùm damnati notantur infamia, sed & is, qui pactus fuerit pretio æris, sine iussu prętoris: vt.ff.de his, qui not.infa.l.in actionibus.&.l.furti.§.pa-

15 ctus.eod. † quoniam intelligitur confiteri crimẽ, qui paciscitur: vt.l.athletas. §.fi.&.l.seq.ff.de his, qui no.infa. Si autem agitur criminaliter, infamatus cõdemnatur: vt.d.l.infamem.ff.de pu.iudi. Si autem ciuilis actio, non infamat,

16 vt contraria pignoratitia. † nam nulla contrarietas infamat: vt.ff.de his, qui

17 not.infa.l.furti.§.contraria. † Ratione autem calumniæ non erroris, pœna infamiæ imponitur: vt.l.ea, quæ.&.l.seq. ff.de his, qui not.infamia.

18 SEPTIMA † pœna est alicuius dignitatis depositio, quam patiuntur iudices, qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatione codicillorum, insignibus, & honore exuti, inter pessimos quosque habẽtur, nec sibi de eo honore posthac blãdiri possunt, quo seipsos indignos esse iudicauerunt: vt

19 l.iudices.de dignit.lib.xij.C. †Pedanei etiam iudices vel ordinarii si pecunia esse corrupti dicãtur, plerunque à præside à curia submouentur, aut in exiliũ mittuntur, aut ad tempus relegãtur: vt l.si quis aliquid.§.iudices. ff.de pœnis.

20 †Similiter, qui iudicẽ corruperit, corrumpendúm ve curauerit, iudex etiam, qui cõstitutiones principum neglexerit, pœna legis Corneliæ de falsis tenetur: vt.l.j.§.& qui iudicem.ff.ad.l.Cor. de fals. Cuius pœna est, deportatio & omnium bonorũ publicatio: vt.d.l.j.§.

21 fi. †Nec etiã toleranda sunt, quæ ab insolertia iudicũ sunt reperta, vel à peruersis, aut iratis iudicibus sunt acta.l. nemo carcerem.de exact.trib.lib.x.C. maximè, vbi est cõtemptus legum, vel iudiciorum superiorum: vt.c.j.extrà de postula.prælat.&.l.penul.& fi.&.l.vellera.de vestib.oloser.lib.xj.C.

22 OCTAVA † pœna, est prohibitio alicuius actus, quæ solet fieri, quando præsides aduocationibus interdicunt, aut in perpetuum, aut ad tẽpus, vel ad annũ. Solet ita viris studiosis interdici vel aduocatis, vel tabellionibus, siue pragmaticis: vt.l.moris.ff.de pœn.maximè, quando sunt præuaricatores, scilicet, quia diuersam partẽ adiuuãt, prodita causa sua. Et etiam extraordinariè puniũtur: vt.l.j.&.ij.ff.de præuar. Sunt etiam alii, quibus negotiatio interdicitur, & eis prohibetur ad conductionem eorũ, quæ publicè locãtur, accedere: vt d.l.moris.§.sunt autẽ. ff.de pœn. Sicut solet fieri his, qui coëmptas merces supprimũt, vel qui locupletiores sunt, qui fructus suos æquis pretiis vendere nolunt, dum minus vberes prouẽtus expectãt, vt annona oneretur, & his aut negotiatio tantùm interdicitur, aut interdum relegãtur: vt.l.annonam.ff.de ex-

23 traord.crimi. †Pœna autẽ extraordinaria dicitur, ideò quia à iure non est introd

troducta, sed iudex ex bono & æquo arbitratur, quid facto opus sit, vsque ad pœnam capitis: vt.l.saccularii. §.sunt quædam.ff.de extraord.crimi. Interdicitur etiã alicui, ne certis personis adsit, vt.d.l.moris.in prin. Vtputà, si quis ei, quem suspectũ habet de sua vxore, ter in scriptis denũtiauerit sub præsentia trium testium fide dignorum. Et si post inueniat eum cõuenientem vxori suæ in domo sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popina siue in prouincia, aut in suburbanis, sine periculo eum perimet, vel potest eum tradere iudici, qui nulla alia ratione quæsita habet puniẽdi licentiam, secundum pœnam à lege impositam, vel extraordinariam: vt in auth.si quis. C.ad leg.Iul.de adult. De vi autem denũtiationis, sunt tex.in.l.si fundum.ff.de rei vendicat.&.l.ait prætor.§.si quis.ff.quæ in fraud.cred.

24 CAETERAE † autem pœnæ pecuniariæ ad æstimationem spectabilium iudicium, erga eorũ personas, quos culpa reddit obnoxios, vsque ad tres auri vncias spectant. Nec putent iudices facile esse, vt aut præcipiti persuasione condemnent, quem culpa nõ ingrauat, aut erubescẽda varietate iudicii pro arbitrio proprio immutãdum esse, quod
25 lex iusserit. † nisi paupertas cõdemnati hoc persuaserit: vt.l.fin.C.de modo
26 mulct. † Nullus autem ignoret mulctarum seuera compẽdia protinus ærario
27 principis esse querenda, † nisi ipse iudex id, quod ad pœnam admissi facinoris exculpetur, vel publicis operibus, vel cursui publico, vel aliis necessariis causis specialiter deputauerit. l.
28 mulctarum.C.eo. † Si qui autem comprehẽsi fuerint in pecularibus aut manubiis, id est, deprædationibus, concussionibus, furtis, atque aliis flagitiis, quę coërceri seuerius cõuenit, ad pœnæ suprà dictæ moderationem pertinere se non credant, cùm maior mulcta, quam suprà dicta, possit à iudice indici: vt.d.l.fi.§.nec tamen. C.de modo mulctar.
29 † Sapiens igitur fiet in pœna, qui stultus fuit in culpa: vt.xxxviij.dist.c.qui ea.& glo.in.c.fi.extrà de accusat.



HAEC præsupposita habentes, accedamus nunc ad probationẽ atque pœnarum discussionem contra sontes & noxios, quos culpa ingrauat, & reddit obnoxios in hoc præsenti nostro processu.

IN PRIMIS animaduertendum est hoc in processu, nouem delatos esse super homicidiis, de quibus agitur, scilicet hos duos nobiles Girardum Milonẽ, & Desiderium, Anippum, necnon Claudium Caligulam & Bernardum Thrasonem domini nostri regis legionarios, AEgidium Gnathonem, & Ferdinan. Parasitũ memorati Anippi confamulos, Iacchum Ebrionem & Henriricum Nebulonem eiusdem Milonis, etiam confamulos, & Andræam Irum cerdonem Parisiis incolam.

SED, vt diuisim & separatim pro aut contra eorundem quemlibet agamus, ab accusatione contra & aduersus Girardum Milonem propósita, & quibus indiciis aut probationibus vrgeatur, oneretur & inculpetur, primitus exordiemur.

PRIMO, quo ad indicia vnũ est, ꝙ

erat inimicitia præcedens ex mota lite & controuersia inter eundem Miloné & prælibatos examinatos, prout cõstat per dictum & depositionem penultimi & vltimi testis in inquisitione examinati, & hoc nec deffitetur ipso Milo: verum fatetur in suo interrogatorio.

SECVNDO, conuincitur ijsdem testibus, & per confessionem Ferdinãdi Parasiti in quæstione extortam, etiam per relata (saltem concludente) obiectione in eos opposita de sæpe dictos interemptos occidendo ante tunc elapsuram hebdomadam cõminatum fuisse.

TERTIO, per eosdem scilicet penultimum & vltimum testes illorũ (quãuis altero minore, doli tamen capace, & indicium faciente) visus est idé Milo pauxilum temporis post homicidia perpetrata, fugere parum à loco homicidiorum distans, dicendo alijs duobus viris secum fugientibus, & suos enses strictos, necnon recenti sanguine mandentes gerentibus hęc verba, habent ne id, quod eos decebat?

QVARTO, per easdem confessiones memoratorũ Anippi & Parasiti, & etiã per dictum & depositionem primi & & secũdi testis in informationibus examinatorum eisdem præsente codé Milone lectas & sacramẽto munitas nullis concludentibus obiectis & reprobationibus in testes per eundem Miloné oppositis conuincitur percussisse vnà cum pluribus alijs in processu nominatis sæpe dictos Plutũ, Crassum, & Xenium defunctos, quos extemplò & illico mortuos, (dempto Dauo grauiter vulnerato) deliquit

NVNC quærendum est, an sufficienter sint probata homicidia, vel minus probata sufficienter, & quæ pœna ex resultante probatione sit infligẽda eidé Miloni, an pœna legis Corneliæ de sicarijs, scilicet capitis, an teneatur lege Aquilia, scilicet ad damna & interesse tantum, vel actione iniuriarum inquãtum iudex æstimauerit, aut tribus his actionibus, aut neutra ipsarum: sed relaxandus sit.

30 QVO AD † effectũ probationis sunt siquidem plura indicia contra prælibatum Milonem, quibus vrgetur & videtur de homicidijs suprãdictis suspicari: quorum primum videtur esse inimicitia præcedens ratione motæ controuersiæ, hinc interempti odiosi Miloni censebantur: vt authent. si testis, ibi, si verò ex lite pecuniaria vel aliter est odiosus. C. de testi. &. §. si propter inimicitias, &. §. item is. insti. de excus. tuto. Quod autem fuerit controuersia, satis abunde constat per penultimum & vltimum testem, & confessionem eiusdem Milonis.

SED an illa inimicitia erat capitalis, scilicet ex mota lite criminis, quod ingerebat pœnã sanguinis, vel an morti eius insidiabantur, sicut dicit glo. in. §. inimicitiæ, ver. si capitales, insti. de excus. tuto. hoc tantum latet.

31 SI verò † tantum ex lite pecuniaria fuerint defuncti odiosi, non esset graue indiciũ, nec ex eo argueretur idé Milo, cũ etiam testis odiosus ex lite pecuniaria nõ probaretur, nisi ageretur de omnibus bonis, vel maiori parte eorũdem. text. cum glos. in authen. si testis. C. de testibus. &. l. fin. C. de reuoca. donat. super hoc non fuit idem Milo interro

terrogatus:nec cõstat de qua lite agebatur inter defunctos & Milonem.

32 VT autẽ † iure siue iniuria mota:succubuerit controuersiæ,tantum abest,si iure,parendum erat arresto siue iudicio,si verò iniuria, videtur quòd vbi auctoritate superioris non potest esse consultum,quis potest sibi ius dicere: secundum Barto.in.l.nullus.C.de Iudæ.ita quòd manus iniectio sit concessa.l.generali.de decurio.libro.x. C.& gl.in dicta.l.nullus.&.l.prohibitum.de iure fisci. eodem lib.C.&.l.j.ibi:vestrã igitur vobis permittimus vltionem. C. quãdo licet vnic.sine iudi.se vindic.vbi glo.in verbo vltionem.allegat psal.vt destruas inimicum & vltorem.Nã irati nocere cupiunt,læsi verò, se vlcisci volunt:vt capit.accusationes.& capit. sequen.iij.qõ.v.Iusta enim bella solẽt diffiniri,quæ vlciscuntur iniurias, sic gens & ciuitas petẽda est,quæ vel vindicare non neglexerit,quod à suis improbè factum est,vel reddere,quod per iniurias ablatum est:vt.c.dominus noster.&.c.iustum.xxiij.qõ.ij.

33 EST † & aliud indicium,per quod idẽ Milo culpatur, comminatum esse de occidendo nunc peremptos, quod tamen indicium non videtur inferre neque concludere:quia sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur: argu.l.metum.ff.quod metus causa.& Bald.in.l.Pacumeuius.ff.de hære.institu.& Abb.in capitu.iij.loco, extrà de probat. Possunt enim elusoriæ minæ fieri:vt.l.hæc autẽ satisdatio ff.si cui plusquàm per leg.Falcid.

34 ALIVD † autem indicium est, per quod visus est dictus Milo aufugere stricto ense,pauxillum temporis post, & prope locũ homicidiorum,de quibus agitur,prout cõnstat per depositionem duorum vltimorum testium, quòd indicium nõ videtur inferre neque cõcludere.Potuit enim fieri,quod ab aliquibus alijs passus fuerit repulsam, illud enim non probat hoc esse, quod ab eo contingit abesse.l.neque natales.C.de probat. Imò,non solum facti,sed etiam consilij est aufugere.l. bouem.ff.de ædi.ed.

ITEM probatur interfuisse homicidijs & percussisse per dictum primi & secũdi testis,& relata in literis remissionis dicti Anippi, quod non infert, quo ad impositionem pœnæ mortis: quia non ꝓbatur præbuisse alicui causam mortis. Sic ex illis indicijs non censetur idem Milo in aliquo noxius, quo ad pœnam mortis.

35 QVO † ergo ad impositionem pœnæ legis Corneliæ,de sica.licet probetus,quòd idem Milo interfuerit homicidijs & percusserit,esto quòd ita sit,tamen eo ipso quòd plures percusserunt exanimatos & exterminatos,nec adparet quorum ictibus examinari decesserunt,nullus percussorum videtur teneri criminaliter,scilicet,leg.Cor. de sica.vt.l.j.§.diuus.ff.ad leg.Corne.de sicar.& text.cum glo.in.l.item Mela.§.si seruum plures.ff.ad leg.Aquil.&.l.si in rixa,iuncta glo.ff.ad leg.Cor.de sica.& ita intelligunt docto.in.§.si seruũ plu-

36 res.& hoc ratione dubitationis.† cum sanctius sit impunitum relinqui facinus nocentis,quàm innocentem dãnari.l.absentem.ff.de pœ.

37 IDEO, quo ad secundũ argumẽtum,

videtur ꝙ prælibatus Milo & omnes alij percussores teneantur tantum de lata culpa, & non dolo actionis legis Aquiliæ, insolidum ad dãna & interesse erga suam aut suorum iniuriam persequentes: vt. l. in lege. ff. ad leg. Aquil. & capitu. significasti. extra de homici. & dicto. §. si seruum plures, & l. sed & si ff. ad leg. Aquil. & l. dominũ. C. de iniu. & gloss. in. §. iniuria. institu. de leg.
38 Aquil. † cuius legis Aquiliæ actio, trãsmittitur etiam ad heredes: vt. ff. eodem l. ob id, & ff. quod vi aut clã. l. denique. §. quæsitum. & ff. de seru. corrupt. l. vt
39 tantum. §. j. † cum nec minus ex culpa, quàm ex dolo quisquã tenetur actione legis Aquiliæ. l. in lege. la. ij. ff. ad legem Aquil. quia licet quantum ad gratiam videatur innocens, quia extrà animum forte & sine dolo censetur deliquisse, & quia gratia voluntatem non opus requirit: tamen quantum ad legẽ, reus est, quia opera lex quærit: vt capi
40 tu. si quis non iratus. xv. quæst. prima. † Tenetur etiam erga fiscum: nã quotiescunque iudex procedit per inquisitionem super accusatione alicuius delatoris, reus potest condẽnari ciuiliter, & criminaliter respectu duorum, scilicet priuati, & fisci. nempe in criminali, causa pecunia danda est læso: vt. C. ad leg. Iul. repetunda. l. fi. & l. iij. §. qui
41 sepulchri. ff. de sepulc. vio. † Ita etiam post pœna pecuniaria reo infligi fisco applicanda: vt. ff. de præuaric. & capit. iij. §. vlti. & melior text. in. l. j. §. si quis aliquẽ. de pace ten. in vsi. fe. vbi si quis traxit alicui barbã, mulctatur in quadraginta libras parti applicandas, & viginti fisco. & ꝑinde est vindicta in pecunia & fortuna: sicut in corpore & fama. l. si quis ex. C. qui accu. nõ pos. vbi
42 dicit text. † quòd pœna potest infligi vel in corpore, vel dignitate, vel fama, vel etiã in ablatiõe bonorum: & ff. de iure primipil. l. j. & in authen. vt iudi. sine quoquo suff. §. necessitatem. colla.
43 ij. † sic etiam in qualibet actione populari, vbi Respublica inuenitur offensa, medietas pœnæ pecuniariæ est actoris, alia medietas est fisci: secũdũ Barto. in. l. in lege. §. hoc edicto. ff. ad syl.
44 TENETVR † etiam idem Milo erga Dionysium Dauum vulneratum, prout dicetur. nam licet in homine libero vulnerato cicatricum aut deformitatis nulla fiat æstimatio, cum liberum corpus non recipiat æstimationẽ, iudex tamen computat mercedes medicis præstitas, cæteraque impẽdia, quę in curatione facta sunt, Præterea, operarum, quibus caruit aut cariturus est, ob hoc, quòd inutilis factus est: vt. l. cũ liberi hominis. ff. de his, qui deiecc. vel effude. & Exodi. xxj. ca. & l. ex hac. ff. si quadru. pauper. fec. dic. & c. j. extra de iureiuran. & l. qua actione. ff. ad legem Aquil. Attenditur etiam qualitas loci tẽporis, & vulneris: vt. §. iniuria, in capit. j. de pace iura. firman. in vs. feud. & insuper arbitrio iudicis idem Milo puniendus est, cum resartione damni: vt institu. de actio. §. in duplum. iuncta gl. & §. liberum. instit. de lege Aquil. iuncta glo. si & l. j. cum liber. ff. de his, qui deiecc. vel effud.
45 QVOMODO † autẽ & qualiter attendatur interesse: dicendũ est, ꝙ in delictis venit omne interesse: vt. ff. de furtis. l. inficiando. §. j. & ibi Barto. & ff. de

cond

condi.fur.l.iiij.&.ff de vi & vi arma.l. interdicto,&.l.apud Iul.§.i.ff.de leg.j. &.l.si seruũ.ff.de ver.ob.Et quãuis de iure Digestorũ in interesse nõ attẽdatur lucrũ cessans sed dãnũ:vt.ff.de dãno infect.l.Proculus.&.l.iniuriarũ.§.si qs de honoribus.ff.de iniu.Et gl.in.l.si sterilis.§.cũ p vẽditorẽ.ff.de act.emp.

46 TAMEN † hodie de iure Codicis interesse venit generaliter in lucro cessante,sicut in damno vitando:vt.l.vnica.§.fin. C. de sententijs,quæ pro eo,
47 quod interest, profer. † Et ideò fit.ꝙ in actione legis Aquiliæ non solũ venit æstimatio rei,sed etiam æstimatio extra rẽ:vt.§.illud.insti.de leg.Aquil. &.§.furti autem actio.instit.de obliga. quæ ex delict.nasc.&.§.fin.instit.vi bo no.rapt.&.ff.eod.l.generaliter.

48 QVO AD † secundũ argumentum, videtur idem Milo teneri actione tantum iniuriarum de ipsa cæde,vt vindicetur ciuiliter,& non vt dãnum sarciatur:vt.l.prætor.§. quid ergo.l.j. ff. de iniur.Nam in ciuili iniuriarum:vt in criminali lege Corn.de sica.agitur ad vindictam tantum:vt glo.in.d.§. quid ergo,in verbo principaliter.Et in hoc differt à lege Aquil.qua agitur de homine occiso ad damnũ datum ciuiliter & principaliter:vt.d.l.prætor.§ qd ergo.ff.de iniur.& hæc actio iniuriarũ transmittitur ad hæredes.gl.in.l.j.§.& si forte.ff.de iniur.&.ff.de petitio.hære
49 dita.l.si à dño.§.si possessor. † Aestimatio autẽ iniuriç,ad iudicem spectat. ff.de iniu.quando videlicet descendit ex lege Cornelia de iniurijs,vt.l.iniuriarum.&.l.constitutionibus.ff. eodem
50 † Nã omnis iniuria,que manu fit,lege Cornelia de iniu.cõtinetur.l.lex Cornelia.§.lex itaque.ff.eodem.&.§.sed & lex.instit.eodem.lex vero Aquilia loquitur in eo casu,cum quis culpa sua alieni damnum dederit,veluti,si quis seruum alicuius occiderit,vel vulnera uerit,vt.l.lege Aquilia.ff.ad leg.Aqui
51 liam. † dicitur autem lex Aquilia ab Aquilio tribuno plebis,secũdũ Isydo. lib.v.qui ipsam legem in monte Auentino,tempore discordiæ populi & plebis constituit,& posteà cõcordia facta vice legis habita est:vt.l.j.ff.ad .l.Aql.

52 DIFFERENTIAM † autem inter actionem legis Aquiliæ,& actionẽ iniuriarum,adhuc ponit Barto.in.d.l.prætor.§.j.de iniur.vbi dicit,quòd quãdo ego ago actione legis Aquiliæ,debeo exprimere certã quantitatẽ dãni. Sed quãdo ago actione iniuriarũ,nõ debeo certam quantitatẽ exprimere,sed tantum,vt iniuria vindicetur,put suprà dictum est.& glo.in.d. §. quod ego.in verb.satiatur.ff.de iniur.

53 CENSETVR † etiam idẽ Milo alio medio excusari à pœna mortis: quia esto,quòd ipse solus prębuisset causam mortis,vita exhalato,tamen hoc cõstaret euenisse incontinẽti post cœnã facta,vbi præsumeretur lapsus per vinũ aut lasciuiã,potius,quã ꝓposito,animo siue dolo,hinc apud sapiẽtes iudices venia quidẽ facto donari deberet.nã quę sobrij cauemus,per ebrietatẽ ignorãtes cõmittimus,nesciunt enim quid loquãtur aut agant,qui nimio vino indulgẽt verum sepulti iacent . leuitatis tamen damnantur authores,quoniam euitanda est ebrietas, per quam crimina cauere non possumus:vt.c.sanè.xvj. q.j.

 † Ita

54 †Ita quòd ebrii non secundum qualitatem delicti, sed quantum ebrietas illa meretur, damnatur, vt c. inebriauerunt Loth. d. xv. q. j. † Ideò capitalis pœna per vinum aut lasciuiam lapsis remittenda est. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re mil.

56 Q v i ergo † occidit hominem per ebrietatem aut lasciuiam, non tenetur pœna mortis lege Cornel. de sicar. sed tantùm relegatur in quinquennium vt l. lege corn. ff. ad leg. Cor. de sic.

57 C e n s e t v r † adhuc haberi ratio nobilitatis, quia nobilem & militem rei publicæ se dicit, quo casu si constet, iudex, mitiorem sententiam dicere debet & mitigare pœnam, vt ff. de re milit. l.
58 non omnes. §. fi. † Nam vbi persona delinquens est in gradu dignitatis, vel status, vita debet ei concedi ex benignitate dispensationis, sed tamen debet capite puniri, scilicet deportari, vt ff. de incend. rui. & naufr. l. fi.

59 E t i a m † si sponte dolóve malo in honore aliquo positi, cædem commiserint, deportari solent in insulam vt, l. qui cædem & l. eiusdem. §. pe. ff. ad leg. cor. de sic. & l. moris. §. parétes. ff. de pœ.

60 C a p i t a l i s † autem damnatio est mortis, vel ciuitatis amissio vel seruitutis impositio. l. rei capitalis. ff. de pœ. & ff. de bono. pos. l. edicto. §. rei capitalis & l. ij. ff. de pub. iud.

61 Q v i d † vltrà? nisi idem Milo temeritate quadam & inconsulto calore id egisse videatur quo casu temeritas inconsultusq; calor calumniæ, vitio caret ideo ob id, illum pœnam subire nō oportet l. prima. ff. ad senatusconsul. Turpill.

I n contrarium autem videntur alia obstare iura. Et quod ipse Milo proposito antecedenti dolo animo, & pensatis insidiis cædem commisit, & committi fecit. Et ideo teneri non solum actione legis aquiliæ., & iniuriarum, sed etiam actione legis cornel. de sica. pœna mortis, rationibus his sequentibus.

62 P r i m o † probantur indicia manifesta sequentia, quæ dolum inducunt & comprobant lege dolum. C. de dolo.

63 V t autem † sciamus quid sit dolus, nihil aliud esse censetur quam machinatio studiosa, ad decipiendum fallendumq; alterum adhibita manifeste. l. j. §. secundo. ff. de dolo. Et dolus vel bona
64 fides non sunt, † nisi passiones animæ, quæ soli deo sunt notæ, vt non, per glo.
65 in §. aliæ. instit. de actio. † & ideo nobis non sunt cognitæ nisi per exteriora, quæ indicant animi qualitatem, vt ff. de supplect. leg. l. labeo. §. idem Tubero & ff. quibus ex caus. in pos. eat. l. Fulcinius. §. quid sit latitare in glos. & Cæpol. consil. xxxj. Et licet dolus consistat
66 ex animo, nec possit probari, † quia intentio alieni cordis non potest diuinari, cum nec etiam Paulus (licet Spiritu Dei plenus fuerit) potuit diuinare, vt xxij. q. secunda c. beatus, & extrà vt eccles. benefic. c. vt nostrum, & l. si puta-
67 tor in fin. ff. ad leg. Aquil. † tamen per exteriora indicantur animi secrata interiora: vt ff. de ædil. edi. l. si tamen. §. secundo.

68 S e d videtur † quod omnis dolus sit præsumptus & nullus sit dolus manifestus dic, quòd quædam sunt indicia manifesta, & illa probata inducunt dolum

manifestum,vt d.l.dolum.C. de dol.

69 QVAEDAM † verò sunt præsumptiones seu indicia non ita manifesta, tunc nec dolum omnino concludunt. Et ista de necessitate non inducunt dolum,sed præsumptiuè,vt ff.mandat.l.si procuratorem.§.dolo & l.dolus,eodem

70 †Et talis dolus præsumptiuè non sufficeret ad condẽnationem, cùm quis non veniat præsumptionibus damnãdus vt l.absentem.ff.de pœn. nisi fortè exprimeretur in iure ex aliqua causa: vt l.si hi,qui adulterii.C.ad l.Iul.de adulte.& auth.si quis ei.C.eo.

71 PROBATVR †ergo dolus,eò quòd fuerit inimicitia præcedẽs ratione motæ controuersiæ inter eundem Milonem & sæpe dictos interemptos, prout confessus est idem Milo per suum interrogatorium,& etiam conuictus per penultimi & vltimi testis dictum:qua inimicitia probata,præsumitur dolus vt l. capitalium.§.qui ob inimicitias.ff. de pœnis.& l.j.§.cùm quis latrones. ff. de quæstionibus.

72 PROBATVR † etiam dolus per aliud indicium, quo idem Milo iactauerat & ore protulit se vindicaturum, & vltionem sumpturum de prædictis occisis ante tũc elapsuram hebdomadam & erat ad id potens ,prout constat ex coadunata secum gente. Et sic persona spectanda est, an potuerit facere, & an antequid fecerit,& an cogitauerit,& an sanæ mentis fuerit vt lege famosi.ff.ad leg.Iul.maiesta. Ideò hæ minæ præcedentes faciunt præsumptionem contra eundem Milonem homicidam suspicatum fore.

73 †nam ex dictis hominum facta pensamus,vt l.j. C. si quis imper. maled.& bonus tex.in l.Labeo. §. idem Tubero.ff.de supel.leg.& Abba.in cap. tertio loco,extra de proba.alleg. l.fina. C.eodem Bal.in l.Pacumueius.ff.de hęred.instit.& d.l.si hi,qui adulterii.C.ad

74 leg.Iul.de adult. vbi dicitur,quod †ex præteritis sumimus pręsumptionem ad præsentia & futura,& ff.mand.l.si verò remunerandi.& ff.de repu.l.iij.

75 PROBATVR etiam, † quod idem Milo insultauit interemptos, quos percussit, & impetiuit, & quanuis plures percusserint nec adpareat quorum ictibus fuerint illata vulnera letalia ,tamẽ quia constat per indicia,quòd ipse cum aliis fuerit cum proposito occidendi, certum est,quòd tenetur lege Corn. de sica.pœna mortis,tex.for.in l.j.§.diuus ff.ad leg.Cor.de sica.& hoc no. per Cy. in l.quoniam multa facinora. ff.ad leg. Iul.de vi pub.& Bar.post glos. in l.si in rixa ff.ad l.Cor.de sica.Idem.Bar. in d. l.item Mela.§.si seruum plures. ff.ad legem Aquil.

76 PROBATVR † itidem animus occidendi ex qualitate percussionis.Nam vbi quis strinxerit gladium.& in eo percusserit,indubitatè animo occidendi id eum admisisse constat, & ideò pro homicida damnandum vt d.§.diuus.& l.j & iij.C.ad l.Cor.de sic.& gl.in c.significasti.extrà de homi.

77 PROBATVR †similiter animus occidendi ex proposito antecedenti. Contrahitur enim propositum antecedens in insultu, vt l. is, qui aggressorem. C.

78 ad leg.Cornel.de sica.†Insultus siquidem,est in alium saltus vt probatur in in l.j. §. cùm arietes. ff. si quadru.pauper fecis.dic.

79 CONTRAHITVR † etiam propositum antecedens ex proditione, quando committitur delictum ex proposito proditorio, vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. iij.
80 in princip. † est autem prodere, vnum actibus ostendere, & aliud in mente gerere vt l. j. ff. de præuaric. & l. fin. de delat. lib. x. C.

CONSTAT etiam de dolo alio indicio post cædem subsecuto, quo idem Milo cum duobus aliis visus est fugere cum ensibus strictis. cruore madétibus, & tinctis, parum distans ab homicidio, & loco ipsius, in hæc verba prorumpés, habent ne hi id, quod eos decebat vt su
81 prà dictum est. † Quotiens ergo circa idem plura auxilia eiusdem generis ex eodem facto descendentia, simul commista, iuxta concurrunt, dicuntur rem perficere, & plenam probationem inducunt, vt ff. de excus. tut. l. ij. §. hoc amplius. & ff. de appel. l. si quis separatim.
82 §. j. & C. qui nume. tutel. l. vna. † Ideoq; singula, quæ non prosunt, multa iuuant & simul coniuncta coadiuuant: vt in authen. de fide instrumen. §. si verò additum. & §. si verò nullus. coll. v. & instit. de hæred. instit. §. si plures & extrà de testibus cap. præterea. & C. de testam. l.
83 sancimus. † & talia indicia non minorem probationem, quàm instrumenta continent fidem: vt l. indicia. C. de rei vend. & l. cùm scimus de agri. & censi.
84 lib. xj. C. † Et tam testes, quàm apperta indicia & manifesta æquiparentur, vt possit sequi sententia diffinitiua. l. fi. C. de probat. Hinc dicit Bar. in l. fur. ff. de
85 furt. quòd tanta indicia non requiruntur ad cōdemnationem. vnde si aliquis deprehenditur in aliquo actu propinquo ad ipsum delictum, tale maleficiū dicitur notorium, & per illam l. infert,
86 † quòd si quis visus est fugere cum gladio sanguinolentò, vt in præsenti casu & ibi reperitur aliquis mortuus, ex hoc est manifestum homicidium, quòd ipse fecit alleg. glo. fin. in l. capite quinto. ff. ad leg. iul. de adul.

VT autem respōdeamus huic, quod dictum est, prædictum Milonem tempore homicidii fuisse fortassis vino sopitum, hoc non probatur, imò arguitur de dolo rationibus supra dictis.

87 QVO autem † ad hoc quod videtur imponi debere mitior pœna mortis ratione nobilitatis vel honoris, iura super hoc allegata intelliguntur, imò dicunt, quòd mitior pœna venit imponenda in nobili vel in honore posito, quàm in medii actus homine, consulto tamen prius principe, & benignitate dispensationis eiusdem, quod in præsentiarum abest, & adhuc veniret deportandus in insulam. l. fi. ff. de incend. rui. & naufra. & l. qui cædem & l. eiusdem. ff. ad l. corn. de sic. l. moris. §. sed enim & §. parentes. ff. de pœ. & l. honor veteranus. C. eo.

88 AD hoc † quod dictum est, quòd vbi authoritate superioris non potest esse consultum, quis possit sibi ius dicere, & sit permissa propria vltio. Bar. in l. nullus. post gloss. C. de Iudæ. dicit hoc verum esse, quando non potest haberi copia iudicis, vt d. l. j. C. quando lic. vnic. sine iudi. se vindic. aliàs vbi potest haberi copia iudicis, indiciorum vigor iurisq; publici tutela in medio constituta sunt, ne quisquam sibiipsi permittere valeat vltionem d. l. nullus. C. de iud.

89 PRO homicidio † itaq; iniuria, id est

non

non iure,sed dolo commisso,quis tene-
tur lege cor.de sica. Et ille solus tene-
tur,qui in dolo est,non autem in culpa
lata,vt l.in lege.ff.ad leg.corne. de sica.
90 vbi dicitur,†quòd in lege Cornelia do
91 lus pro facto accipitur. † Nec in lege
cornelia culpa lata pro dolo accipitur:
secundum Barto.in l.quod Nerua.ff.de
92 positi. † culpa tamen punitur, sed mi-
tius,quàm lege Cornelia de sica.l. lege
§.j.ff. eod. vbi occidens culpa in quin-
63 quennium relegatur.†Pœna autem hu
ius legis cornel.de sica.est mors vel re-
legatio.l.eiusdem legis.versi. sed solent
hodie capite puniri,& l. qui cædem.ff.
eodem.& §.item lex cornelia. iustit. de
public.iud.vbi homicidas lex Corn. de
sicariis vltore ferro persequitur.& hoc,
quo ad interesse publicum, scilicet fi-
sci.Nam vbi criminaliter agitur, victo
ria est fisci.l.agraria.ff.de ter.amo.Et l.
iij.in princip.ff.de sepulch. vio.& ff.de
popul.actione.super Rub.& Bald. in l.
84 cum quidam.C.de fru.& lit.exp.†cùm
intersit reip.ne crimi.remaneant impu
nita,vt l.ita vulneratus.§.cùm neq; im
punita.ff.ad l.Aquil.
95 HOMICIDA † ergo quod fecit ex-
pectet,vbi dolo commisit homicidium
nec ei parcendum est, etiam ex rescri-
pto principis, vt Deutero.xix. cap.vbi
dicitur,homicida morietur,nec misere-
beris eius.Nec etiam veniã nec remis-
sionem sperare debet l. nemo deinceps
C.de episcop.audient.nisi princeps po-
testate absoluta in hoc vteretur.de qua
scripsit Zasius in repe.l.secundæ. ff.de
96 origin.iu.in verbo:ratum esset, † nec
identidem restituitur aduersus deli-
ctum, scilicet homicidium dolo com-
missum tex.for.in l.prima. C. si aduer-
sus delict.& l.si ex causa.§.nunc viden-
dum.ff.de mi.& l.impunitas. C.de pœ-
97 nis.†Atrociora siquidem sunt delicta,
quæ proueniunt ex animo,vt glos.in l.
auxilium.§.in delictis.ff.de mino.Quin
imo hoc casu culpa esset relaxare vin-
dictam, vt capitul. primo. extrà de po-
98 stul. præl. † cùm facilitas veniæ, præ-
beat incentiuum delinquendi vt xxiiij.
q.quarta.c.est iniusta.ita quod sub spe
veniæ quis audacior ad delinquendum
efficeretur,quod fieri non debet, vt ex-
tra de cler.excom. ministrant. c. illud.
99 itaque vbi†iudex compertum crimen
non vindicat,tegere vt conscius crimi-
nosa festinat,vt l.secunda. C. de com.
& mercat.
100 IN summa,†omnis lex vult,vt qui
cædem fecerit, capite plectatur. c. om-
nis autem lex quarta distin.& c. extrà
de homic.& d.§.item lex Cor.instit.de
pub.iud.& l.pomp.de par.& l.pen.ff.ad
leg.cor.de sica.
101 QVICVNQVE † ergo humanum
effuderit sanguinem, fundetur & san-
guis illius, vt Genes. ix. c. si quis ferro
percusserit, & mortuus fuerit, qui per-
cussus fuerit,percussor reus erit homici
dii,& ipse morietur.Vt numero.xxxv.
cap.& Matth.xxvj.c.& adhuc scriptum
est. Ecce post hæc vidi animas interfe
ctorum clamantes ad Deum & dicen-
tes, vsque quo Domine non das iudi-
cium, & vindicas sanguinem nostrum
de interfectoribus nostris, qui sunt in
terris?Apocal.vj.c.
Sic miserrim' ille Milo reus est mortis.
102 QVAERO autem † qua pœna mor
tis veniat plectendus?dic quòd vbi de-
lin

linquens est indignate constitutus, vel nobilis, vbi per legẽ imponitur pœna mortis, debet decapitari: vt Barto. in.l. desertorem.§.j.ff.de re milit.& Bald.in l.data opera.C.qui accu.non poss.allega.l.capitalium.§.solent, versic. nonnũ
103 quàm.ff.de pœnis. † quia est mitior pœna, quàm furcę subiectio, secundum
104 eundem Bald.ibidem † & sic inter pœnas mortis iudex potest arbitrari, an igni subiiciat, quæ est grauior pœna, vel furcæ, vel decoletur, nam gratiam potest facere pœnæ, non vitæ: sed leuioris, prout dictauerit sibi æquitas, arbitrii secundum ætatem, secundum meri ta prioris vitæ: vt.l.quid ergo.§. pœna grauior.ff.de his, qui not. infam. &.l.si seuerior.C.ex quibus caus.infam.irro-
105 ga. † Viles ergo personæ furca suspenduntur vel comburuntur. Nobiles decolantur, secundum eundem Baldum vbi suprà.
106 PLVRA † autem homicidia vno actu commisit idem Milo, saltem plures cũ aliis percusisit, qui demũ ilico interempti sunt. Nunc quæredũ est, an debeat exaggerari pœna mortis huic Miloni? Respond. quòd sic: nunquã ẽm plura delicta concurrẽtia faciunt, vt il-
107 lius impunitas detur. † Nequæ enim vnum delictum ob aliud delictum, minuit pœnam: vt.l.nunquàm.ff.de priua
108 tis delictis, vbi dicit Bart. † quòd quãdo ex pluribus delictis sequuntur plures effectus, plures pœnæ veniunt imponendæ: vt.l.iij.ff.de term.mot. † Vnde si plures iniurias mihi fecerit, puta turba, & cœtu, & hoc facto domum meã introieris, & hoc facto efficiatur, vt simul conuicium patiar, & verberer tunc agendo, has omnes iniurias, quas simul passus sum, teneor in vno libello coniũ gere: vt.l.prætor.§.si mihi plures.ff. de iniur.& tamen ex qualibet per se imponitur pœna, & sequitur condemnatio, ac si proponerentur in diuersis libellis: vt.l.non est nouum.ff.de actio.empt.& leg.si adulterium cum incestu. ff. ad.l. Iul.de adulte. Ratio enim est, quia hæ iniuriæ tendunt ad diuersos effectus.
110 † Si verò quis coadunauerit gentem, & duxerit illam ad aliquem locum, vt in nostro præsenti casu, certè cùm isti actus tendant ad eundem effectum, nõ punietur, nisi vno effectu.l. iij. ff.ad.l. Iul.de vi, & sic per impositionẽ vnius pœnæ, alia pœna consumitur: vt putà, vbi plura delicta vel homicidia sunt commissa, & ex quolibet illorum debeat imponi pœna mortis, cùm quis nõ possit occidi nisi semel, ideò semel tantùm puniretur: secundum Bartol.in.l.
111 vulgaris.ff.de furt. vbi. † dicit post glo. quòd si quis pluries ad vxorem alterius accesserit, vna tantùm pœna impone-
112 tur: † licet ex quolibet coitu nascatur accusatio: vt glo.in.l.mariti.§.sex men sium, in verbo commisisi, in fi.ff.ad leg.
113 Iul.de adul. † Et quia in his imponitur pœna capitis pro adulterio, non est pœna reiterabilis: vt.l. quamuis, in fin.C. ad leg.Iul.de adulte. Ideò vna tantùm pœna imponitur: vt glos.in dicta.l.vul
114 garis, in verbo: fur erit. † Vnde si vnus seruus plura delicta commiserit, vna datione illius serui indiuidui, quia seruus diuidi non potest, dominus liberatur: vt.l.si qs à multis.ff.de noxa.actio.
115 SIC Milo † reus in capitis amputatione, in consequentiam verò, bona illius

lius veniunt confiscanda, quia cùm vita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur, supplicii damnatione bona confiscantur lege prima. ff. de bonis damnat & C. de pœnis. l. in metal-
116 lum. † etiam sine publicatione perduntur bona: vt. l. tutelas. §. item cùm ciuitas. ff. de capit. diminu. vbi dicit text. cũ ciuitas amissa est, nulla restitutionis æquitas est aduersus eum, qui amissis bonis & ciuitate relicta, nudus exulat.
117 TENETVR † etiam idem Milo pecuniariter erga suam aut suorum iniurias prosequentes & delatores pro reparatione cædis interemptorum. Nam ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos, quominus & priuato agamus, & hoc verum est, vbi non principaliter de ea re agitur quæ habet publicam executionem, vt. l. prætor. §. at qui solemus. ff. de iniu. & l. licitatio, §. quod illicitè. ff. de publi. & vect. ita quòd in ciuili iniuriarum, vt in criminali lege Cornelia de sicariis, agitur ad vindictam tantùm de ipsa cæde, vt vindicetur: glosa in dicta. l. prætor. §. quid ergo, lege prima. ff. de iniur. Et spectat hæc æstimatio iniuriæ, quoniam descendit ex lege Cornel. de iniur. ad ipsum iudicem, dicta. l. prima. §. spectat. ff. eodem, & l. iniuriarum, eodem, vt suprà dixi, & §. pœna. institu. eodem.
118 TENETVR † etiam ad damna & interesse actione legis Aquiliæ: vt. l. in lege. ff. ad legem Aquiliam & c. significasti. extrà de homicidio, & sæpe dicta. l. item Mela. §. si seruum plures. ff. ad legem Aquil.


CONCLVSIVE ergo mea fert sanctio, saniori mente salua, quòd prælibatus Milo pro reparatione necis & homicidiorum per eundem & alios huius sceleris conscios & fautores commissorum, de quibus in præsenti processu agitur, venit capite obtruncandus, omnibus eiusdem bonis, quibus licebit, addictis & confiscatis, super hisdem bonis summam primitus quadrigentarum librarum Parisien. cuilibet conquerentium delatorum adiudicando, pro omni reparatione damnorum & interesse, quæ passi sunt, ratione homicidiorũ obuentorum in personas interemptorum, & vulnerum Dionysio Saupiquet illatorum. Et quia sunt quædam consuetudines locales, quibus non confiscãtur bona fisco, ideò emenda potest adiudicari fisco, rationibus suprà dictis. quare eundem Milonem condemnari censeo in centum libras Parisienses erga regem pro interesse publico. Vbi cõfiscatio non haberet locum in locis, vbi sita sunt bona eiusdem Milonis.

SVMMA CAPITA.

1 *Criminis silentio an quis teneatur & numero. 7.*
2 *Testis verbosus esse non debet.*
3 *Confessus crimen sine examinatione & nullis indiciis præcedentibus vel probationibus, condemnari non debet & nu. 8.*
4 *Perire volens audiri non debet.*
5 *Prouocans ad homicidium de dolo tenetur. numero. 10.*
6 *Persuadere plus est, quàm facere, & plus, quã compelli atque cogi sibi parere.*
9 *Confessus crimen, probationum metu, pro conuicto habetur.*

Qui

11 *Qui aliorum errorem defendit, damnabilior est illis, qui errant.*
12 *Peccantem defendens, acrius, quàm peccans coërcetur.*
13 *Confessus quotuplex sit.*
14 *Consentiens negligentia, minus peccat, quàm faciens.*
15 *Consentiens consilio, minus, quàm faciens punitur.*
16 *Cooperationi consentiens, æqualiter peccat atque facti author.*
17 *Consentiens, defendendo, & authoritatẽ præstando, magis peccat.*
18 *Conuictus & voce propria confessus, damnatur: nec alterum sufficit.*
19 *Confessus & conuictus, non appellat.*
20 *Conuictus testibus de crimine, licet crimen neget: condemnari potest, & potest appellare.*
21 *A præposito marescallorum non appellatur.*
22 *Agens, & operando consentiens, pari pœna venit plectendus.*



QVANTVM autem causa & negotium tangit, & attinet Bernardũ Thrasonem legionarium, per penultimum & vltimũ testem inquisitionis (nulla in eos perfidia per eum obiecta) conuincitur minas à dicto Milone de occidendo memoratos tunc viuentes, & nunc defunctos Plutũ, Xenium, & Crassum audiisse in parui cerui taberna, ꝙ idẽ Thraso per suum interrogatoriũ cõfessus est: sicut in eo cauetur. Et tandem fatetur ad defensionẽ ipsius Milonis (prout dicit) adfuisse homicidiis & gladio bicipiti percussisse defunctos tũc viuente. vnà cũ Milonæ, Anippo, Caligula, & famulis prædictorũ, Milonis, & Anippi. Ita ꝙ plures remanserunt humi prostrati, & hinc aufugisse, & se absentasse huius rei causa ab hac vrbe Parisiensi: donec fuit captus & exhibitus, vti est ad præsens.

ET vltrà conuincitur de dicta percussione per primum & secundum testem eiusdem inquisitionis eidẽ Thrasoni præsenti confrontatos, & suam depositionem iuramento confirmantes, sine opposita per eundem Thrasonẽ in eos exceptione, simili quoque cõuictione afficitur per confessionem Ferdinãdi Parasiti in quæstione extraordinaria extortam. quam ipse Parasitus præsente sæpe dicto Thrasone nulla perfidia obiecta, sacramento firmauit.

SIC probatiõe alia nõ indigemus.

QVANTVM verò attinet ad Henricum Nebulonem ex famulis prædicti Milonis alterum, inficiatus est crimen: sed tamen conuictus est de percussiõibus in prælibatos defunctos per eum factis, per primi & secundi testis informationum depositiones, quis eo præsente (nulla opposita exceptione) iuramento corrobarauerunt testes. simili eiusdem facti conuictione per confessionem à Ferdinando Parasito in quæstione extortam, & confessionem Desiderii Anippi in literis remissionis contentam, quas testes ab eodem Nebulone præsente non excepti iuramento vicissim vallauerunt, homicidiis adfuisse, inculpatur & percussisse fertur.

NOTVM ergo patet delicta per illos Thrasonẽ & Nebulonẽ cũ aliis cõmissa fuisse, tam per indicia in iure approbata, quàm per probationem: vt suprà dictum est.

HIS præsuppositis, redeundo ad casum

sum præsentis speculationis, dic. quòd possent similia iura allegari pro & contra sæpe dictos Thrasonem & Nebulonem, quæ deducta fuerunt in discussione pœnæ Girardi Milonis, quæ tamen hic pro expressis habeantur.

1 INQVANTVM † ergo idem Traso fatetur audisse minas, quas non prodidit, verum reticuit, in hoc censetur insons, & inculpabilis. Nam quis ex solo silentio criminis non tenetur: vt glo. in L. excipiuntur, in verbo: certum erat. ff. ad senatusc. Syllania. † Nec quidem verbosus testis quis esse debet. l. instrumentorũ. C. de preci imper. offer. Quinimo eos, qui errore acerrimo non affectato insimulatóve, neq; ex vili causa decepti, aut ætatis lubrico lapsi, facinus celauerunt, legis laqueis eximi placet. l. qui contra. C. de incest. nupt.

3 INQVANTVM † etiam fatetur adfuisse homicidiis pro defensione eiusdẽ Milonis, & percussisse defunctos tunc viuentes, prout suprà cauetur, talis simplex confessio non videtur ei obesse, nec vtique vltrò confitenti est semper fides adhibenda, cùm nonnunquam metu, aut aliâ de causa in se quis confiteatur: l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæstio. Aliquando etiam non metu criminis imminente, sed tædio vitæ vel impatientia doloris, quis sibi mortem appetit, vel manus infert, ideò ei est insistendũ: vt. l. j. §. si quis non metu. ff. ad senatusc.

4 Syllania. † ideò non debet audiri perire volens: leg. non tantùm. ff. de appel.

5 HIS † etiam cessantibus, adhuc constat per dicta ipsius nobilis Anippi, quòd ipse Thraso, & alii fuerunt per eundem Milonem ad committendum homicidia persuasi, cùm anteà non habuissent animum occidendi, sic prouocans solus tenetur de dolo. l. eleganter. ff. de dolo,

6 † quia plus est persuadere, quàm facere, & plus quàm compelli atque cogi siue parere: vt. l. prima. §. persuadere. & l. vt tantùm. §. de filio. ff. de seruo corrupto. & gloss. in capitu. deteriores, sexta quæstione prima.

7 PRO † resolutione horum dubiorum, quo ad primum scilicet, quòd quis non teneatur de silentio & taciturnitate minarum, hoc verum, quando quis potuit scire, & noluit: vt gloss. in. d. leg. qui contra. C. de incest. nupt. sed tantundem est siue quid sciam ab initio esse, siue posteà sciam, si patiar, gloss. in. l. cùm ancillis. C. eodem, ideò vbi sciuit, antè vel posteà crimen futurum, nec reuelauit, sed passus est, tenetur criminaliter, vt. d. l. cùm ancillis. §. quod si actores, &. § . fina. ibi: quoniã intra domesticos parietes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare, vsque ad finem.

8 QVO † ad secundum, per quod cõfessio ipsius Thrasonis non videtur ei obesse, hoc verum, quando nulla examinatione præcedente vltrò crimen confitetur: & nullis vrgetur indiciis vel probationibus vt dicta lege non tantùm. ff. de appellatio. sed vbi sunt indicia cum confessione, reus venit condemnandus: vt glosa dicta lege prima C. de confessis. † Aut quando reus metu probationum confitetur crimen, habetur pro conuicto, vt glosa in capitul. si quis presbyter, in verbo: confessionib, xxiiij. distinct. & leg. qui sententiam. C. de pœnis, 9

Sum

SVNT autem indicia & probationes super scelere. igitur valet confessio: iuribus suprà alleg.

10 QVO † ad tertium dubium, per quod prouocans solus teneatur de dolo, hoc in ciuilibus, sed in criminalibus. secus, quia licet confessus fuerit venisse ad defensam ipsius Milonis: quia tamen percussit, tenetur magis, tanquàm agens. nam videntur magis puniri debere agentes, quàm consentien-
11 tes. † Quinimo qui aliorum defendit errorem, multò magis damnabilior est illis, qui errant: quia non solùm errat, sed etiam aliis offendicula erroris pręparat & confirmat: vt.c.qui aliorum.
12 xxiij.quæst.iij. † Vnde si quis peccantem defendit, acrius, quàm ille, qui peccauit, coërcetur: vt.c.qui consentit peccantibus.xj.quæst.iij.

13 EST † igitur aduertendum, quòd quadruplex est consensus, scilicet negligentiæ, consilii, cooperationis, & authoritatis seu defensionis: vt glo.in.c.j. extrà de offic.deleg.

14 IN primo † casu, scilicet negligentiæ, minus peccat consentiens, quàm faciens, nisi fortè negligentia nimis crassa fuerit: vt.j.q.j.c.quicquid inuisibilis. & .lxxxiij.distinctione. c.consentire. & .c.quid enim.

15 SECVNDO casu, † scilicet consilii, minus punitur, quàm faciens: plus autem, quàm negligens: arg.lxxxv.distin. c.tanta.

16 TERTIO † casu, cooperationis æqualiter peccant facientes, & consentientes: agentes enim & consentientes pari pœna plectendos catholica condemnat authoritas: vt.c.quantæ.iuncta glo.extrà de senten.excommunicat.

17 QVARTO † casu authoritatis seu defensionis, vt in præsenti casu, magis peccat consentiens, defendendo & authoritatem præstando, quàm faciens, & magis est puniendus, vt suprà dixi. Et glo.in dicto.c.j.in verbo: pari pœna. extrà de offic.deleg.

18 INQVANTVM † attinet ad Henricum Nebulonem, licet sit testibus superatus de percussione, vt suprà dictum est, quatenus tamen inficiatus est crimina, hoc non videtur sufficere, duo siquidem videntur requiri ad hoc, vt quis condemnetur criminaliter, scilicet quod sit testibus superatus, voce etiam propria scelus vitiúmque sit con fessus, nec sufficeret alterum. l.obseruare.C.quorum appel.non recip.

19 PRO † resolutione huius dubii certum est, ad hoc, vt quis condemnatus de crimine non audiatur appellans, requiritur quòd sit confessus & conuictus testibus, dicta. l.obseruare.
20 † Sed vbi quis est testibus tantùm superatus de crimine, licet inficietur & neget crimen: tamen est sufficiens causa ad condemnandum: & sufficit alterum, aut confiteatur crimen, aut conuincatur: vt.l.qui sententiam.C.de pœnis. eo casu poterit appellare, & audietur appellans, etiam de consuetudine, siue sit superatus testibus & confessus crimen, aut tantùm supersit alterum,
21 potest semper appellare, † excepto à Præposito marescallorum, de cuius potestate in præsentiarum.

22 DEBET † igitur eadem pœna legis Corneliæ de sicariis puniri, sicut Milo, quia consensu cooperationis deliquit,

liquit, sicut Milo. ideò agens & consentiens operando, pari pœna venit plectendus: vt. d. c. quantæ. extrà de sent. excõ. & glo. in. d. c. j. extrà de offi. deleg.

CONCLVDENDO ergo, quòd iidem Thraso & Nebulo, sunt viles personæ, opinor eos furcis iuxta tabulatũ Girardi Milonis affigendis, laqueo suspendi debere, ibidémque vitam opera & manu lictoris exhalare: omnibus eorundem bonis, quibus licebit, addictis, & confiscatis: super iisdem summã primitus centum librarum Parisiensum cuilibet conquerentium pro omni reparatione iniuriæ damnorum & interesse capiendam, adiudicando.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Citatio personalis verum contumacem constituit.*

2 *Exbannitus habetur pro confesso, & contra eum parata est executio, cùm capitur: dummodo iudici notescat illum esse, de quo in processu agebatur.*

3 *Iudex ad condemnationem absentis non procedit, nisi per testium examen, fidémque de maleficio imposito habeat.*

4 *Testes in criminalibus à iudice repeti debent, reo absente.*

5 *Iudex his, quæ per alium facta sunt, stare non debet.*

6 *Testes post examinationem sunt publicandi partibus præsentibus, vel absentibus, tamen citatis.*

7 *Sententia in absentem diffinitiua vltra relegationem non fertur quod intellige, vt infrà. nume. 14.*

8 *Melius est nocentem absoluere, quàm innocentem damnare.*

9 *Maleficium probat, qui sæpius citatus, non comparet.*

10 *Qui apud fiscum causam defendere sæpius conueniri neglexerint, rebus indicatis subijciendi sunt.*

11 *Aduerbium, sæpius, vel sæpe, in duabus vel tribus vicibus verificatur,*

12 *Contumax exbannitus, secundum Italiæ statuta, pœna sanguinis punitur.*

13 *Contra contumacem omnia iura clamant.*

14 *Reus absens, sed legitimè citatus, potest diffinitiuè condemnari, etiam vltra relegationem.*

15 *Absens, præsumptiuè confitetur.*

16 *In dubijs pro reo iudicandum.*

17 *Absens vincit, si bonam causam habet: sed expensas soluere tenetur.*

18 *Criminosi absentes per edicta vocati, secundum delicti naturam ad vltimum supplicium damnantur.*

19 *Laqueo suspenditur in dignitate non constitutus.*

20 *Idem excessus magis in vno, quàm in alio est puniendus.*



QVANTVM verò attinet ad Claudium Caligulam absentem, per informationes culpatur, & oneratur adfuisse minis præcedẽtibus homicidio, per quas minas idem Milo vltrò profitebatur & se iactabat vltionem se sumpturum contra inde interfectos, ante tunc elapsuram hebdomadã, & hoc in parui Cerui taberna: prout amplius cauetur, in penult. & vlti. deposit. testium in prædictis informationibus examinatorum.

TVM secundò iuisse in occursum prælibatorum Pluti, Xenii, & Grasi à

caupona leonis argentei, vsque ad crucem Tirouerí cum eodem Milone & aliis interfectoribus, illico quoque in prætereuntes illic Plutum, Xenium, Crassum, & Dauum insultasse, ac crebris strictorũ ensium ictibus illos impetiuisse: iactatos humo, prostratósque (dempto Dauo apprime sauciato) reliquisse, & illinc se fugæ tergáque dedisse: prout primus & secundus testis examinati in processu, & denuò repetiti per iudicem, deposuerũt, & iuramento vallarunt. Ita dixerunt & confessi sunt Desiderius Anippus in suis literis remissionis, necnon Bernardus Thraso in suo interrogatorio & confessione, pariter per confessionem Ferdinandi Parasiti in quæstione extortam, & post diem & noctem, & extra locum tormentorum geminatam: & abhinc se absentasse ab hac vrbe Parisiensi.

CONSTAT etiam per processum illum, debitè fuisse citatum ad tres breues dies, & deinde per edicta & sono tubæ palàm & publicè iuridicè & publico programmate vocatum ter, quater denis diebus, & quater ex abundanti, nec comparuisse: imò pro vero contumace & tentum & reputatum fuisse.

QVAERITVR nunc, quid iuris in eum statuendum? Certum enim est,
1 quòd † citatio personalis constituit quẽ verum contumacem: vt.c.venerabilibus.§.secus.de senten.excom.lib.vj.ita
2 quòd † verus cõtumax siue exbannitus, habetur pro confesso, nec posteà auditur de crimine: imò quotiescunque reperitur, non est opus alio nouo processu, sed paratur sola executio: dũmodo notescat iudici præfatum cõtumacem esse illum, de quo agebatur in processu: secundum Bar.in.l.diuus.ver.& diuus. ff.de custo.reo. Et idem Bar.in.l.j. ff.de
3 requir.reis. prout tamen † iudex prius, quàm procedat ad condemnationẽ absentis, habeat fidem de maleficio imposito per examẽ testium: vt Bar.in.l.in-
4 ter accusatorem.ff.de pub.iudi. † repetendo videlicet, vel recolendo testes, vt ita factum est, si prius eos non examinauerit, quia vbi iudex nõ examinauit testes in criminalibus, debet iterum à iudice audiri, & repeti absente reo.l.diuus.la secunde. ff.de custo.& exhi.reo. ibi: & iterum iusiurandum præstabunt, & l.apud eloquentissimum. C.de fide
5 instrumẽ. † Nam iudex non habet stare his, quæ per alium, quàm per se facta sunt: vt in authen.de sanctis.episc.§.si verò crimen. collat.ix. hoc ideò, quia non omnes ex fide bona elogia conscribere compertum est: vt.d.l.diuus.ff.de custod.& exhib.reor.

6 ITA etiam post examinationem sunt testes publicandi. Fit autem publicatio partibus præsentibus vel absentibus, citatis tamen. Nam iudex adhibitis sibi testium dictis, illa leget in toto vel in parte, per se vel notarium: vt Spec.in titu.de teste.§.satis vtiliter. in princ. & Nellus inter tractatus Ban.in tract.de publicatione testium. §.de publicatione. Ergo quia pro conuicto de homicidio habetur, videtur teneri.l. Cornelia de sicariis. pœna mortis: vt l.qui cædem.&.l.eiusdẽ.ff.ad leg. Cor-
7 nel.de sicar. † In contrarium verò videtur ius insistere, nam iure communi non potest ferri sententia in absentem supra relegationem, sed tantùm potest

irrog

irrogari pœna, scilicet pecuniaria, vel ea, quæ æstimationem contingit, quando videlicet neque denuntiationibus, neque edictis præsidis obtemperauerit vsque ad relegationem inclusiuè. quòd si quid grauius sit irrogandum, putà in metallum, vel capitis pœnam, non potest absenti talis pœna irrogari: quia vbi pœna extenditur supra relegationem, nulla pœna irrogatur absenti:
8 †cùm sanctius sit impunitum relinqui facinus nocētis, quàm innocentem damnari: vt tex. for. in. l. absentem. ff. de pœnis. iuncta glo. &. l. absentem. C. de accusat. &. l. j. §. j. ff. an per alium caus. appel. & hoc, siue lis sit contestata contra reum ante absentiam: vt. C. de requirendis reis. l. prima. siue non sit contestata, vt dicta. l. absentem. ff. de pœnis. iuris tamen interpretatione his iu-
9 ribus non obstantibus. †Probatur maleficium vt sæpius reum esse citatum: vt. iij. q. ix. c. decernimus. &. l. lege Cornelia. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum. Ibi: prætereà cauetur, vt hi, qui ante quæstionem habitam fugerunt, si aperto testamento liberi inscripti inueniātur, lege de sicariis iudicium fiat, ita vt ex vinculis causam dicant, & con-
10 uicti perinde ac si serui puniuntur. †Et ideò, qui apud fiscum causam defendere sæpius conuenti neglexerint, rebus iudicatis subiiciendi sunt. Quod ex eo adparet, si sæpe conuenti præsentiam sui facere noluerint. l. contumacia. §. contumax. &. l. de vnoquoque. §. qui
11 apud. ff. de re iudica. † Sæpius autem, vel sæpe, aduerbiū, verificatur in duabus vel tribus vicibus. l. quod in diem. §. seruo. ff. de condit. & demonst. secun-
12 dum Dy. †& potest in eos irrogari pœna pro qualitate delicti, scilicet pœna sanguinis, de statuto ciuitatum Italiæ, secundum Bar. in. l. j. ff. de requi. reis. & idem obseruatur communi vsu regni
13 Franciæ: †quia omnia iura clamāt contra contumaces: vt habetur in. l. ex con-
14 sensu. §. fi. ff. de appel. cum simi. †Theorica autem. l. absentem. ff. de pœn. quæ dicit contra absentem non posse ferri sententiam diffinitiuā supra relegationem, sanctius sit impunitū relinqui facinus nocētis, quàm innocentē damnari, est intelligenda, vbi reus non fuit legitimè citatus. nam vbi est legitimè citatus, potest absens cōdemnari diffinitiuè, etiam supra relegationē. Ita cauetur in. c. absens. in. iij. q. ix. quia tūc demum manifestū est confiteri de crimine eū, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi se occasione non vtitur, nihilque interest, vtrū in præsenti examine non omnia, quæ dicta sunt cōprobentur, cùm ipsa quoque professio ex procurata totiens cōstet absentia: vt. c.
15 decernimus. iij. q. ix. †Nam præsumptiuè crimē videtur confiteri absens: vt. ff. de re iudi. l. contumacia. §. j. &. xxiiij. q. iij. c. de illicita. in fi. debent tamen illa, quæ probata sunt, sufficere ad condemnationē absentis, & omnia simul obiici: vt. xxiij. dist. c. illud. & suprà dixi.
16 †Quòd si iura sint obscura, in dubio fertur sententia pro reo: vt insti. de interdict. §. commodum. & extrà de fi. instru. c. inter. in fi. Nam quādoque actor intentionem probat: & tamen non liquet iudici de causa: vt. ff. de re iudica.
17 l. Pomponius. † Et ideò nō vtique pronuntiatur secūdum præsentem, contra

absentem,sed interdũ absens,si bonam causam habuerit,vincet: vt lege ad peremptoriũ.ff de iudic.non tamẽ vincet absens,quo ad cõdẽnationem expensarũ,aduersus præsentẽ: vt.c.calũniã,extrà de pœnis: vt.l.properandum.§.& si quidẽ.C.de iudic.vbi dicitur,quòd victus præsens,sumptus suos de condẽnatione deducet,præter autem ex pensas victus præsens poterit de calumnia puniri: vt gl.in.d.c.calumniam,&.l.iij.C.de calumniat.& institu.de pœna te-
18 mer.litigãt.§.aduersus. † Conclusiue ergo criminosi absentes per edicta vocati secundũ naturã delicti habita fide de delicto imposito per examen testiũ, possunt cõdẽnari ad vltimũ suppliciũ: tex.for.in.l.si apparitor.de coart.libr.xij.C.&.l.ne diu.C.de pœnis &.l.ad cõmentariensem.de custo.reorum.Et quãuis illa iura videantur specialia, quælibet in sua specie,tamen ita obseruatur de cõmuni vsu & obseruãtia pręc
19 dicti regni Franciæ: vt dixi,ita † q̃ vbi p legẽ ex delicto venit pœna mortis imponẽda,si delinquens non sit in dignitate constitutus,venit laqueo suspẽdẽdus: secundũ Bald.in.l.data ope-
20 ra,C.qui accus.nõ poss.† Nã idem excessus,est magis in vno,quã in alio puniendus capitu.sicut dignum.extrà de homicid.

IGITVR mea fert opinio (salua tamen melius sentientis ratione) quòd memoratus Cladius Caligula legionarius,absens,tanquàm verus contumax est conuictus de sibi impositis homicidijs & vulneribus Dauo illatis, debetque diffinitiuè condẽnari,vitam terminare furcæ iuxta tabulatum Girardi Milonis affigendæ,omnia & singula eiusdem bona confiscari: quibus licebit declarari super hisdẽ primitus summam centũ librarũ Parisiensiũ capiendam,cuilibet conquerentiũ adiudicando pro omni iniuria, damnis & interesse,per quẽlibet illorũ prætensis. Alijs autẽ partibus super hisdẽ bonis interesse prætendentibus,etiam satisfactis.Et ita mihi videtur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Imago,cuius sit per caput,dignoscit.*
2 *Dictum testis dicentis talem cognouisse,quia eius caput vidit,valet.*
3 *Talis quis esse præsumitur,in quali habitu reperitur.*
4 *Stigmata quem discere faciunt.*
5 *Opem fert,qui ministerium atque adiutoriũ præbet.*
6 *Qui non protexit,cum potuit,in pari causa factori habendus est.& si insistere non potest,ei parcendum est.*
7 *Fuga post delictum commissum,est indicium.*
8 *Delatio gladij facit indicium.*
9 *Gladij sanguinolentia,indicium dici potest.*
10 *Violatio virginitatis,qualiter dignoscatur.*
11 *Mendacium facit indicium contra eum qui mentitur.*
12 *Testes in suis testimonijs singulares,nõ pbãt.*
13 *Socio criminis allegantis euidentem rationẽ, de cõmisso communiter facinore creditur.*
14 *Fatigatus in tormentis.quem dicit vt testis, veritati dicere videtur nec extra torturã confessionem reuocare potest.*
15 *Intellectus ad legem primã.§.cum quis latrones.ff.de conditionibus.*
16 *Varietas loci & temporis in testibus,quãdo eorum dicta reprobat.*

Testes

applicandam.

61 *Actio ad vindictam, quando ciuiliter & criminaliter competat.*

62 *Agens iniuriarum, quid in libello exprimere habeat.*

63 *Damnum culpa datum, venit iniuriæ appellatione.*

64 *Agens iniuriarum ciuiliter ad damnũ culpa datum, non potest criminaliter posteà pro contumelia agere.*

65 *Admenans, sed non percutiens, qualiter teneatur.*

66 *Iniuriæ tot sunt, quot sunt personæ iniuriam facientes & plurib. verberantibus, quilibet delinquere dicitur.*

67 *Pro delicto in plures commisso, quilibet, cuius interest, per se potest agere vel accusare.*

68 *Actio competit patri & viro, pro iniuria facta filiæ nuptæ.*

69 *Actio iniuriarum oritur tribus, quatuor, aut quinque, pro iniuria vni facta.*



Iacchvs Ebrio tredecim annorũ cum dimidio, & alter famulorum memorati Milonis agnoscitur per primũ & secundũ testem inquisitionis ex aspe-
1 ctu, eo quòd est imberbis, † per caput enim, cuius sit imago, dignoscimur. l. cum in diuersis. ff. de relig. & sumpt. fu
2 ner. vbi dicit Bart. quòd † si testis interrogetur si cognoscat talem, & dicat, quòd sic: quia vidit eius caput, & faciẽ, sufficit, & valebit eius dictum.
3 Cognoscitvr † etiam per eosdẽ testes ex habitu, eo ꝙ caligis bipartitis sit indutus, prout erat tempore homicidiorum. Talis siquidem esse dignoscitur, qualem habitus demõstrat. Et ex habitu dignoscimur. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. & Specu. in titu. de aduocat. §. ij.
4 † dignoscimur etiam per stigmata, vt l. stigmata, de fabricẽs. li. vndecimo. C. & l. pen. de aquæ duc. eodem lib. C. & suprà dixi, in depos. primi testis inquisitionis.

Convincitvr hisdem testibus eidem accaratis & exhibitis siue confrontatis, & nulla per eum perfidia saltem concludente in eos obiecta, prædictis adfuisse homicidijs, & adhuc per dictum secundi testis strictum ensem ad pugnum habuisse, nõ tamen quem-
5 piam percussisse fertur. † Opem ergo fert, qui ministerium atque adiutoriũ præbet. l. in furti. §. ope. & l. si pigno-
6 re. §. qui ferramenta. ff. de furt. † vel qui potuit protegere, & non adiuuit, in pari causa factori habendus est, si insistere non potuerit, parcẽdum est ei. l. omne delictum. §. qui propositum. ff. de re milit. & l. j. §. occisorum. ff. ad senatuscon. Sylla.

Convincitvr itaque per dictũ tertij & quarti testis inquisitioni eidẽ exhibitorum, & per eum minimè exceptorum, de fuga incontinenti post, & prope locum homicidiorũ stricto ense ad pugnum cum eodẽ Milone & alijs. Et sic sunt duo testes, qui deponunt de ense stricto, non tamen eodem loco. Et adhuc penultimus testis deponit de
7 ense stricto, & sanguinolento. † Fuga ergo post delictum commissum, est indicium: vt. l. lege Cornelia. verbo: prætereà cauetur. ff. ad senatuscon. Syl
8 la. † delatio gladij, poteſt dici aliud indicium, quod lex præsumit ad malum, vt. C.

vt.C.vt armo. vsus.l. vna. libro.xj.C.
9 & in authenti.de armis. collat.† sanguinolentia gladij potest dici aliud indicium,ex quo capitur coniectura, sicut & aliâs.ff.de donat.inter virum &
10 vxorem.l. vtrum.† sic in primo coitu dignoscit violatio virginitatis,& probatur per aspectum linteaminis sanguinolenti:vt glos.in capi.satis.xxxiij. quæstio.v.

CONVINCITVR demum per edictum & depositionem Ferdinandi Parasiti in quæstione extortam,digladiatum fuisse.& interemptos tunc viuentes,tẽpore insultus & rixę percussisse, quem quidem Parasitum ei exhibitum & accaratum & suam cõfessionem eo Ebrione præsente sacramento confirmantem nulla exceptione aut perfidia excepit.

INTERROGATIS super his indicijs,fatetur se esse famulum eiusdem Milonis,& omnium delinquẽtium habere notitiam.

FATETVR eundem Milonem litem habuisse com occisis.

FATETVR inquam,eundem Milonem audisse conquerentem,& molestum esse liti succubuisse contra & aduersus nunc interfectos,& hoc in prandio diuersorij parui Cerui facto: minas autem audiisse inficiatur.

INFICIATVR etiam adfuisse homicidijs,scit autem commissa fuisse,sed à quibus,dicit nescire. sic inuenitur in mendacio:quia tribus testibus conuincitur adfuisse homicidijs,scilicet per dictum primi,& secundi testis, & dictum Ferdinandi Parasiti torti digladiatum fuisse,quinimo Parasitus dicit percussisse,per tertium autem & vltimum testem aufugisse à loco homicidiorum stricto ense,& adhuc per vltimum testem stricto ense & sanguino-
11 lento.† Et sic sunt quatuor testes, qui deponũt de strictione gladij,quòd inficiatur,& ideo mendacium est maximũ indicium siue præsumptio contra eũ, qui mentitur:vt.l.vnius.§. testes.ff. de quæstio. & capit.literas extrà de præsumptio.

12 VIDENTVR † tamen hi testes esse singulares.Nam primus testis eundem Ebrionem homicidijs adstitisse,secundus adstitisse,& ensem ad pugnũ strinxisse tertius & quartus testis dicunt eũ vidisse fugientem prope locum,& incontinenti post homicidia ense stricto.Et adhuc tertius testis de ense stricto & sanguinolento loquitur. Ferdinandus Parasitus vnus ex reis dicit eũdem Ebrionem defunctos tunc viuentes tẽpore homicidij percussisse,& ideo non videntur hi testes concludere,neque probare,vt capitu.cum dilectus.§. nos verò.ibi,cum cõtra hoc eorũ esset probatio insufficiens,eo quòd singuli essent in suis testimõijs singulares:ex-
13 trà de electio.† Et maximè,non videtur adhiberi fides depositioni Parasiti in quæstione extortæ,cum cõfesso vel conuicto non credatur de socio:nisi alleget euidentem rationem de cõmisso cõmuniter facinore.l.sicut.C.de qõ.& l.j.§.cũ quis latrones.ff.eo.
14 IN contrarium autem,† quæ tormentis fatigatus dicit, vt testis,veritatem ipsam dicere videtur,nec posset reuocare confessionem extrà torturam, imo tenebit,lege edictum,iuncta gl.in verbo:

verbo efficacissimas.ff.de quæstio.l.au 15 tem sicut.C.de quæst. † & d.l.j. §.cùm quis latrones.ff.eodem.loquitur,quando tortus ad euitandum de se sententiã alios criminatur. plerique; enim dum me tuunt, ne fortè apprehensi alii eos nominent, prodere eos solens, impunitatem sibi captantes vt d.§.cùm quis.quo casu non est eis credendum sine verisimilitudine vt d.iuribus.

16 QVOD † autem testes sint singulares hoc non infert,quin concludere pos sint,quo ad indicia. Nam esto, quòd in delictis testis debeat deponere & concordare de tempore & loco,& quòd varietas loci & temporis,reprobet testem vt in Daniele & Susanna vt c. nos. §. item Daniel.ij.q.vij. hoc habet locum, quando de certo tempore est quæstio. quod exigitur ad alicuius rei & facti exiistentiam in actu non reiterabili, vt in homicidio,vt lege quanuis.in fin. C. ad leg.Iul.de adulte.& Barto.in l. vulgaris.ff.de furt.

17 SED † in actibus reiterabilibus,vt in in istis,secus,quia actus reiterabiles,qui tendunt ad vnum & eundem finem,pos sunt probari per testes singulares,& suf ficit quòd testes diuersis temporibus vel eodem loco,vel diuersis locis viderint & audierint à diuersis,vel quòd ali qua pars viciniæ clamet de hoc actu rei terabili vt capitulo qualiter,& quando l.secunda & ibi Innocen. extrà de acc. & c.super eo.extrà de eo,qui cogno.cõsang.vxor.suæ.& Barto.in l.ob carmen §.testes.ff.de testibus & suprà dixi in in quisitione primi testi. in gloss. verbo, nonam.

18 QVAERITVR † autem, per quot testes debeant probari hæc indicia ita diuersis?dic,quod quando testis non testificatur de maleficio ipse,sed de indicio quodam, dicens quod reus fuit repertus tali nocte in loco ibi vicino,quã do fuit contractum maleficium,hoc indicium non sufficeret probari per vnũ testem,sed duo requiruntur, vt gloss.in l.fi.ff.familiæ erciscun. & l. vbi numerus. ff.de testibus. Quando vere indicium non esset remotum , sed propinquum,& tangens negotium,de quo quę ritur,tunc vnus bonus testis de visu suf ficeret,vt l.maritus.ff. de quæstionibus vel confessio extrà iudicium , vel captus ibi,& dicitur quod est propter hoc vt l.capite quinto. ff.ad legem Iuliam de adulteriis. Tũc posset esse indicium ita propinquum , quod esset sufficiens ad torturam,& potest probari per vnũ testem , vt videre fugientem cum gladio sanguinolento prope locum delicti secundum Barto.in l.fin.ff.de quæstio. vbi dicit ita intelligi debere glos.dicta l.fi.ibi præcedente suspicione,& glo. in l.si quis.C.ad l.Iul.de adult.maiest. vel etiam,si vnus testis testificatur de maleficio ipso,probaretur indicium,quod sufficeret ad torturam, gloss.in l.tertia C. ad legem Iuliam maiesta. & capit. fina.extrà de iureiuran.& dicta l.fin. ff. de quæstio.

19 SVNT † certè hîc plura indicia concurrentia indubitata legi, & à lege approbata,ideò iudici debent esse indubitata.l. si tutor.ff.de pericul.tuto. Et talia iudicia debent concludere iudici, aliâs facit litem suam,quia dicuntur indicia indubitata vt Bald. in l. fin. C. de probatio.

Cer

20 Certa † ergo indicia, quæ iure nõ respuuntur, non minorem probationis, quàm instrumenta continent fidem, vt l. indicia. C. de rei vendi. & C. arbi. tut. l. fi. & l. in exercendis. C. de fide instru-
21 mento. † talia indicia capiũtur pro præsumptionibus iuris & de iure. & dicitur talis præsumptio, scilicet iuris & de iure cum ius fingit & statuit super ficto, contra quam fictionem non admittitur probatio contraria, vt capit. ad id, & capit. is qui. extrà de despons. decondi. appos. capit. per tuas, nàm legis dicitur esse sententia vt l. si hi, qui adulterii. C. ad leg. Iul. de adult. & l. excipiuntur. ff. ad senatusconsul. Syllania. Et in authẽtico, vt liceat mat. & auiæ collat. viij. & & d. l. fi. C. de proba.
22 Fictio † autem iuris est, quando ius certum de aliquo facto fingit, sta-
23 tuendo oppositum exemplum. † Ius fingit vxorem stipulatam dotem sibi reddi, licet sit certum, quòd non fuerit stipulata, sed in fauorem mulieris ius hoc fingit, vt Abb. in capit. is qui, extrà de spdn. & capit. quanto. extrà de præsumptio. nec aliquis audiretur ad probandum contrarium, vt C. de rei vxor. act.
24 l. prima. §. † Idem in arrogato, qui semper intelligitur stipulatus quartam partem de bonis arrogatoris, si emancipetur vt l. si arrogator. ff. de adoptio. Similis præsumptio est. xj. q. j. cap. si quis clericorum. & extrà qui mat. accus. poss. c. insuper vt suprà in suis locis diximus.
25 † Et talia indicia sufficiunt ad ferendum sententiam, quia æquiualent testibus & instrumentis, vt cap. afferte mihi gladium extrà de præsumpt. Quinimò nec tanta indicia requiruntur ad con-
26 demnationem, † vnde vbi quis visus est fugere cum gladio sanguinoléto, & ibi reperitur aliquis mortuus, ex hoc est homicidium manifestum, quod ipse fecit, & tale maleficium dicitur esse notoriũ, secundum Barto. in l. fur. ff. de fur. vbi etiam tex. ibi, & l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adulte. & Bald. in l. fin. C. de pro-
27 bat. † duo nempe indicia certa & indubitata, aut duæ præsumptiones, vt quia reus visus est in delicto commisso, & in fuga post delictum stricto ense, & hoc probatur per duos testes, vt suprà, faciunt plenam probationem cum aliis adminiculis, scilicet, quia alius testis dixit vidisse ensem sanguinolentum fugiendo, alius vidit eum percutere in insultu, vt glo. fin. in l. secunda. ff. de ex-
28 cusat. tuto. † quia quæ non prosunt singula, multa iuuant l. rationes. & l. instru-
29 menta. & l. non nudis. C. de proba. † & ea indicia simul iuncta vel mista, & à lege approbata, possunt dici indicia indubitata ex quibus põt procedi ad condẽnationẽ quadruplici ratione. Prima,
30 sufficit quod † quis sit testibus superatus, vel voce propria confessus, ad hoc vt possit capitalis sententia contra cũ proferri, vt. C. de pœnis lege qui sententiam. & C. de episcopis, & clericis. l. si quis, & C. quorum appel. non recip. l. ij. ita eo modo ex prædictis indicijs à iure approbatis poterit sententia capitalis proferri, vt. l. si hi qui adulte. ij. C. ad leg. Iul. de adulte. & l. excipiũtur. ff.
31 ad senatuscon. sylla. † nec minorẽ auctoritatem & fidẽ probatã, quam testes vel instrumenta videtur hæc talia indicia cõtinere, vt. l. ad probationem la. ij. C. de proba. & tam testes quã aper-

sa indicia & manifesta æquiparantur, vt possit sequi sententia diffinitiua, vt d.l.fin.C.de probat.

32 SECVNDA ratio, † quoties, circa idem plura auxilia eiusdem generis ex eodem facto descendentia simul commixta iuncta concurrunt, dicuntur rem perficere & plenam probationem adducere, vt ff.de excus.tuto. l. ij. §. hoc amplius, & ff.de appell. l.si qui separatim. §.j.& C.qui numer.tutel.l. vna. sic à simili suprà dicta indicia simul iuncta
33 plenam probationem inducunt. † Ideóque singula quæ non prosunt, multa iuuant, vt in auth.de fide instru.§. si vero additum.& §.si vero nullus, collat. vj.& instit.de hæred.instit.§.si plures, & extra de testibus.c.prçtereà.& C.de testa. l.sancimus.

34 TERTIA ratio, † videmus quod duo vel plura vnum perfectum constituunt, vt.C.de agric.& censit.lege cum scimus, in princi. Quid ergo plura? Reperiī in iure quod ipsa principalis causa criminalis per argumenta & præsumptionem dignoscitur, & terminatur
35 † quanquam liquide delictum probari non possit, vt ff.de re mili. lege non omnes. §. à barbaris, ibi & si hoc liquide probari non possit, argumentis tamen dignoscendum est, & tamen capitalis causa ibi agebatur, vt cōstat per legem desertorem.§.is qui. ff.eodem, & facit in authen.vt liceat mat.& auiæ.§. illud collat. viij.

36 QVARTA ratio, † cum in qualibet causa ciuili regulariter duç semiplenæ probationem plenam & possit causa ciuilis per indicia, & præsumptiones probari extra de præsumptio capitulo ex literis, & argu.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iur.lege filium, & notari consueuit in lege in bonæfidei contractibus C.de rebus credit. & lege etiam proprietatis.C.de proba.plus tamen valere debent & operari tria vel plura au-
37 xilia quàm duo. † Nam ratio consistit vt plus tribus quam duobus credatur, pluralitati enim standum est. vt ff. de pactis.l.maiorem, & ff. de testibus lege tertia.§.hæc verba.& C. de fideicom. l.
38 quæstionem, in fine. † Ergo tria indicia vel tres semiplenæ probationes, vnam probationem poterunt operari, vt l. si hi, qui adulterii. C.ad leg.Iul.de adult. vbi dicitur, quòd violenta præsumptio quam lex pro plena probatione habet,
39 æquipollet, confessioni partis. † Indiciis ergo quibus sumitur plena probatio, per ea sumitur & supplicium, vt d. l.excipiuntur.§. ad senatus. Sylla. iun-
40 cta glo.vbi dicit tex. † ex impubere sumitur supplicium per indicia, & ibi cauetur, quòd quidam puer non multùm aberat à pubertate, & ad pedes domini cubuerat, cùm occideretur domin⁹, nec posteà cædem eius prodiderat, vt enim opem ferre eum potuisse constabat, ita silentium posteà præstitisse certū erat, & his duntaxat impuberibus Senatusconsultum parci credebat, qui tantùm sub eodem tecto fuissent. Qui ministri vel participes cçdis fuissent, & eius ætatis, quanquam nondum puberis, vt rei intellectum capere possint. his non magis in cædem domini, quàm in vlla alia causa parci oportere. Et sic tria tantum
41 erant indicia contra impuberem. † Primum, prope pubertatem erat quòd dicitur distare per sex menses, vt l.fin.ff.de

lib

lib.exhib. Secundum, ad pedes domini cubuerat. Tertium, necem domini non prodiderat, vt gloss. in dicta l. excipiuntur. & ita videmus qualiter impuberes teneantur de delicto, vt instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. penultimo. sic in nostro casu agitur de impubere qui pluribus vrgetur indiciis à lege approbatis, vt suprà diximus. quibus etiam probatur dolus, tum ratione mendacii, tum eius præsentiæ & digladiationis, in homicidiis percussionis, & sanguinolen-
42 tiæ gladii. † Itaque ex indiciis perspicacius cõprobatur dolus l. dolum. C. de
43 dolo. † Ergo quamuis impubes, videtur teneri l. Cornel. de sicar. pœna mortis, similitudine supplicii, qua eius participes & fautores suprà condemnati vt l. si quis reum. C. ad leg. Cornel. de sica. & l. impunitas. C. de pœnis, & ff. de fur. l. impuberem, vbi dicitur posse cum impubere damni iniuria agi, & cum impubere culpæ capace, lege Aquilia agi pos
44 se, pro furto. † Qui ergo hominis occidendi causa ambulauerit, perueniendo ad aliquem actum, punitur capite, scilicet lege Cornelia de sicariis, non habita differentia, cuius conditionis hominem interemerit. lege prima. §. primo
45 ff. ad leg. Cornel. de sicar. † Iure autem municipali & consuetudine regni Franciæ, regulariter non punitur animus, nisi sequatur effectus, & punitur tantùm homicidium subsecutum. Idem tenet Barto. in dicta. l. si in rixa. & l. prima. §.
46 diuus. ff. ad l. Cornel. de sicar. † Pœnæ ergo personales, scilicet amissionis vitæ & membri, requirũt actum consummatum. Sed pœnæ minores, non requirunt delictum consummatum, sed inchoatum, vt ff. de extraordinariis crimi. l. prima. §. qui puero ibi, perfecto flagitio, punitur capite, imperfecto, deportatur, & Bald. in l. si quis non dicam rape-
47 re. C. de episcopis, & clericis. † Inchoatur autem delictum statim, quod conatus transit in alium id est contumeliam alterius, & non ante, licet finalis effectus non sequatur. Et hoc potest contingere dupliciter. Primò, per actum remotum à principali delicto, sicut in insultu ad homicidium faciendum. Vel per actum propinquum: sicuti est vulnus. Actus ergo verbi, & actus facti remotus, minus punitur. Sed actus propinquus, acrius punitur. Iudex tamen ibi ex officio mitigat pœnam vt ff. de pœnis lege si quis aliquid. §. nondum. & l.
48 aut facta. §. euentus. ff. eodem. † Nec obst. l. is, qui cum telo. C. ad l. Corn. de sica. quia ibi delinquẽs punitur eadem lege, non tamen eadem pœna, ac si consummasset delictum, vt nota. Guliel. de Cuno, in d. l. si quis non dicam rapere.
49 † In leuioribus etiam delictis non punitur affectus, nisi sequatur effectus l. j. §. fin. ff. quod quisque iur. nisi lex aliter censeat, secundum Barto. in l. generali-
50 ter. l. primo. ff. de calumniat. † Malorum igitur mores infirmitas animi impuberis non excusat, vt C. si aduersus delict. l. j.

In contrarium verò videntur inferre iura ad hoc, vt idem Ebrio impubes l. Cor. de sica. teneatur in casu præsenti. Nam esto quòd adfuerit homicidiis cum Milone eius domino & magistro, & quod gladium strinxerit, ex hoc non videtur alicui præbuisse causam mortis. Et in hoc considerandа est, affe-

51 ctio.† Nam iniuria facta filio, fit patri, & si facta fuerit vxori, videtur facta vi-
52 ro: vt.l.j.ff.de iniur.† Et si facta fuerit consanguineo, videtur facta sibi: vt.l. lex Corne.ff.de iniur.&.l.j.ij.&.iij.ff. de liber.caus.& si facta sit domino, videtur facta seruo: cùm beneficio affici hominem, intersit hominis, affectionis ratione: vt.l. seruus ea.l.ff.de seruis ex port.&.ff.de tute.& ratio.dist.l.j.§. sed
53 nonnulles.† & ideò eo casu videtur esse licita offensio pro defensione consanguineorum vel dominorũ: vt.l. vt vim iuncta gloss.& ibi Bar.ff.de iust.de iur. Et Barto.in.l.facultas de iure fisc.lib.x. C. Verum est, quòd cum moderamine inculpatæ tutelæ debuit fieri hæc de-
54 fensio: vt.l.j.C.vnde vi.† Moderamen autem inculpatæ tutelæ, est offensio circa defensionem. Vel dicitur moderata defensio, quando aliter quis non potest euadere siue pertransire, quin recipiat offensionem: vt.d.l.vt vim, & ibi Barto.ff.de iust.& iur.&.l. scientiam.§. qui cùm aliter.ff.ad legem Aquiliam. & dicit Bart.in.d.l.vt vim, quòd ad maiorem cautelam defensor debet clamare: succurrite: vt docet glo.in.l.iiij.ff.ad legem Aquiliam, & in.l.furem nocturnum.ff.ad leg.Corneliam, de sicar. Sed in nostro casu Milo, & alii participes erant aggressores, & aggressi siue insultati carebant gladiis, & baculis, dempto duo famulo defuncti Chrysostomi Crassi. Ideò non videtur defensio facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia potuit euadere sine defensio-
55 ne, † & licet ex pluribus habentibus animum occidendi, vnus tantùm percusserit, qui interemit: omnes tamen tenentur de occiso: vt glo.in.l.si rixa.ff. ad legem corneliam de sicariis & Exodi.xxi.c.

Sed esto adhuc, quòd fuerit in dolo, & præbuerit consensum cooperatio-
56 nis, † & æqualiter peccent facientes cooperando: vt capitulo quantę, iuncta glos.extrà de sententia excõmu. & qui ministerium atque adiutorium prębet, opem ferat.l.in furti.§.ope.& l.si pignore.§.qui ferramenta.ff.de furt. Attamẽ debet haberi ratio ætatis huius impu-
57 beris.† Nam licet minor annis viginti quinque in delictis non mereatur in integrum restitutionem, vtique in atrocioribus quæ proueniunt ex animo: interdum tamen miseratio ætatis, ad mediocrem pœnam iudicem perducere debet, vt l.auxilium.§.in delictis.ff. de minor. ferè siquidem in omnibus pœnalibus iudiciis ætati, & imprudentiæ succurritur l.ferè.ff.de regulis iuris, & & succurritur minori vel ipso iure, vel per restitutionem nam cùm minor aut infans delinquit, ipso iure non tenetur. ff.de rei vindicatiõe.l.quod infans, aut maior infante delinquit: & tũc aut per culpam, & tunc succurritur per in integrum restitutionem, vt in nihilum teneatur? vt C.si aduers.delict.l.j. in fine. Aut dolo delinquit, & tunc si ciuiliter agitur, non iuuatur, vt ff.de minor l.si ex causa.§.si in commissum, nisi vt pro confesso vel transacto habeatur? vt ea lege.§.nunc videndum. Si criminaliter agatur, aut est atrox delictum tãtùm, & non subuenitur, nisi quatenus miseratio ætatis produxerit iudicem ad mitiorem pœnam aut atrocissimã, &.d.l.auxilium.§.in delictis, & glos.in d.l.

d.l.ferè.ff.de regulis iuris.

Sic mitius agendo, videtur idem Ebrio pro interesse publico teneri actione iniuriarum, quanti iudex æstimauerit,scilicet in fustium castigatio-
58 ne.† Nam vbi manus inferuntur,re dicitur fieri iniuria, vt lege prima.§.iniuriam.ff.de iniur.& omnis iniuria, quæ manu fit,lege cornelia de iniuriis continetur l.lex cornelia.ff.eodé,& atrox fit iniuria, vbi etiam tantùm vulnus illatum est, vel os alicui percussum.l.
59 prętor.§.atrocem.ff.eodem.† Pro atroci vero iniuria extra ordinem ex causa, & persona iudex statuere solet. Nam serui quidem flagellis cæsi,dominis restituuntur?liberi verò humilioris quidem loci subiiciũtur,cæteri autem vel exilio temporali,vel interdictione rei cenæ coërcentur quia interdicitur eis ars sua.l.finali iuncta gloss.ff.de iniur. & hoc,quo ad publicum interesse fisci. sic vbi criminaliter agitur. victoria est fisci pro publico interesse?vt notat.in lege agraria.ff.de termi.moto & suprà dixi in verbo querimonia,in glo. Dici-
60 tur autem† iudicium criminale,etiam quando agitur de crimine ad pœnam pecuniariam,fisco applicandam: vt gl. in.§.in summa.verb.extraordinaria, in
61 sti.de iniur.† Solemus tamen dicere, ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos, quo minus priuato agamus Sed hoc verum,vbi non principaliter de ea re agitur quæ habeat publicã executionem, quid ergo de.l.Aquilia dicemus? Nam & ea actio principaliter hoc continet, hominem autem occisum non principaliter.Nã ibi principaliter de damno agitur, quod domino datum est, at in actione iniuriarum,de ipsa cæde,vt vindicetur?& non vt damnum sartiatur, agitur?vt l. prætor.§.atquin solemus. ff.de iniuriis.Agitur ergo ciuiliter Iniuriarum,vt criminaliter,lege cornelia de sicariis,ad vindictã tantùm,& quod tibi non abest,peti videtur, & quod alteri non adest,vt glos.in dicta.l.prętor. §.quid ergo in, verbo: principaliter.
62 † Cùm ergo dicitur conuento te lege Aquilia:quia hominem occidisti,oportet damnum ex primi,scilicet, cõuenio te ad decem?quia in tãtum me damnificasti.Sed secus in actione iniuriarũ? quia non exprimitur certum?sed iudex æstimat iniuriam descendentem ex lege Cornelia de iniur. vt l.constitutionibus §.fina.ff.de iniur. Sed damnum non venit in actione iniuriarum principaliter,sed bene secundariò & accessoriè?vt glosa in dicto.§.quid ergo, versicu.sartiatur.† Interdum etiam iniuriæ appellatione damnum culpa datũ, significatur?vt in.l.Aquilia dicere solemus?vt dicta lege prima.§.primo.de in iniur.& l.sed & si quemcunque.§.j. ff. ad legem Aquil.Sic ideò possumus agere ciuiliter actione iniuriarum,æstimatione iudicis facienda pro contumelia. l.constitutionibus.ff.eodem ita etiam criminaliter & extra ordinem:vt glosa ibidem,versicu.æstimatione, & l. finali eódem,& sic pro atroci iniuria potest criminaliter actione iniuriarũ ad vindictam;vt.l.domini.C.de iniur. iuncta gl.magna & l.item.§.si quis seruu verberato. ff.eodem.dummodo nõ agatur principaliter de ea re, quæ publicam executionem habeat: dicto §. atquin

64 solemus, cautè ergo agendum est: † nã si primò quis agat ciuiliter iniuriarũ ad damnum culpa datum, scilicet. Aquilia, non poterit posteà agere criminaliter pro contumelia? vt iniuriarum. Nã non est eadem res, cùm altera actio ad damnum pertineat, culpa datum, scilicet Aquilia: altera ad contumeliam? vt iniuriarum. vt l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. de iniur. iuncta glosa ibidẽ, ver. altera. Et d. l. prætor. §. j. iuncta glo. in verbo: actionem. ff. de iniur.

65 Vt quia † igitur idem Ebrio non pulsauit defunctos, aut illorum alterũ, verùm aduersus eos tantùm manus leuauit, & gladium strinxit, quos terruit, & quasi vapulaturos: non tamen percussit, vtili actione iniuriarum videtur teneri erga conquerentes suorum iniuriam prosequentes pro interesse priuato? vt l. item apud Labeonem. §. si quis pulsatus ff. de iniur. non autem videtur teneri l. Corne. de iniuriis, vt glo. ibidẽ, & l. lex Cornelia, & §. inter eosdem, & l. legis ff. ad legem Iuliam de vi priuat. Sed hoc verum esset, nisi aliter effectus fuisset secutus, scilicet homicidiorum. Sed quia commissa plura homicidia à pluribus, ideò habet locum lex Cornelia de iniuriis, pro atroci iniuria? dicta l. finali. ff. de iniur. † Et tot

66 sunt iniuriæ, quot sunt personæ iniuriam facientes, ideò omnes tenentur actione iniuriarum: & singulorum est proprium maleficium. Ita quòd quando sunt plures iniuriã pluribus facientes? vt nouem hi homines fecerunt insultum contra quatuor, certè punie̊tur insultantes de tot insultibus, quot sunt personę insultantes, cùm certũ sit, quòd quilibet insultantium fecit insultum contra quemlibet eorum, qui sunt insultati? vt. l. si plures. ff. de iniur. & l. si quis in graui. §. si cùm omnes domini.

67 ff. ad senatuscon. Syllania. † Et ideò quando committitur delictum in plures, quilibet cuius interest potest agere vel accusare ex persona vniuscuiusque, & quilibet habet actionem per se insolidum: vt. l. prima. in fine. ff. de iniur.

68 † Vnde si nupta filiafamilias iniuriam acceperit, & vir & pater iniuriarum agant, tanti patri condemnandus est reus, quanti condemnaretur, si ea vidua esset, viro tanti, quanti condemnaretur, si ea in nullius potestate esset. quod sua cuiusque iniuria propriã ęstimationem habet.

69 † & sic ex vna iniuria interdum tribus quatuor aut quinque personis oritur actio iniuriarum. l. eum, qui nocentem. §. si nupta. ff. eodem, neque vnius actio per alium consumitur? vtputa: vxori meæ filiæfamilias iniuria facta est, & mihi & patri eius, & ipsi vxori, & etiam auo & nurui si habet, iniuriarum actio incipiet competere. d. l. j. §. fi. ff. de iniur.

Cedit ergo animi mei arbitrio eundem Ebrionem pro contumelia, scilicet pro reparatione iniuriæ condemnari debere cæsum virgis, manu, & opera lictoris in quadriuiis assuetis in exilium perpetuum à regno Franciæ, pœna vltimi supplicii in contrarium imminente, mitti: omnibus & singulis eiusdem bonis quibus licebit addictis & confiscatis, super iisdem summam centum librarum Parisiensium cuilibet conquerentium pro reparatione iniuriæ, damnorũ & interesse, adiudicando.

Summa

SVMMA CAPITA.

1 ☞ Silentium facit quem de dolo teneri.
2 Delictum qui potuit prohibere, & non prohibuit, lege Aquilia tenetur.
3 Culpa leuissima venit in lege Aquilia.
4 Quaestio ciuilis supra libram auri, trium testium probatione solenniter eget.
5 Semiplenis probationibus quis criminaliter non damnatur.
6 Causa criminalis maior est quacunque pecuniaria.
7 Fama publica cum vno teste, probat in ciuilibus. Secus in criminalibus.
8 Probationes in criminalibus apertissimae esse debent, & nu.22.
9 Strictius proceditur, vbi contra hominis salutem agitur.
10 Euidentia rei, pro specie probata habetur.
11 Manifesta, non indigent probatione.
12 Captus inuentus non potest de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.
13 Confessio extraiudicialis an noceat reo.
14 Et simplici hominis praesumptione, sententia criminalis non fertur. Secus ex praesumptione iuris & de iure. numero.18.
15 Animae periculum in criminalibus imminet? ideo melior tutela requiritur.
16 Melius est nocentem absoluere, quàm innocentem damnare.
17 Poenae in dubio sunt potius molliendae, quàm exasperandae.
19 Iuris praesumptio, quae sit.
20 Praesumptio criminis onus probandi in alium transfert.
21 Praesumptione iuris tantùm sententia fertur: sed non criminalis.
23 Cõsilium perspicacius in criminalibus est adhibendum.
24 Mendicatis suffragiis non est quis condemnandus.
25 Probatio iuris tantùm, in criminalibus cum confessione sufficit ad condemnandum.
26 Poena in praesumptione mitigatur.
27 Poena certos fines habens, aggrauari non potest.
28 Iuris praesumptione quis potest condemnari ciuiliter, & sententia diffinitiua sequi.
29 Arbitrium est iudicis, an testibus credat.
30 Poena quotiens est in arbitrio, potest iudex arbitrium suum vsque ad mortem extendere.
31 Crimina priuata, quae sint.
32 Omne crimen de iure canonico publicum censetur, & infamat, & nu.33.
34 Crimina publica, quae sint.
35 Capitalia iudicia sunt, ex quibus perditur vita, vel ciuitas.
36 Iudicia non capitulia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coërcio, poena est.
37 Iudex in extraordinariis criminibus poenam vsque ad mortem inclusiuè arbitratur.
38 Poena capitalis de iure ciuili est mors: corporis, poena metalli, & deportationis, vbi ciuitas tantùm amittitur, & nume.40.&.41.
39 Poenarum capitalium quot gradus sint.
42 Poenae non capitales sunt, ad tempus, vel in perpetuum relegatio, infamia, dignitatis amissio, vel ad dignitatem vel officium seu forum interdicta aspiratio & verberum experimentum, nu.43.44.&.45.
46 Poena mortis secundum canones non imponitur.
47 Damnatus in metallum, de iure canonico non liberatur.
48 Ecclesia poenam carceris pro grauissimis criminibus infligit.
49 Detrusio in monasterium, loco relegationis habetur.
50 Depositio vel degradatio & infamia, de iure canonico locum habent, & nu.51.

Insa-

52 *Infamis secundum leges, infamis est & secundum canones.*

53 *Verberum pœna de iure canonico locum habet.*

54 *Pœna extraordinaria motu iudicis imponitur.*

55 *Crimina quæ coram omnibus peccantur, coram omnibus sunt corripienda: & secretius, quæ secretius peccantur.*

56 *Reus, qui emendam honorabilem facere renuit, durius & acerbius puniri debet.*



ERDINANDVS Parasitus memorati Anippi alter confamulus tortus, nō agnoscitur, neque conuincitur testimonio sæpe dictis adfuisse homicidiis sed tamē possumus elicere propriam eius confessionē. fatetur enim eundem Milonem liti succubuisse aduersus interemptos tunc viuētes, quos criminabatur & increpabat, asserendo se de illis vlturum & iniuriam impunitam nō relicturum, quod tamē id interemptis ipse reus ante non prodidit. † & sic ratione silentii 1 indicium de dolo cōtra eum, sæpe allegata. l. excipiuntur. ff. ad senat. Sylla.

FATETVR adfuisse cœnæ factæ sub intersignio leonis argentei die homicidiorum, & hinc hora nona serotina cum eodē Milone & Anippo & aliis recessisse, scitque Crassum, Plutum, & Xenium, interemptos fuisse ex relatione aliquorum, horum tamen homicidio adstitisse negat certum autem est, & constat in processu homicidia die supra dicta & hora commissa fuisse per eos, quos fatetur concomitatum fuisse prædicta hora.

FATETVR in summa per confessionem propriam in quæstione extortam, adfuisse homicidiis, & vidisse Milonem, Thrasonem, & Caligulam percutientes tunc viuentes, & demum interemptos Crassum, Plutū, & Xenium, quam confessionē post diem & noctem & extra locum tormentorum geminauit. Non tamen fatetur quenquam illorum percussisse, & sic illa scientia pro 2 patiētia facinoris habetur: † vt qui prohibere potuit, & non prohibuit, siue de iure, siue de facto prohibere potuit, lege Aquilia teneatur. l. scientiam. ff. ad leg. Aqui. & glo. in. l. in lege. ff. eo. & l. in 3 omnibus. & l. seq. ff. de noxa. acti. † Itaque in. l. Aquilia venit etiam leuissima culpa, vbi quis sciuit & non prohibuit, cùm prohibere potuit. d. l. in lege.

PROBATVR tamen per dictum Desyderii Anippi eiusdem domini in suis literis remissionis relatum ensem suum strinxisse, & adstitisse homicidiis, non vt feriret, sed vt opē percussoribus ferret, si per aliorū violentiam impedirētur, quod est aliud indicium & semiplena probatio per vnum testem.

HAEC sunt indicia, quibus oneratur idem Parasitus, ex quibus non potest constare præbuisse causam mortis interemptis.

QVID ergo iuris in eo statuēdum oporteat? videtur quòd hæc indicia sunt tantùm præsumptiones iuris, quibus nō possit diffinitiuè damnari reus triplici modo.

4 PRIMO, † quia cùm in ciuilibus quęstionibus maioribus vna libra auri non minor, quàm trium testium exigatur probatio: vt in auth. de fide instru.

§. opor

§.oportet.&.§.hoc dicimus.collat.vj.&
5 not.C.si cer.pet.l.fi. † multò fortius in
qualibet causa criminali duæ vel tres
præsumptiones, aut indicia plenā probationem non poterūt operari: sed erit
maior numerus testium requirendus,
vt possit super crimine sententia diffi-
6 nitiua proferri. † maximè, cùm quælibet causa criminalis sit, & censeatur
maior qualibet pecuniaria causa, quantumcunque sit magna: vt.ff.de pœnis.
l.in seruorum.§.fin.

7 Et licet † in causa ciuili duæ semiplenæ probationes (vt est fama publica, & dictū vnius testis) vnam plenam
probationē adducat: vt.C.de probat.l.
proprietatis.& arg.ff.de testib.l.iij.§.
eiusdē.&.iiij.q.iij.§.item sæpe.& extrà
de testib.c.prætereà. tamē in criminali
causa ex dictis semiplenè probationibus nō erit quis diffinitiuè damnādus.
8 † quia in causa criminali probationes
debēt esse apertissimæ: vulgata.l.fi.C.
9 de proba. † Strictius enim in ea proceditur vbi contra hominis salutem agitur: vt.C.de appel.l.addictos.& not.extrà de testib.c.veniens.

10 Secundo, † euidētia rei licet habeatur pro quadam specie probata: vt
ff.fin.regū.l.si irruptione.§.fi.&.C.eo.
l.iij. Etiam cùm manifestū & apertum
indicium habeatur, aliquē inueniri in
crimine & fore detentum: vt in nostro
casu: arg.ff.de furt.l.iij.cum.l.seq. † &
11 manifesta nō indigeant probatione: vt
ff.de dote præleg.l.j.in fi.&.ff.de actio.
emp.& vend.l.ex empto. in fi.j.respon.
Tamen non debet quis talibus indiciis
12 diffinitiuè damnari. † quia nō eo ipso,
quòd quis captus inuenitur, poterit de
crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur: vt arg.ff.de ritu nupt.
l.palàm.§.qui in adulterio.&.C.de de-
13 fen.ciui.l.defensores. † Ideò si aliquis
inueniatur pro qualicūque crimine captus ab aliquo, qui etiam corā pluribus
testibus extra iudicium cōfiteatur crimē commisisse, & quòd occasione illius
criminis fuerit captus, quanuis ista tria
contra eum inueniantur probata: scilicet quòd sit captus ob illud crimen, &
quòd sit confessus illud crimen cōmisisse, & quòd occasione illius criminis
sit detentus: licet ista indicia videantur
apparentia: non tamē debet ex illis solis indiciis iudex illum, sic captum diffinitiuè damnare: licet quæstionibus &
tormētis subiici possit: vt not.ff.ad leg.
Iul.de adult.l.capite quinto.in fi.& extrà de iudi.c.cùm non ab homine.

14 Tertia † potest assignari ratio,
quoniam ex testibus & instrumentis, &
ex indiciis indubitatis & præsumptionibus iuris & de iure, non autē ex præsumptione simplici est sentētia diffinitiua proferēda: vt.C.de accu.l.singula.

15 In † ciuili autem secus, vt dixi: ideò
quia in criminalibus causis maius periculum vertitur, quia imminet periculum animæ: vt in auth.vt iud.sine quoquo suffra.§.cogitatio.vnde maior requirēda est tutela: vt.C.de app.d.l.addi-
16 ctos.&.C.de fal.leg.vbi † & in casibus
dubiis & incertis probationibus melius
est facinus nocētis impunitū relinqui,
quàm innocentē damnari.d.l.absentē.
ff.de pœn.&.C.quor.appel.non recip.
17 l.ij. † & in dubio pœnæ sunt potius molliendæ, quàm exasperandæ.l.interpretatione.&.l.si præses.ff.de pœnis.

Censetvr ergo, quòd ex suprà dictis indiciis possit tantùm colligi iuris siue hominis præsumptio contra eundem Parasitum reum, dum colligitur, quòd sciebat eundem Milonē inimicum interfectorum ratione litis & controuersiæ præcedentis,& minas audisse à Milone, quas ipse Parasitus non prodidit, & ex subsequenti adfuisse homicidiis, colligitur etiā ex dicto vnius testis ensem strinxisse in homicidiis.
18 †Quod tamen non concludit, nisi alio testimonio adiuuaretur: vt suprà diximus in indiciis opinionis Iacchi Ebrionis.&.l.absentē.in prin.ff.de pœn.iuncta glo.in verbo:damnari.quæ dicit,ex sola præsumptione hominis quem non grauari: vt no.in.l.iij.§.idem tamē confitetur.ff.de minor.&.ff.de vent.in poss. mitt.l.j.§.sed & si incertū.Secus autē in præsumptione legis, vt.l.si ii, qui adul-
19 terii.C.ad leg.Iul.de adul.† Est autem præsumptio iuris, cùm ius præsumit aliquid, sed non statuit super præsumpto: imò recipit cōtrariam probationē: vt.xxxij.q.j.c.dicit dominus.&.xxxv. q.iij.c.extraordinaria.&.c.proposuisti. extrà de proba. Et ex illa præsumptione iuris tantùm, vel testium productione, surgit tantùm suspicio: vt.ij.q.vij.c.
20 accusator quoque.† Regula autem est, quòd pręsumptio criminis transfert in alium onus probandi.l.generaliter.§.si petitum.versi.sed cùm ex præsumptione.ff.de fideic.lib.de pręsumptione verò iuris & de iure.s̄.dixi, ex qua potest sequi sententia criminalis diffinitiua.
21 Qvanvis † autem in causa ciuili ex iuris tantùm præsumptione possit diffinitiua sequi sentētia, ex qua in cōtrarium non probatur: vt.C.de probat. l.siue possidetis.&.ff.de donatio.inter vir.& vxor.l.Quintus Mutius. Tamen in causa criminali vel in causa quæstionis ex tali præsumptione iuris tantùm non debet nec poterit quis diffinitiuè condēnari.d.glo.in verbo:damna-
22 ri.in.l.absentem.† quia in criminalibus causis interuenire debent & requirūtur probationes luce clariores: vt suprà dixi.l.qui sententiā.C.de pœn.&.d.l.singuli.de accusat.C.Quod videtur ea ra-
23 tione procedere,† quia in causis criminalibus est perspicacius consilium adhibendum, quia ibi maius detrimētum & periculum cōtingit: vt.ff.de vent.inspic.l.j.§.j.Et ideò ex prędictis indiciis siue præsumptionibus non potest idem Parasitus condemnari criminaliter, se-
24 cundum naturam delicti.† quia ex pręsumptionibus & mendicatis suffragiis condemnandus non est.d.l.singuli.& d.l.absentem.ff.de pœnis.
25 Porro † in causis criminalibus non multùm arduis nec valde ponderosis probatio iuris, quæ fit per argumenta est cōmuniter sufficiens & coniuncta, semiplenam probationem excedens, & tunc si cum ista iungatur confessio, efficitur probatio plenior, quàm in ciuili requiratur: vt.C.quorum appel.non recip.l.ij.& plenè fit punitio, secundum exigentiam naturæ delicti: vt ibidem. Si autem non adiungatur confessio, vt quia cum hoc commissum arbitrio iudicis non vult torquere, vel qualitas personæ torturam non patitur: vt quia minor vel aliàs (vt dixi in tortura suprà) vel reus est absens, non potest imponi pœna corporalis: quia

propt

propter inopiam probationum minuitur pœna, hoc est, quia non potest iudex plus punire in criminali, quàm condemnaret in ciuili.

26 NAM † vbi proceditur ex præsumptione, imponitur minor pœna, & ista appellatur probatio præsumptiua: vt Bal.in.l.fi.C.de probat.& idem Bal.in l.presbyteri.C.de epis.& cler.& quanuis in præsumptione mitigetur pœna, & econtrà, quando liquet exaggeretur pœna.

27 TAMEN † quando pœna habet certos fines ex qualitate probationum, nunquam potest ex qualitate exaggerari, scilicet aggrauari pœna: vt.l.generaliter.in prin.vbi est tex.not.ff.de decur.poterit tamen reus puniri ciuiliter

28 & pecuniariter. † quia præsumptione iuris tantùm, potest quis condemnari ciuiliter, & sequi sententia diffinitiua: vt.d.l.siue possidetis.C.de probationi. &.d.l.Quintus Mutius.ff.de donation. inter virum,& vxorem.

29 QVAE † insuper indicia, præsumptiones, aut quæ argumenta, scilicet genera probandi vel per testes, & quales, & quot, vel per instrumenta ad quem modum probandæ cuiusque rei sufficiant, nullo certo modo satis diffiniri potest: sicut non semper, ita sæpe sine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur: aliâs numerus testium, aliâs dignitas,& authoritas, aliâs veluti consentiens fama confirmat rei, de qua quæritur, fidem.hoc autem pro animi arbitrio iudici relinquendum, cui credat: aut parum probatum sibi, opinetur. tex.forma.in.l.iij.§.eiusdem. &.§.tu magis scire potes.ff.de testib. c.præterea.c.in nostra præsentia.c.ex literis.extrà de probationibus.

30 QVAERENDVM † est nunc igitur, qua pœna reus veniat affligendus? Dic quòd quando iudex cognoscit de crimine extra ordinem, pœna est in eius arbitrio, quod potest extendere vsque ad mortem, quod est verum pensata & attenta facti qualitate: vt glo.in.§.in summa.ver.extraordinaria.insti.de iniur.&.l.Pedius.§.j.ff.de incé.rui.& naufra.&.l.hodie.ff.de pœn.& ita obseruatur in regno Franciæ: quia omnes pœnæ criminales sunt arbitrariæ pro motu iudicis imponendæ. Prius, quàm autem discutiamus de pœna imponenda

31 reo, sciendum est, † quòd crimina alia sunt priuata, vt illa quorum executio, id est, accusatio vel denũtiatio pertinet tantùm ad illos, quibus inferuntur: vt furta, damna illata,& iniuriæ: vt.ff.de priuat.delic.per totum. hodie tamẽ titulus de priuat.delic.nõ est in vsu: quia

32 † de iure canonico omne crimen censetur esse publicum. De hoc est glo.vj. q.j.c.infames.ver.fures.& Inno.in.c.ij. extrà de collu.dete.& Bal.in rub.C.qui accu.non pos.in.v.col.& Io.fab.in.§.fi. super glo.instit.de pœ.teme.litig. imò

33 † omne crimen infamat, secundum canones: vt glo.in.d.c.infames.

34 ALIA † sunt crimina publica, quorum accusatio datur cuilibet de populo: quoniam ad vtilitatem publicam spectat, ne maleficia remaneant impunita: vt.l.ita vulneratus.§.quòd si quis.ff.ad legem Aquiliam.&.l.si longius.§.j.de iudiciis.& sunt hæc publica, homicidia, parricidia, adulteria, & alia notata in.l.j.ff.de publicis iudiciis.

quæ suprà suis locis adaptauimus.

35 PVBLICORVM † autem iudiciorũ quædam capitalia sunt:quędã nõ capitalia sunt,ex quibus pœna corporalis mors aut exiliũ est.Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate.nã cætera non exilia,sed relegatiões propriè dicuntur tunc,& ciuitas retinetur.

36 NON † capitalia sunt,ex quibus pecuniaria,aut in corpᵒ aliqua coërcio,pœna est.l.secũda.ff.de pub.iudic.&.l.edicto.§.rei autẽ capitalis.ff.de bon.possessio.&.l.rei capitalis.ff.de pœnis.

37 ALIA † sunt crimina extraordinaria,in quibus pœna nõ est introducta à iure,sed iudex ex bono & æquo arbitratur,qd facto opus est,vsque ad pœnam capitis inclusiuè: vt.l.saccularij.§.sunt quædã.ff.de extraor.crimi. quia iudex potest suum extendere arbitriũ vsque ad mortẽ,pensata tamẽ & attenta facti qualitate & personarũ conditione,ne quid durius aut remissius constituatur,quàm causa postulet.l.respiciẽdum.ff.de pœnis,&.d.l. Pędius.§.j. ff.de inced.rui.& naufra.& hoc secũdum ciuile.

POENARVM autem secũdum leges, ciuiles septem sunt genera,quarũ sunt tres capitales,& quatuor nõ capitales.

38 PRIMA † pœna capitalis,est mors corporis,quę multis modis infertur:vt de pœnis.l.aut damnum.§. vita adimitur,&.l.capitalium.§.famosos,&.§.fin. ff.eo.&.l.iij.ff.ad legem Corn.de sicarijs.

39 † Pœnarum autẽ capitaliũ gradus ferè isti sunt,scilicet summum supplicium,quod videtur ad furcam damnatio,itẽ capitis amputatio.Cæterę pœnæ ad æstimationem,& non ad capitis periculum pertinent:vt.d.l.capitaliũ.

40 SECVNDA † pœna est morti proxima,scilicet pœna metalli.d.l.aut dãnum.§.est pœna.& illa hodie in regno Franciæ non vtimur:sed huius loco solemus dãnare remos ad perpetuum remigiũ marinum,vel ad tempus,secundum delictorum qualitatẽ:prout aliàs plures condemnaui.

41 TERTIA † pœna capitalis, est deportatio,& ibi nõ libertas,sed ciuitas tãtũ amittitur:vt.ff.de pœn.l.quidam, &.l.j.ff.de bon.damn.&.C.de bon.proscriptorum.l.in metallum.

42 NON † capitales autem pœnæ sunt quatuor,prima est relegatio ad tẽpus, vel in perpetuum,hic bona nõ amittit: vt.l.relegatorũ.§.ad tempus.ff. de interdict.& releg.

43 SECVNDA.† est infamia, vt dicta lege aut dãnum.ff.de pœnis.

44 TERTIA † est dignitatis amissio, vel ad dignitatẽ vel officium seu forũ interdicta aspiratio:vt.d.l.aut damnũ, &.l.moris.ff.de pœnis.

45 QVARTA † est verbũ experimentũ.l.si quis fortè.§.vlti.ff.de pœnis,& d.leg.relegatorum.ff.de interd.

46 SECVNDVM † canones verò,pœna mortis corporalis regulariter non imponitur:vt extrà ne cleric.vel monachi.c.sententiam.&.l.distin.c.j.&.ij. sed est quædam, quæ quasi similis est mortis,scilicet,quando quis relinquitur iudici seculari puniendus:vt extrà de crimine falsi.capit.ad falsa.& de iudic.c.cum nõ ab homine,&.xviij.dist, capi.cum licuit,&.xj.quæst.j.c.illud.

47 SECVNDA † pœna damnationis in metallum non inuenitur sępe in canonibus

nibus

nibus imposita:sed si imponeretur nō retractaretur: vt extrà de calum.cap.j.

48 † sed ei æquiparari potest pœna carceris,quā pro grauissimis criminibus ecclesia infligit: vt extrà de hæreti.c. pen.§.fin.& quòd quis redigatur in seruitutē,est text.xxxij.dist.ca.eas,& hoc de cap.secundum canones.

49 NON † capitalium secundum canones,prima pœna est relegatio,quæ nō est in vsu,sed ei accedit detrusio in monasterium,de qua habemus.l.distin.c. si episcop⁹ autē.&.lxxxj.di.c.Roman⁹.

50 ALIAE † autem pœnæ habent locū, secundū canones,scilicet depositio vel degradatio,vt.xj.q.iij.c.episcopus autem,& interdicitur,quòd ad nullā dignitatem assumatur:licet inhibita remaneat:vt extrà de filijs presb.ca.fin. extrà de elec.c.super eo.vel ꝙ ad superiores ordines non assumatur nec ascēdat:vt extrà de tempo.ordi.c.ex tenore.& multæ aliæ pœnæ consimiles.

51 ALIA † autem pœna, scilicet infamiæ,locū habeo,secūdū canones:adeò vt quicūque secūdū leges infamis est, est & secundum canones :vt.ij.q.iij. §. hinc etiam.&.vj.q.j.can.infames.

52 SECVNDVM † canones etiā aliqui sunt infames infamia canonica:vt extrà de testibus.c.testium.

53 ALIA † est pœna,scilicet verberum, secūdum canones locum habet,vt trigesimaprima dist.capit.vltimo.&.xlv. distin.capitu.cum beatus.& capi.j.extrà de calumnia.vbi dicitur,quòd subdiaconus accusans calumniose diaconum,subdiaconatu priuatur,& publice verberibus castigatur,& in exilium deportatur.Sed hodie in regno Franciæ hoc iure non vtimur.

54 HIS † præsuppositis videtur, quòd idē reus venit puniendus pœna extraordinaria pro motu iudicis imponenda:iuxta.l.hodie. ff. de pœnis, & hoc agendo,quòd debet ibi se purgare,vbi dignoscit̄ deliquisse,secundū cōsiderationē iudicis:vt in capi.inter solicitudinē.extrà de purgatio.canoni.& hoc notatur etiā in quolibet horrendo crimine,iurareque debet se nunquàm simile commissurum:vt.xij.qō.ij. ca. de viro &.xxij.q.viij.c.pessimam.&.j.qō. vij.c.quoties,vbi pœnitēs iurat,quòd decæterò non habetur.

55 CORRIPIENDA † sunt siquidem crimina corā omnibus,que peccantur corā omnibus secretius,quæ peccātur secretius,& distinguēda sunt tēpora,& concordabit scriptura:vt.c.si peccauerit.ij.q.j.& cap.deteriores. sexta quæstio.j.&.xxiij.dist.capit.illud.† si autē

56 reus tenuerit facere hanc emendam honorabilem, durius & acerbius puniri debet:vt dicto cap.inter solicitudinē, extrà de purg.cano.& ita vidi practicari in curia parlamenti Parisi.Anno domini.M. D. xxix.mensis Aprilis.xvij. contra & aduersus Ioannem Berquin, qui accusatus de hæresi per arrestum curiæ condēnatus ad emendam honorabilem faciendam super petram marmoris palatij,renuens hanc facere,arresto subsecutiuo igne concremari cōdemnatus fuit,quem exequi vidi ante communes Parisiorum ædes dicta die.

MOVEOR ergo,quòd possit condēnari ad duplicem emendam,honorabilem videlicet,& vtilem. Quantum ad honorabilem,censec capite & pedibus

nudandum,& in camisia genibus flexis in prætorio nostro & propatulo ad stantem ac tedam quatuor librarũ ceræ ardentem, proprijs manibus tenentem, iniuriam conquerentibus factã ob necem interemptorum obuentã, & vulnera Dionysio Dauo illata, ibidẽ abiuraturum asserendo, & profitẽdo se perperã, temere. & indiscrete interfuisse, & opem sæpe dictis homicidijs perpetratis præstitisse. & quòd bono & æquo animo illum pœnitet hoc egisse, Deo omnipotenti, regi, iustitiæ, & cõquerentibus veniam postulando, & quòd deinceps ad talia & similia facinora non labetur. Et quantum ad emendam vtilem, cõdemnaudũ erga quemlibet cõquerentium, & pro omnibus damnis, & interesse, in viginti librarum Parisiensium summam, & in decem libras Parisienses erga regẽ ꝑ alia emẽda omnibus, & singulis eiusdem bonis addictis, quibus licebit, eo in perpetuũ à regno prædicto exulaturo.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Tortus, qui aliquid in tormentis non est confessus, liberatur.*

2 *Accusator damnum læso indebitè contingens emendare tenetur.*

3 *Accusator à probatione cessans vel non probans, calumniari præsumitur & condemnari debet erga reum ad damna & interesse. sumptus, expensas, extraordinem ad pœnam. & numero. 4.*

5 *Casus in quibus deficiens in probando, non statim præsummitur calumniari & nu. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.*

6 *Accusans ex necessitate officij, non dicitur calumniari.*

7 *Hæres defuncti necem vendicare tenetur, & à præsumpta calumnia excusatur.*

10 *Accusatio de adulterio, permittitur marito, & eius cognato: nec calumniari dicuntur.*

11 *Accusator semiplenè probans, licet excusetur à calumnia: ad expensas tamen accusato tenetur.*

12 *Indicia manifesta ex quibus reus est tortus, excusant accusantes à calumnia.*

13 *Iudex habens indicia sufficientia contra accusatum pluries tortum, & nihil confitentem, ipsum diffinitiuè non absoluit, sed abolitionem accusationis concedit.*

14 *Arbitrium est iudici, an indicia sint vel non sint manifesta, vt absoluat, dimittat, aut condemnet.*



Egidivs Gnato alter Desyderij Anippi famulus tortus, nihil confessus fuit de crimine, quinimo negat interfuisse homicidijs. Verũ à leone argẽteo iussu sui domini prior recessisse in cauponam balistæ, die & hora homicidiorũ, & ita Parasitus in quæstione, dixit credere: à quo releuatur & exoneratur à delicto.

Desyderivs tamẽ Anippus eius dominus, eidem exhibitus & confrontatus, nulla in eum obiecta perfidia ex tenore eiusdem remissionis dicit prælibatum Gnathonem interfuisse homicidijs suprãdictis causa præstandi opẽ percussoribus, si impedirentur alijs, aliũde oneratur de delicto. sed hoc est tantum semiplena probatio, quæ tantum potuit prodesse ad torturã, rationibus superius dictis, & ita actum est.

Fatetur idem Gnato per suũ interrogatorium ad fuisse prandio facto in parui cerui taberna, prout in processu relatum est, nec minas ipsius Milonis audiuisse.

1 Tortus † est, & nihil vltra suprà confessus est, nec sufficientibus argumentis vrgetur. Instandum est igitur accusatoribus, vt id, quod intendunt comprobent, ac sic cõuincant. l. vnius. §. in eod. ff. de quæstio. Quòd si testis deficiat, innocentis fidem sola iusiurãdi taxatio manifestat: vt capitulo primo, vigesimasecunda quæstione prima. ideò quia reus fuit tortus, æquè aliquid in tortura confessus est, venit liberãdus, quasi indicia sint purgata: secundum Barto. in. l. fina. ff. de quæstio. ideò quando ex tortura non potest crimen inueniri, videtur quòd tortus ab-
2 solui debeat, † quia licet indicia præcesserint torturam, non excusantur accusatores à calumnia: & propterea dãnum læso contingens indebite, debent sibi emendare: secundum Bald. in. l. fin. ff. de calum. & facit secundum eundẽ, quod not. in. l. pen. C. de condi. ob causa dat. & l. dominus. C. de quæstio. vt est tex. for. ad hoc. Vnde quia reus iniuriam tolerauit, nam & tortus & carceres sustinuit, accusatores nõ possent ex hoc abolitionem obtinere, cũ effectu, sine consensu rei: vt. l. fallaciter. C.
3 de abol. † Nam vbi accusatores cessant in probatione, aut non probant, quod intendunt, calumniari præsumũtur: vt glosa in capitulo cum dilectus. in verbo: calumniandi. extrà de calũnia. & secunda quæstione tertia. capitulo qui non probauerit, &. C. de aduocatis diuersorum iudicum. l. prima & infamantur calumniatores. l. ex varia. C. de delatoribus libr. x. & gloss. in.
4 l. ex quibusdam. ff. de iure fisc. † & in expensis, damnis, & interesse condemnatur, & extra ordinem pro qualitate admissi, siue in priuatis, siue in extraordinarijs criminibus plectuntur. l. in priuatis. ff. ad Turpil. & dicto capitulo cum dilectus. extrà de calum. & capitulo primo. §. adijcientes. de elect. libro. vj. & l. non ignoret. C. de fruct. & lit. expens. Ratio siquidem est, vt nulli temeritas sua lucratiua concedatur: sed vt impudens calumniantium refrænetur audacia. Præterea, si quis causa cognita conuictus fuerit sine iusta & legitima petitione quenquam in iudicio pulsasse, omnes ei legitimas expẽsas sumptusque & damna, quæ ab exordio cœptæ controuersiæ ipsius vitio tolerasse eundem reũ constiterit, reddere cogetur: vt hac saltem censuræ iustissimæ formidine reuocatus & improbis cõflictationibus occupatus, iamque sopitis clamoribus iurgiorum magistra deinceps necessitate accelcat: vt. l. eũs, qui. §. fi. C. de epis. & cleri. & l. eũ, quẽ. ff. de iudic. Et sic accusatores sæpe dicti videntur condemnari debere erga reum præfatum ad omnia dãna, interesse, sumptus, expensas, & extraordinẽ. ad pœnam: vt iuribus supradictis.

5 In † contrarium verò videntur casus excepti, in quibus non statim præsumitur calumnia, quando quis deficit in probando: vt gloss. in lege athletas. §. præuaricator. ff. de his, qui not. infam.

6 Primus. † quando quis accusat ex

necessitate officii, vt est in tutore vel tutrice in casu nostro, vt leg.ij. C. qui accusat.non poss.& l.tutorem.ff.de his, quibus vt indig.l.ij.C.de delato. lib. x.

7 SECVNDVS † casus. quando quis ex necessitate hoc facit, vt quia hæres, qui tenetur vindicare necem defuncti: vt in casu nostro l.cum fratrem. C. de his,quibus vt indig.Vel ratione proximitatis personarum vt C. de calum. l. mater,& lege calumniæ vel authoritatis eius,cui successit. dicta l.mater. §.si extraneus.

8 ALIVS †casus, si audiuit illum esse criminosum à fide dignis personis, vt c.inquisitioni,extrà de sent.excom.

9 ALIVS,†quando testes deceperunt accusatorem,vt quia promiserunt testificari & defecerunt vt glos.in cap.Paulum.ij.q.iij.

10 ALIVS,†quando est intimus dolor admissi criminis,vt in marito, & eius cognato de adulterio accusantibus lege quamuis adulterii.ad legem Iuliam de adulte.

11 ALIVS, † quando accusator semiplenè probauit,excusatur à calumnia, sed tamen ad expẽsas,quas propter hoc pars altera se fecisse docuerit, iuramento medio condemnabitur. Qui verò in probatione defecerit,omnino eius,quod obiicit in personam,calumniæ pœnam incurret,cum expensis,vt d.c. cùm dilectus:extrà de calumni.& d.c.§.adiicientes.iuncta glo.

12 SI †etiam indicia sunt manifesta, ex quibus reus est tortus, excusant accusantes à calumnia: secundum Bald. in l.iij.C.ad legem Iuliam de adulteriis.vnde reus tortus liberandus erit ab illa inquisitione tantum, sed non diffinitiuè à delicto:per not.per Salyc. in l. si hi,qui adulterii. C. ad legem Iuliam de adult. vbi dicit per glos. ibi positã,

13 † quòd si iudex habet sufficientia indicia contra accusatum, qui pluries tortus nihil voluit confiteri,non debet ipsum diffinitiuè absoluere,sed debet concedere abolitionem accusationis, per l.abolitionem.C.de gener.abolit.& idẽ tenet in l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. maiesta.vbi dicit, quòd si reus delatus in illo crimine nihil confessus est: propter quod accusator tortus fuit, qui nihil probauit, quòd iudex neutrum absoluet,sed rem indiscussam dimittet.Et ideò debebit liberari reus præstitis fideiussoribus aut iuratoria cautione, & non diffinitiuè absolui à crimine, quia possent superuenire alia indicia. Et ita videtur tenere Saly.in repet.l.si quidẽ.

14 C.de accus.†& sic iudici pro animi arbitrio relinquendum est,an sint indicia manifesta,vel non manifesta, vt absoluat,dimittat,aut condemnet.l.iij.§.eiusdem.& §.tu magis scire potes. ff. de testibus.

CONCLVDENDO eũdem AEgidium Gnathonem à carceribus relaxandum fore sub eius iuratoria cautione arbitror iudicio saniori saluo nam sunt eum indicia manifesta.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Accusatus custoditur arbitrio iudicis, causis inspectis enumeratis.*

2 *Defensio est de iure diuino & naturali, humanoq; permissa & debet iudex concedere dari copiam tutelarum & responsionis reo.*

Acta

5 *Acta tam criminalia, quàm ciuilia edenda sunt reo, ea requirenti.*

4 *In criminalibus instrumenta quis edere non compellitur.*

5 *Procurator pro reo admittitur cum ciuiliter de crimine agitur.*

6 *Procurator an interuenire possit pro clerico, contra quem agitur, vt priuetur beneficio.*

7 *Iudex tenetur de aduocato seu defensore reo prouidere, & debet zelare potius rei innocentiam, quàm culpam.*

8 *Procurator constitui potest ad comparendum & defendendum in leuioribus delictis.*

9 *Reus qui innocens videtur, debet fideiussoribus relaxari, si dare potest.*

10 *Reus qui fideiussorem dare non potest sua iuratoriæ cautioni debet committi.*

11 *Reus præstat cautionem, quam potest.*

12 *Fideiussor de iudicio sisti facultatibus & facilitate conueniendi idoneus esse debet.*

13 *Habens fori præscriptionem, non est idoneus fideiussor de iudicio sisti.*

14 *Fideiussorem dedisse non videtur, qui cum dedit, qui fori priuilegio tutus est, nisi ei renuntiauerit.*

15 *Fideiussor de iudicio sisti, tenetur exhibere reum in eadem causa, donec iudicium accipiatur.*

16 *Fideiussor de iudicio sisti, tenetur ad verum interesse.*

17 *Qui se obligat, ex suo contractu non potest se ad pœnam mortis obligare.*

18 *Commentariensis similitudine supplicij punitur non exhibendo reum.*

19 *Fideiussor de iudicio sisti, pœna pecuniaria plectitur & si dolo reum non exhibet extraordinem venit damnandus.*

20 *Reus possidens immobilia non tenetur satisdare de iudicio sisti sed suæ promissioni cum iureiurando committitur.*

21 *Reus exterus domicilium constituere tenetur vbi conueniri possit.*



ANDRAEAS Irus cerdo nullo conuincitur testimonio de memoratis homicidiis, sed tantum per dictum primi testis inquisitionis visus est fugere à loco homicidiorum, manu lineum baculum gerens.

FATETVR idem Irus per suum interrogatorium, Girardum Milonem visu agnoscere, & quod die & hora homicidiorum illum prosequebatur mercedis repetendæ causa per quarundam rerum eidem Miloni spectantium à flumine Sequanæ baiulatione in campoпam balistæ per eundem Irum nouissime facta. Et inter moras vidit eundem Milonem & non nullos alios consortes insultantes in aliquos, iuxta crucem Tirouerі Parisiis prætereuntes, demum ipse Irus hac re perterritus, fugere cœpit, bacculum ligneum manu portans, nec aliâs oneratur.

PER confessionem eiusdem Milonis & Aegidii Gnathonis ipsius famuli constat, quòd ipse Irus fuit mercenarius eiusdem Milonis, quódq; venerit die, qua Milo cœnam fecit in leonis argentei caupona, poscendæ pecuniæ causa, pro suæ præcedentis operæ locatione, quod fit ad ipsius Iri exonerationé.

SIC non potest adparere si animo occidendi vel percutiendi Irus concomitatus fuerit prælibatum Milonem & alios homicidiorum fautores ad crucem Tirouerі, ideò maior indagatio est requirenda.

Iudex

1 IVDEX ergo† æstimare solet, vtrũ in carcerem recipienda sit persona, vel recepta sit milili siue nuntio tradenda vel fideiussoribus committẽda, vel etiã sibi. Hoc autem pro criminis quod obii citur qualitate, vel propter honorẽ, aut propter amplissimas facultates vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate eius, qui accusatur, facere solet. l.j.ff.de custo.& exhib.reo.

2 ITA† quòd vbi crimẽ probatum nõ est plenè vel semiplenè, adeò ꝙ æquum sit reum iustificari per suas defensiones ad hoc admittitur, quia defensio est de iure diuino, & naturali & humano permissa, & debet iudex concedere dari copiam titulorum & responsionis reo, vt c.qualiter & qñ. ij.§.debet.extrà de ac-

3 cus.† & etiam copiam aliorum actorum tam criminalium, quam ciuiliũ, si hoc requirat delatus vt l.is, apud quẽ, cum ibi no. C.de edendo. alia autem instrumenta, quam acta non debent exhiberi in criminalibus, si verò agatur ciuiliter

4 de re nummaria, †totiens edenda sunt instrumenta, quoties de ea re agitur nõ autem, si de capitali causa agatur, vt l. ij.§.item diui fratres.ff.de iure fis. Dicitur aũt causa ciuilis & agi ciuiliter, ex quo non agitur, vt imponatur pœna naturalis ipsius delicti vt c. per tuas j. in ver.tales. extrà de simo. vbi dicit text. quod non agebatur criminaliter, vt deponeretur ab ordine, sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur, tanquàm immeritus & damnosus, licet tendatur ad bonum publicum & non priuatum, qui tex.reputatur singularis secundum

5 Pan.in c.super his, extrà de accus.† Vnde in his casib. potest admitti procurator pro reo, qñ agitur ciuiliter de crimine, ideo criminalis q.tantùm dicitur cũ finis tendit ad vindictam publicam, vt delictum puniatur de pœna debita & naturali, ex quo soluitur quæstio quoti

6 diana, †si agitur contra clericũ solũ, vt priuetur beneficio, propter crimen, nunquid illa quæstio sit criminalis, vt non possit interuenire procurator? Domin. de sanct.Gemi.consi.xxiij.aliàs.xxviij. consuluit, quod nõ est criminalis, quia finis accusationis non tendit ad depositionem ordinis, sed priuationem beneficii tantùm.hoc dicit Pan. in d.c.super his.nu. iiij.& idẽ Pan. in c. illa extrà de acc.& c.ex parte.extrà de test.& alleg.il

7 lum tex.c.per tuas pro sing.† Sic ꝙ iudex officio debet eidẽ rei de aduocato seu defensore prouidere vt no.in l.si nõ defendant.ff.de pœ.& l.ij.ff. de cu. reo. eo ꝙ bonus iudex debet zelare potius

8 innocentiã rei, quàm culpã, † potest in delictis recipere & admittere reũ ad cõparendum & se defendendũ per procuratorẽ, vsq; ad pœnã relegationis inclu siuè non tñ necessitatur aut cogitur ad hoc, nisi velit vt l.seruũ.§.publicè. iũcta gl. ver.datur.ff.de procu.& gl.in l.reos. in fi.C.de accu.& hoc in leuiorib.delictis. l.diuus.la.j.ff.de cu.reo.

9 SIC† vbi primã facie persona videtur innocẽs debet dimitti sub fideiussorib. si dare põt d.l.j.ff.de cust.& exhib. reo. & c.ex parte.extrà de verb.sig.vel quia in aliis erat innocens, vt l.nõ omnes. §.

10 à barbaris.ff.de re mil.† ꝙ si reus ita sit pauper, vt etiã satisdare nõ possit, neq; cautionem præstare.tunc præstabit iuratoriã cautionẽ, ꝙ stabit iuri, & tactis sacrosanctis euangeliis affirmabit se fideius

deiussoré dare non posse auth. generaliter.C.de epis.& cle.& l.j.§.oés.& §.seq. C.de assert.tol.& l.de die.§.iubet.ff.sat.co.& c.Odoardus iuncta gl.extrà.de so lut.Intellige cōmodè,vt gl.ibidé,& l.ne pos Proculo.ff.de ver.sig.& gl.in d.§.iubetur.in verbo,non posse,& l.fideiussor.
11 §.si necessaria.ff.qui satis.cog.†Præstat ergo reuocautioné quã pōt vt c.pé. extrà de dona.inter vir.& vxo.& de dote, post diuor.rest.& gl.in d.c.ex parte,extrà de ver.sig.Et si reus pōt dare fideiussoré, debet dare idoneum de veniendo ad iudiciũ vt ff.in ius vocat,vt eant,aut
12 satis vel cautũ dent l.j.& ij.†Et dicitur idoneus fideiussor de iudicio sisti,facultatib.& facilitate coueniédi vt l. fideiuss
13 for.ff.qui sat.co.†Nec sunt idonei fideiussores,qui habét declinatoriã sine prę scriptionem fori vt l.si fideiussor.ff. eo.
14 †Nec videt quis fideiussoré dedisse, qui dedit eum, qui priuilegio fori tutus est, nisi eidé priuilegio renũtiauerit, vt l.j.
15 ff.si quis in ius voc.nõ ierit.†debet nãq; fideiussor exhibere reũ in eadem causa, in qua tunc est donec iudiciũ accipiat vt ad experiendũ non faciat ius actoris deteri⁹.l.j.§.si desinat.ff.si ex noxa. cau. aga. quia vbi petit proferri diffinitiuè vel absolutiuè,exhibitio rei est necessaria priusquã pronuntiet gl.in l. consen
16 taneum.C.quomodo & qñ iud.†& siue actio sit pœnalis,siue non fideiussor de iudicio sisti in nõ exhibendo reum , tenetur ad verũ interesse.s. ad id ꝙ principaliter petit vt d.l.fideiussor.§. fi.& l. seq.ff.qui sat.cog.non tñ venit puniendus similitudine supplicii,quo debebat
17 puniri ille,qui debebat exhiberi,† quia qui se obligat ex suo contractu, non potest se obligare ad pœnã mortis,quia nemo dominus membrorũ suorũ. l. liber.
18 homo.ff.ad leg.Aqui.†Secus auté in officiali siue cōmentariensi,qué lex similitudine supplicii punit,in nõ exhibendo reũ.l.ad cōmentariensem.C.de cu. reo.
19 & l.milites.ff.eo.†Etiam si quis fideiussor reũ criminis pro quo satisdedit non exhibuerit,pœna pecuniaria plectit, & si dolo eum non exhibeat,etiã extraordinem venit damnandus vt l.si quis. ff.de cust.& exhib.reo.

20 SI†verò reus bona immobilia possideat,cōmittit suæ promissioni cũ iureiurando,quã iuratoriã cautioné vocant vel nudam promissioné,vel satisdationem , quam pro qualitate suæ personæ quis dare compellit vt ff.qui sat.cog. l. sciendum & inst.de satis.§.sed hodie.

21 DEBET†etiam reus quando est exterus, constituere & eligere domiciliũ, vbi conueniri possit vt l. domicilium ff.ad municipal. & l. si in patria. de incol.lib.x.C.& vt stet certo loco, quãdo est commodum alicuius, vt Barto.in l. Titio centum.§. Titio centum nu. iiij. ff.de condi.& demon.

CONCLVDENDO igitur mea fert opinio lima correctionis salua , ꝙ memoratus Irus iuxta iura pręallegata,debet relaxari à cerceribus, sua iuratoria cautione de stando iuri , & admitti ad ad cōparendũ & se defendendum corã nobis per procuratoré contra & aduersus delatores , & ꝙ partes vltro citroq; amplius inquirant infra mensem super eorum factis & conclusionibus,quas altera alteri partium hincinde infra octauam edet partibus præsentibus ant sufficienter in testium sacramenti receptio

ptione vocatis:saluo tamen eis iure opponendi in testes & eorum dicta, & eos saluandi in contrarium pro hoc acto & processu edito procuratori regis, & illo audito, & omni per nos viso ordinando aut aliâs eisdem ius faciendo: prout dictauerit sententiantis aequitas, expensis, damnis, & interesse in diffinitiua reseruandis.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Sententia, vbi dicenda sit.*
2 *Vltio non est differenda in crimine homicidij & alijs detectis grauioribus causis.*
3 *Reos conuictos velox pœna subducere debet.*
4 *Rei semel damnati, non debent vlterius audiri: quamuis quid graue principi pro eius salute, referre velle dicant. & quid ita. nu. 5.*

Sententia Criminalis, & pœnalis diffinitiua.



Percensita lite criminali per nos, extra ordinem examinata aduersus nobiles, vti se asserunt, Girardum Milonem, Desyderium Anippum remissionarium, Bernardũ Thrasonem, Claudiũ Caligulã, absentẽ, domini nostri regis legionarios: Aegidiũ Gnathonẽ, Ferdinãdũ Parasitũ, Anippi famulos; Henricũ Nebulonem, Iacchũ Ebrionem, Girardi famulos, & Andræam Irum cerdonem, reos presentes ac omnes, vno Claudio Caligula absente excepto carcere detentos, & in vinculis, criminantibus atque instantibus, Antonia Diana defuncti Ioannis Pluti negotiatoris Lutetiani, ciuis vidua, tam suo nomine, quàm vt corporum, bonorumque Iacobi & Petri Plutorum, defuncti, & eiusdem viduæ filiorum annis minorum administratrice, tutrice & curatrice, Augustino Pluto eorundem defuncti, & viduæ filio annis maiore, Benedicto Crasso defuncti magistri Chrysostomi Crassi, dum viueret, in suprema curia aduocati, fratre, Maria Martha defuncti Iuliani Xenii nuper cauponis apud Parisios relicta, Clemente Xenio eiusdem defuncti Xenii fratre germano, ac Dionysio Dauo, defuncti Chrysostomi Crassi famulo, conquerentib. omnib. & delatorib. percensitis, inquàm, elogio medicorum, & chirurgorum curiæ nostræ iuratorũ renuntiatione, interrogationi-

bus

bus confessionibus inficiationib. reorum, reuocationibus, commissionibus testium contra eosdem sontes & noxios, aliis etiam interrogationibus, respōsis tam in quęstione, quā extra quæstionem Ferdinandi Parasiti, & Aegidii Gnathonis extortotum, edictis rite succedentibus, eremodicio decreto contra Claudium Caligalam absentem, seu fugitiuum trinonundino legitimè citatū publicis proclamationib. vocatum, peremptoriè commina tum, atque contumacem, diplomate etiam gratiæ regię ab Anippo impetrato, probato, sique admisso, & interinato, petitionib. intentionib. conquerentium, & procuratoris regii, ipsius regis nomine, omnib. denique controuersiæ actis, ac perspiciendis perspectis, auditoque hac in parte peritorum sensu, nos pro causis, in præsenti lite expensis, hos infrà nominandos necis reos, & cōuictos condemnauimus, prout condemnamus, videlicet Girardum Milonem, gladio ceruice subiecta per carnificem altæ iustitiæ executorem, super tabulatum ad crucem Tiroüeri Parisiis, in hanc rem cōstruendum, capite obtruncari, ad contentum scelus cruore expiandum, capite eiusdem in summitate porticus viæ diui Honorati lanceæ cuspidi affigendo, truncoque corporis in patibulo Parisiensi Montis falconis suspendendo, omnib. & singulis ipsius Milonis bonis proscriptis, præter quadringentas libras Parisienses, quas singulis conquerentibus pro iniuria, damno, & eo quod interest, adiudicauimus. Bernardum Thrasonem militem, & Henricum Nebulonē alterum Milonis famulum, furcis hinc, & illinc tabulato erigendis, laqueo suspendendos, Claudium Caligulam etiam militem absentem, & dictis legitimè pronuntiatis contumacem, perfugam, cædis reum, & peractum, tanquàm præsentem statua ibidem simili furcæ affigendum, Iacchum Ebrionem alterum Milonis famulum flagellandum, ac fustibus vapulādū pu blicè

blicè quadriuiis,& solitis, locis, perpetuo exilio,& omnib. eorundem Thrasonis, Nebulonis, Caligulæ, Ebrionis similiter publicatis, deductis tamen prius centum libris pro iniuria, damno,& eo quod interest, singulis conquerentib. adiudicatis,& fisco pro mulcta, quinquaginta libris: Ferdinandũ Parasitum vnum ex famulis Anippi, nouissimè tortum, duplici mulcta honorabili scilicet & vtili, vt testib. præter subuculam exutus, genibus flexis in prætorio nostro publicè ac facem.iiij. pon docercam accensam tenens, iniuriam conquerentib. ob cædem defunctorum, & vulnera Dionysii Daui facta, deprecetur, asserens, & profitens se perperàm, temerè, ac nequiter interfuisse & opem homicidis ad cædem præstitisse, bona quoque, æqua,& syncera mente facti pœnitere, egrè ferreque hæc à se peracta: à Deo omnipotente, rege, iustitia & conquerentibus veniam postulans, atque affirmans ad similia facinora in posterum non rediturum. Præterea, quod ad mulctam vtilem pertinet, pro damnis,& eo, quod interest. xx. libris Parisiensib. singulis conquerentibus dandis, condemnauimus & condemnamus, necnon. x. libris Parisiensib. fisco præstandis, atque ad has mulctas persoluendas prius, quàm carcerem libere egrediatur, omnib. & singulis eiusdem bonis mobilib. & immobilib. ad quos pertinebit, ad dictis, indicta pœna vltimi supplicii, ni paruerit. Aegidium Gnathonem, alterum famulum Anippi, etiam nouissime tortum,& Andream Irũ cerdonem reos de consilii sententia soluimus, & à carcere ampliauimus, dato vadimonio de iis in iudicio sistendis, quoties statutum fuerit, vt iuri stent, electo & constituto ab eisdem domicilio, recepimus, & recipimus ad se coram nobis per procuratorem aduersus delatores defendendos, vt vltrocitroque inquirãt intra mensem super eorũ factis,& petitionibus, quas alii aliis hinc inde intra hebdoma

dam

dam edent, litigantib. præsentib. ac legis præscriptio ad testium iusiurandum accitis, sal uo eisdem eleuandorum, ac subleuandorum testium, refel lendorum ac in contrarium defendendorum iure, vt his peractis, & editis procuratori regio, & per nos visis edicamus, aut secundum ius statuamus, prout nobis dictauerit æquitas. De sumptibus verò & damnis, pronuntiatio in dif finitiuæ sententiæ dilata est calculum, per hoc nostrum iu dicium & ius.

Pronunciatum reis in vincu-
a lis [a] prima die martii anno Do mini M.D.xj. Traditique sunt damnati carnificibus.

a PRONVNTIATVM REIS
1 in vinculis. † Sententia dicenda est à iudice pro tribunali sedente, vel in conclaui secretioris consilii, præsentibus reis & actuario, sententiaque ephemeridi inscribenda, eademq; die exequenda, ni appelletur. Constitutio
2 Regis Ludouici.xii.art.cx vj. † In crimine ergo homicidii & in aliis detectis grauioribus causis, vltio differenda
3 non est. l. cū reis. C. de pœnis. † Conuictos nanque velox pœna subducere de
4 bet. l. fi. C. de cust. reo. † Cæterū, postea quàm semel dānati sunt rei, audiri nō debent, quicquid allegent, etiam si dixerint se habere quod principi referāt, salutis ipsius causa. Quis enim dubitat eludendæ pœnæ causa ad hoc eos decurrere? magisque, esse puniendos qui tādiu cōticuerūt, quod pro salute prin-
5 cipis habere se dicere iactant? † nec eīn debebant tam magnam rem tandiu reticere. l. si quis fortè. ff. de pœnis.

SVMMA CAPITA.

1 *Naturæ lex humanitatisque ratio, vult omnem prouocantem audiri.*
2 *Homines mutuis officiis se debent deuincere.*
3 *Pœnæ non irrogatæ indignatio, solam duritiā continet.*
4 *Adam, omnium nostrūm parens.*
5 *Merendum bene est etiam de inuitis.*
6 *Reus ad locum supplicij ductus, an an etiādū possit appellare.*



VVM perducti essent in supplicii locum rei, quidam dominus Pontanus, Propositum ac iūdicem adiuit, commonefaciens non tantùm damnatis iis, de quibus sumendum est supplicium, sed, cuique nullo discrimine, citra etiam illorum man datum, prouocare concessum
1 esse. † Nam naturæ lex humanitatisque ratio, vult omnes prouocantes audiri

debere

debere, quanuis sua nihil intersit, damnatique iudicium probauerint, ac sententiæ acquieuerint. Quòd si resistant, qui damnati sunt, aduersus prouocationem, nec velint admitti appellationem, perire festinantes, adhuc differendum est iudicium: vt. l. non tantùm.
2 ff. de appellat. † debent enim homines mutuis officiis se inuicem deuincere, quod expressit glo. in. d. l. non tantùm, Et officio affici hominem, in-
3 tersit hominis. † Pœnæ verò non irrogatæ indignatio, solam duritiam continet. l. seruus ea. ff. de ser. expor. natura siquidem constituit cognatio-
4 nem inter nos quandam: † qui ab Adam omnes processimus: vt. ff. de iustit. & iure. l. vt vim.
5 † vt etiam inuitis bonum facere debeamus. l. addictos. C. de episcop. aud. l. addictos. C. de appellat. & d. glos. Eò humanitate ductus, à sententia criminali aduersus delatos lata, pro & nomine condemnatorum appellauit, & appellat, postulans supplicium differri,
6 † protestans, vbi non vellemus admittere appellationem, appellare coram præsentibus, & assistentibus, prout decet, secundum ea, quæ not. Bartol. in. l. j. §. si quis. ff. de appellat. & in additio. in dicta. l. non tantùm. Hæc itaque appellatio audita: & rei ipsi in carceres reducti.

Parce verò, humane lector maculam superioris studii, ac laboris, laudabili otio abluemus, & alio, breuique compendio in lucem prodituri, auspicatò absoluemus.

FINIS

Praxis criminis persequendi, Authore Ioanne Millæo.

Series chartarum.
a b c d e f g h i k l m n o
p q r s t v x y z.

Omnes sunt quaterniones.

